CHRONICON SAMARITANUM,

ARABICE CONSCRIPTUM,

CUI TITULUS EST

LIBER JOSUAE.

Ex unico codice *Scaligeri* nunc primum edidit, latine vertit, annotatione instruxit,

ET

DISSERTATIONEM DE CODICE, DE CHRONICO, ET DE QUAESTIONIBUS, QUAE HOC LIBRO ILLUSTRANTUR,

PRAEMISIT

TH. GUIL. JOH. JUYNBOLL.

Addita est tabula lithograpta, praeter ultimam subscriptionem et notas qopticas, in codice obvias, specimina exhibens literarum Samaritanarum, ex eo libro aliisque codicibus sumta.

LUGDUNI BATAVORUM,
APUD S. & J. LUCHTMANS,
Academiae Typographos.
MDCCCXLVIII.

L. S.

Pauca tantum praemonenda habeo. De multis enim, quae in Praefationibus vulgo traduntur, in *Dissertatione*, huic Libro praemissâ, exposui. Dolorem igitur, p. 15 significatum, hîc non repeto, quem, Chronici editionem parans, semper persensi, HAMAKER*UM* acerbâ morte ante abreptum esse, quam data de eo Libro edendo promissa solvisset. Etiam spem, quam conceperam, fore ut in HAMAKER*I* Adversariis aliquid reperiretur, unde Opus hoc emendari, amplificari, ornari posset, eventus fefellit.

His ergo et aliis omissis, de singulis partibus, quibus Liber universus constat, hîc agendum est. In *Textu arabico*, ut ab hoc exordiar, omnia vitia servavi, quae Linguae vulgari corruptaeque loquendi et scribendi rationi, inter Samaritanos vigenti, propria sunt. Fateor, hunc Textum sic similem esse iis Libellis, qui de industriâ vitiis innumeris obsiti eduntur, ut in iis emendandis discentium studia acuantur, (κακογραφίας appellant), sed prudentius mihi acturus videbar, si non *meum*, sed *Viri samaritani* Opus ederem, ut ea vitia intacta relinquerem; quae etiam si emendare voluissem, unde, quaeso, orsus fuissem, ubi desiissem? Accedit, *unum* modo hujus Operis *Codicem superesse*, qui quo melius ab aliis cognosceretur, plene accurateque edendus erat. Summâ ergo cum religione Codicem descripsi, ipsosque *Librariorum* errores, quos in Textu correxi,

in notis subjectis notavi. Ubi festinantius me judicasse, postea .di, in *Annotatione* id restituere conatus sum; quod sicubi me fugerit, nec mihi ipse constiterim, Lectores benevole emendent, memores, quam arduum sit, ubique satis cautum esse in Libro, ét vitioso, ét sordide scripto, nec easdem Orthographiae Leges semper sequente. *Glossas* quare suo loco in Textu servaverim, in *Dissertatione* p. 102 indicavi.

Ne quid ergo, quod Codice non continebatur, ipse adderem, Hamz*am*, Waçl*am* et Tašdid*um* (*Diss.* p. 23) omisi, et *Vocalium* Notas, ibi adscriptas, tantum apposui (ibid. p. 29 seq.). De usu Madd*ae* (ibid p. 23), et Literae *Elif*, ubi *scribenda* aut *omittenda* esset (ibid. p. 31 seqq.), hîc nihil addendum, et de *benedictionis formulâ* tantum monendum est, hanc, quo brevitati consuleretur, solenni compendio designatam esse.

Graviora sunt *Puncta*, quibus permultae Literae arabicae invicem distinguuntur, quae vero a Samaritanis, Arabica samaritanis Literis scribentibus, in subsidium vocari non solent. His neglectis, sensum explicatu saepe difficilem, nec raro dubium esse, quisque sentit. Haec igitur, in Codice *nonnumquam*, sed *non saepe*, ac *male* interdum ab *aliâ manu orientali*, *saepius* vero, et *recte* plerumque a Scaligero adscripta, haec, inquam, *ubique* addere studui. Quae tamen res tantum abest, ut bene semper mihi cessisse credam, ut lectiones dubias et difficilliores locos aliis diligenter expendendos quam maxime commendem.

Textum arabicum, quantum, salvâ perspicuitate, fieri potuit, *in latinum Sermonem* presse converti. Si quis ergo, Veterum Scriptis legendis assuctus, ea inspiciat, is reputet, *Samaritanum* hîc loqui, cujus verba, ubi Orientalium concinnitatem sectatur, paucis reddi plerumque nequeunt, ubi vero longis verborum utitur ambagibus, ut saepe, molestisve repetitionibus delectetur, Virum in Occidente nutritum defatigant, nec raro taedio afficiunt.

Dicta quo melius intelligerentur, nonnulla subinde, sed in *parenthesi* posita, inserui; *Glossas* vero, ubi Orationis cursum impedirent, *uncinis* inclusi. *Locos* denique *Pentateuchi* in *Annotatione* non indicatos, margini adscripsi, et *numeris* distinxi, locos contra in *Annotatione* illustratos, *literis* significavi.

In hac *Annotatione*, ante *Dissertationem* scriptâ, ideoque in *hac* saepe laudatâ, haud pauca, in *hanc* translata, deinde omisi, aut in compendium redegi; quare fieri potest, ut in Annotatione *typis expressâ* nonnulla, si non frustra quaerantur, at brevius tamen, quam ex locis, in *Dissertatione* laudatis, suspiceris, dicta sint. Ejusmodi loci si occurrent, *Indices* adjecti viam monstrabunt.

Praeter alias multas animadversiones, quae Chronicon illustrent, insolentiores etiam *vocabulorum formas* et *notiones* ac *dicendi formulas* et *constructiones*, in Lexicis non obvias, in Annotatione observandas esse duxi, *non quo Lexicis cunctas addendas esse judicarem;* sic enim inutili rerum farragine haec revera onerarentur: sed ut ex hoc Libro pateret, quae Linguae vulgaris, inter Samaritanos receptae, ratio esset. Multae scilicet germano Arabum Sermoni alienae, ac merito improbandae, contra veri sunt Samaritanismi, a quibus Samaritani, Linguâ utentes arabicâ, vix aut ne vix quidem abstinere poterant.

Dissertationis argumentum ut uno obtutu cognosceretur, in *Operis Conspectu* descripsi. Multa in eâ Dissertatione brevius absolvere, quin omittere etiam potuissem, si Viris modo scripsissem, arabicae Linguae peritis. Sed horum plerisque, in magnis harum Literarum divitiis, hoc Chronicon minus placebit; magis sine dubio Theologis nonnullis, qui soli scribenti mihi ob oculos saepe versabantur. His ergo quia multi Libri, quos in meos usus converti, non praesto erunt, Quaestiones quasdam, in his Disputationem de *Druzis*, fusius tractandas esse judicavi. In horum etiam gratiam Arabica passim obvia latine verti. Ne cui porro, hominum locorumve nomina propria legenti, dubium superesset, haec nomina, ubi necesse esse videretur, secundum *receptam* scribendi rationem in parenthesi addidi. In *Arabicis* enim latine reddendis, WEIJERS*IUM* secutus sum. Ubi vero de nullo Textu arabico sermo erat, a more hodieque usitato discedere nolui; quae causa est, cur alibi v. c. de *Mūsạ* et *Jūšaʿā*, alibi vero de *Mose* et *Josuâ* locutus sim.

Melioribus Typis samaritanis, si hi in promptu fuissent, uti sane maluissem, quia Typi, quibus huc usque Libri Samaritanorum editi sunt, cum Literis in hac Gente usitatis minime nonnumquam conveniunt, ideoque ab

ipsis Samaritanis jure damnantur. Praeterea animadvertens Literas, et numerandi Notas, sive *Cifras*, ut ajunt, in Codice scriptas, harum rerum Figuris, ab aliis jam editis, non prorsus similes esse, ipsas accurate depinxi, et summâ cum diligentiâ Tabulam paravi, cujus Specimen lithographum *Dissertationis* p. 40 apponatur. Ibi seriem 1) exhibui Literarum samaritanarum, tum *majorum*, tum *minuscularum*, sive *vulgarium;* 2) *Notarum qopticarum;* 3) *ultimam* addidi *Notam*, Codici adscriptam (de quâ in *Diss.* p. 38 et seq. disserui), de quâ hîc tantum monendum restat, ipsa *vermium vestigia* a Lithographo ad calcem significata esse. Ad Disputationem denique de variâ scribendi ratione (Vid. *Diss.* p. 16 seqq.), in Codicibus samaritanis obviâ, illustrandam quinque in Tabulae margine lineas apposui, quas Literis A—E notavi. *Quintam*, quo melius de Codicis scaligerani scribendi ratione judicetur, ex medio eo Codice desumsi; *quatuor priores* ex alio Codice leyd. N. 6, Pentateuchum samaritanum continente, et ex *Foliis* separatis, huic impositis, de quibus l. l. p. 18 seqq. disserui. In his 4 lineis disponendis Codicis modo memorati tenorem secutus sum. Linea A ex 4 prioribus foliis sumta est, et Scripturam monstrat *recentissimam;* linea B in vetustiore Codicis parte exstat, quae post 4 folia priora sequitur. Sequens linea C Scripturam exhibet proxime praecedenti antiquiorem, ex foliis quippe sumtam, quibus Codex ille primitus constabat. Haec tamen recentiora sunt dictis *Foliis*, quae ei Codici apposita, et ex alio Codice antiquissimo sine dubio oriunda sunt. Ex his lineam D descripsi.

Quatuor tandem *Indices* addidi, in quibus tamen, ne Libri volumen sine causâ augeretur, ea tantum recepi, quae ad Libri usum faciliorem reddendum, notatu digna videbantur.

Ceterum nihil ardentius opto, quam ut hoc Libro edendo Eruditorum votis, per aliquod secula prolatis, quodammodo satisfecerim.

Scripsi Lugduni-Batavorum Mense Decembri MDCCCXLVII.

CONSPECTUS.

Dissertatio de Codice, de Chronico, quod eo continetur, et de Quaestionibus nonnullis, quae hoc Libro illustrantur.

DISSERTATIO

DE

CODICE, DE CHRONICO, QUOD EO CONTINETUR, ET DE QUAESTIONIBUS NONNULLIS, QUAE HOC LIBRO ILLUSTRANTUR.

CAPUT I.

CODICIS HISTORIA ET DESCRIPTIO.

§. 1.

Codicis Historia.

Codex, quem edimus, ex Libris JOSEPHI JUSTI SCALIGER*I* (1) in Bibliothecam leydensem olim delatus est, quare *Codex* SCALIGER*I* vulgo appellatur. Hunc Codicem, ut HAMAKER*US* jure conjecerat (2), SCALIGER a Samaritanis aegyptiis, quorum pauci ipsius aetate

(1) Natus est SCALIGER, cujus proprium nomen erat *de l'Escale*, sive potius *della Scala*, anno 1540. Leydam vocabatur anno 1592, ibique per 16 annos, ab anno 1593—1609 docuit. Mortuus est hujus anni die 21° Januarii. Praeter DAN. HEINSII *Orationem funebrem*, quâ eum celebravit, de ipso praesertim conff. SCALIGER*I* *Epistolae omnes*, a DAN. HEINSIO editae L. B. 1627 8°, et Francf. 1628. 8°, et *Epitres françaises des personnes illustres et doctes à* Mr. JOS. JUSTE DELLA SCALA, *par* JACQUES REVICS, Harderov. 1624.

(2) *Aanmerkingen over de Samaritanen, en hunne Briefwisseling met eenige Europesche Geleerden: ter gelegenheid der uitgave van eenen nog onbekenden Samaritaanschen brief*; in *Archief voor Kerkelijke Geschiedenis*, Tom. V.

Iis, quibus haec Epistola nondum satis innotuerit, observasse sufficiat, hanc explere lacunam, in Epistolarum samaritanarum commercio conspicuam post annum 1691, quo anno Samaritani ultimam ad JOBUM LUDOLFUM Epistolam miserunt. Dicta nempe Epistola, *Linguâ* et *Literis samaritanis* exarata, data est *Sichemi* ad Samaritanos, *in omnibus Francorum urbibus habitantes*, *initio mensis Dū'l-qa'dae anni Higrae* 1111, sive 2° *die hebdomadis ineuntis mensis primi*, *anni post Orbem terrarum conditum* 6138, id est, *die* 8° *Aprilis anni* 1700. Causa, quare scriberetur, haec erat. HUNTINGTON*IS*, quamdiu Anglorum, Halebi degentium, Verbi divini Minister in Oriente versaretur, interventu Samaritanorum Epistolae transmissae erant. Postea vero, quum Episcopus Rapotensis creatus, in Angliam redierat, Sichemitae per longum tempus de *Fratribus ipsorum exteris*, quos in Europâ exsistere ii opinabantur, nihil audiverant. Hi ergo novi de iis nuntii accipiendi desiderio flagrantes, deinde adibant Nostratem,

in eâ Terrâ adhuc supererant (1), unâ cum Tabulis, Anni samaritani computum exhibentibus, et anno 1584 ipsi ab iis transmissis, accepisse videtur (2). Nostrum enim Codicem *postea* ad eum venisse, non verisimile est. A Samaritanis nimirum aegyptiis et sichemitis *deinde* quidem Libri Josuae exemplum petiit, sed *alterum*, ut videtur; cujus rei causa sine dubio derivanda est ex alios ejusdem Chronici Codices conferendi desiderio, quod hujus Codicis lectio, et graves quas ipsi creaverant ultimae paginae, difficultates, non excitare non poterant. Sperabat fortasse, fore ut nullam a Samaritanis repulsam ferret; eâdemque ipsorum benevolentiae fiduciâ fretus, anno 1598, Libri Josuae mentione factâ, scripsit: *qui in Palaestinâ peregrinantur, possent et alia et Pentateuchum ab illis* (Samaritanis) *adipisci. — Spero non defuturos, qui voto nostro satisfaciant* (3). Nondum enim noverat, neque umquam novit, Samaritanorum aegyptiorum et sichemitarum anni 1590 responsum, ad mortem usque Viri summi in Galliâ detentum (4), in quo, nuntio accepto,

---

PAULUM MAASHOEK*IUM*, a seculo inde 17° exeunte, Patriae nostrae et Angliae Proconsulem, Accone habitantem, qui humanitate et liberalitate omnes ejus Terrae incolas sibi devinxerat (HEYMAN *Reizen*, Tom. I, p. 411 et II p. 6). Huic ergo illam Epistolam in Europam mittendam tradebant. MAASHOEK*IUS* plenam Samaritanorum dictis fiduciam habens, eidem verba inscripsit *to the Samaritan Jews in England*, et ipsam HEYMANNO commisit, qui ab anno 1707—1709 V. d. M. smyrnensis, ab anno 1701 ac deinde, publicis sumtibus ex mandato Curatorum leydensium, iter aliquoties in Palaestinam susceperat. Hic, errore sine dubio statim comperto, Epistolam retinuisse videtur, quae tandem in possessionem transiit Viri doct. G. TE WATER: quo mortuo anno 1832, Epistola HAMAKERO innotuit. Argumentum ab iis, quae reliquis Epistolis continentur, vix differt. Constat enim Dogmatum expositione, et petitione argenti, quo Rem sacram restaurarent, et Sepulcra restituerent. Huic Epistolae, quam HAMAKER*US* edidit et vertit, atque annotatione illustravit, praemissae sunt animadversiones de Epistolis samaritanis, ante in Europam missis. Praeterea addita est universa Epistola lithograpta, quae non Palaeographiae studio tantum, sed et rebus Samaritanorum eo tempore cognoscendis, alicujus est momenti, quia 7 Viri nomen ipsi suum subscripserunt, factâ mentione tum *Muneris*, quo fungebantur, tum *Loci*, ubi habitabant.

(1) De Samaritanis aegyptiis vidd. *Commentarii* mei *in Historiam Gentis samaritanae*, p. 38 seqq., in primis p. 45.

(2) SCALIGER in Opere *de Emend. Temp.* Genev. 1629, p. 115, *subjecimus*, inquit, *exemplum anni Samaritani, qui conveniebat in annum Christi* 1584, *ut mihi a Samaritanis Aegyptiensibus in Galliam transmissum fuit.* Et p. 664, *est typus*, ait, — *conveniens anno Christi* 1584, *inde Cairo ad nos in Galliam missus.*

(3) SCALIGER, l. l. p. 669.

(4) Locum ex P. GASSEND*I Vitae* PEIRESK*II* Libro II (P. GASSENDI *Miscell.* Lugd. 1658. Tom. V. p. 270), quia GASSEND*I* Opera rariora sunt, hîc inseram. De rebus PEIRESK*II* agens, anno 1608 gestis, haec tradit: »Rogârat aliunde »ipsum [PEIRESK*IUM*] SCALIGER [cui cum PEIRESK*IO* ab anno 1602 et deinceps arcta intercesserat necessitudo; Vid. ibid p. 254, 258, 260, 261, 263, 264 seq.], »ut instauraret commercium, quod per P. OSTAGERIUM, »hospitem olim Massiliae suum, instituerat in Oriente, coëmendis Samaritanis, Aegyptiacis, Arabicis libris; »dolens quod a 15 annis, quibus degeret in Hollandiâ, nihil prorsus inaudiisset de Pentateucho Samaritano, »cujus sibi procurandi OSTAGERIUS fuerat pollicitus studium. PEIRESKIUS ergo, cum prius quidem aliquid eâ »in re tentasset, tum tamen incumbendo acrius, ejusmodi librum inter plureis alios in Aegypto coëmi, afferri»que ad se mandavit. Verum navis, quâ vehebatur, a piratis direpta est, recuperarique is liber non potuit. »Ita privatus SCALIGER fuit exoptatissimo Codice, *ut etiam nunquam est adsequutus expectatissimum respon»sum, quod* PEIRESKIO *ab ejus morte venit foeliciter in manus.* Scripserat nempe SCALIGER ad Samaritanos

Christianum esse Scaliger*um* (quod eos comperisse, ex subscriptione liquet), declarant: *sibi non licere Librum Josuae aliis vendere, nisi Samaritanis* (1).

Ut ex modo dictis jam probabile est, Codicem nostrum ex *Aegypto* delatum esse, ita ex aliis indiciis idem apparet. *Notas* primum intelligo numerorum *qopticas*, quae Codici adscriptae sunt, de quibus infra dicemus. Deinde *inscriptionem* volo interiori Codicis involucro additam, et samaritanis literis exaratam, his verbis constantem: ࠁࠔࠌ · ࠄࠏࠅࠓ · ࠌࠍ · ࠆࠁࠇ · ࠌࠑࠓࠉࠌ id est: *paratum est* (2) *hocce corium ex sacrificio Aegypti*, ex *pelle* nempe *Agni paschalis*, *in Aegypto mactati*. Quanti scilicet fecerint Samaritani Codicum involucra, *ex sacrificiorum pellibus* confecta, videmus ex his verbis, quae exstant in Sichemitarum modo laudato ad Scaliger*um* anni 1590 responso, ubi, inscriptione memoratâ, Codici inscriptâ Pentateuchi, manu *Abîschae*, ut fabulantur, exarati, et apud summum Sacerdotem servati: ࠅࠏࠅࠓࠅ · ࠌࠍ · ࠏࠅࠓ · ࠆࠁࠇ · ࠄࠔࠋࠌࠉࠌ, id est: *et corium ipsius ex pelle* (paratum est) *sacrificii eucharistici* (3).

Praeter hunc Codicem non aliud Libri Josuae exemplum in Europam pervenit. Alterum a Sichemitis ad Thomam Marshall*um*, Rectorem quondam Collegii oxoniensis, in Angliam missum esse, suspicatus quidem est Hamaker*us* (4), sed perperam. Primum enim ex Epistolâ, a Marshall*o* ad Sichemitas scriptâ anno 1675, verba affert, quibus ille testatur: *gaudio suffusos esse Samaritanos* (quos in Anglia exsistere Marshall*us* fingebat), *conspectis Libro Legis, et Libris multis, quos Sichemitae ad ipsos miserant*. Verba sunt: ועתה נשמח בלבנו לראות את כפר התורה ושגיים מכתובים אשר שלחתם לנו (5), ubi pro vocibus ושגיים מכתובים Schnurrer*us*, vertens *die zwei*

» Aegypti, itemque ad magnum eorum Sacerdotem, Eleazarum, in civitate Sichemo morantem, quaesieratque ex » ipsis varia circa observationem Sabbathi aliorumque festorum; circa Messiam, ejusque apud ipsos nomen; et » ad extremum, exemplum Legis, Pentateuchique poposcerat. *Ac ipsi quidem geminis Epistolis responderant;* » *sed quod illae in* Genebrardi *aliorumque manus incidissent, detentae sunt, donec* Scaligero *mortuo*, Pei- » reskius *eas obtinuit*, et per virum impense doctum, Joannem Morinum, e Congregatione Oratorii, Latinas » fieri nuper curavit." Vid. p. 311, et conferantur *Antiquitates Ecclesiae Orientalis*, Lond. 1682. 8°, tum in *Vitâ* Morin*i* p. 29, et Peiresk*ii* ad Morinum anni 1631 *Epistola*, p. 184, tum etiam p. 119 seqq., ubi *latina* Morin*i* earum Epistolarum *Versio* exstat, a de Sacy*o* (vid. sequens nota) deinde emendatius edita cum ipso textu samaritano. De Genebrardo, Peiresk*ii* amico, quem, quam ob causam latet, Scaliger a se abalienaverat, vid. Gassend*i* *Misc.*, ibid. p. 256, et Peiresk*ii* ad Morin*um* *Epist.* laud. p. 184 seq.

(1) Locus exstat in Eichhorn*ii* *Repertorio*, Tom. XIII. p. 266 et 273 seq., ubi utramque Epistolam samaritanam edidit et Latine vertit de Sacy*us*.

(2) Lego בֻשַּׂם (*paratum est*), quod verbum de *unguento*, non vero de *corio* parando ceteroquin usitatur.

(3) Vid. Eichh. *Repert.* Tom. XIII, p. 263. Verba laudata non, ut de Sacy*us* opinatus est (Tom. XIII, p. 271), *Abîschae*, sed ei, qui Epistolam conscripsit, tribuenda sunt. Haec etiam in Epist. anni 1672, in quâ eadem Abîschae inscriptio citatur, non reperiuntur. Vid. Epist. in *Not. et Extr.* Tom. XII, p. 162 seqq.

(4) l. l. p. 13.

(5) Vid. Schnurrer*i* Versio germanica in Eichh. *Repert.* Tom. IX, p. 11—15, et de Sacy*us* in *Not. et Extr.*, l. l. p. 192 seqq., tum hebraïcae Epistolae *textum*, tum *Versionem gallicam* exhibens.

Schreiben, legit ושנים מכתובים. Quae lectio si vera esset, duae fortasse intelligi possent Epistolae a Sichemitis scriptae; altera anno H. 1083 (p. C. n. 1672), altera anno H. 1085 (p.C. n. 1674—75); si nempe haec Epistola, missa sine dubio prius quam MARSHALLI Epistola Sichemum pervenerat, ad MARSHALLUM jam perlata fuerit, ante quam suam ipse Epistolam conscriberet (1). Sed non unam ob causam haec lectio falsa esse videtur; quo posito, videndum restat, *quos libros* MARSHALLUS, de *multis Scriptis* loquens, spectaverit. Non Libros, quos ipse a Samaritanis acceperat, tantum videtur intellexisse, sed Codices universe, quos Samaritani a SCALIGERI inde aetate in Europam miserant; *Codicem* v. c. *Libri Josuae*, et *Tabulas chronologicas*, quae ex SCALIGERI Scriptis noverit, *Chronicon* deinde ABŪ'L-FATḤI (2), *Carmina samaritana* (3), ac fortasse *Codicem* UITHAGEI (4). *Legis* Codicem Sichemitas eo tempore tantum in Angliam misisse ex Literis manifestum est, quibus ipsi anno H. 1096 (1684) responderunt ad MARSHALLI Epistolam, et petitiones HUNTINGTONI, qui, aliâ (ut videtur) MARSHALLI Epistolâ acceptâ, quâ ipsum hortaretur, ut libris petendis insisteret, Anglorum nomine *Josuae Librum* et *Preces* denuo sibi comparare studuerat. Hocce ergo desiderio iterum cognito, sic Sichemitae responderunt: وانتو داكرين لنا اننا نرسل لكم ࠎࠐࠓ · ࠉࠄࠅࠔࠏ · والصلوات معلومكم يا اخواننا نحن ارسلنا لكم توراه وما ارسلتو لنا توراه من عندكم عوضها ارسلو لنا من عندكم ࠎࠐࠓ · ࠉࠄࠅࠔࠏ · وكتاب من كتب الانبيا ومن صلواتكم حتى نرسل لكم عوضهم — — وسفر يهوشع بن نون موجود عندنا بالعربى واما جميع الصلاوات ࠁࠋࠔࠍ · ࠄࠒࠃࠔ ·
Id est: »Et vos nos certiores reddidistis, nos oportere ad vos mittere Librum Josuae » et Preces. *At scitote, fratres nostri! nos misisse ad vos Legem.* Vos vero ad nos a » vestrâ parte pro eâ (alterum) Legis Exemplum non misistis. Mittite etiam a vestrâ parte » Librum Josuae, et Librum quemdam ex Libris Prophetarum et Precibus, ut (rogatos » Libros) horum loco ad vos mittamus. — — Et Librum Josuae, filii Nūnī, habemus *Lin-*

---

(1) Epistola anni 1672 *latine versa* exstat in *Epistolis Samarit.* ad JOB. LUDOLFUM Cizae 1688. 4°; *textum* vero *samaritanum* cum Versione gallicâ edidit DE SACYUS l. l. p. 162 seqq. — Epistolam anni 1675, omisso initio, germanice vertit SCHNURRERUS in EICHH. *Repert.* Tom. IX. p. 8—10; *integram* vero, et tum *textum samarit.*, tum *vers. gallic.*, DE SACYUS edidit l. l. p. 183 seqq.

(2) Codicem non intelligo *bodlejanam*, qui anno circiter 1687 demum in Angliam missus est, sed Codicem *parisinum*, quem Parisiis jam ante fuisse, colligendum est ex hisce J. MORINI verbis in Epistolâ anno 1653 ad ABRAHAMUM ECHELLENSEM, scriptâ: *iterum*, ait, *a te expostulo pauca quaedam quae — Parisiis e Chronico quodam Samaritano excerpsisti* (*Antiqq. Eccl. Or.* p. 423).

(3) Vid. GESENII *Anecdota Orient.* p. 1.

(4) Quem descripsit cl. WEIJERS in *Catalog. Libr. O. O. Instituti regii* p. 48 seqq. Anno nempe 1680 UITHAGEUS eum Codicem jam acceperat. Ipsius argumentum paucis ex dicto Catalogo descripsi in *Commentariis ad Hist. Gent. samarit.* p. 58 seqq. A quo UITHAGEUS hunc Codicem acceperit, latet. Num forsan ex Bibl. MARSHALLI Codicem emit?

» *guâ arabicâ*, sed omnes Preces *linguâ sanctâ* conscriptas" (1).

Alterum ad suam sententiam probandam argumentum HAMAKER*US* petiit ex alterâ Samaritanorum Epistolâ, in Angliam missâ anno H. 1099 (1687—8 p. C.). Ibi dicunt: وان مكتوبكم وصل وقريناه وفهمنا ما فيه وذكرتم انكم ارسلتو لنا سابقا مكاتيب وما ارسلنا لكم جواب معلومكم اننا ارسلنا لكم جواب سفر يهوشع وايضا مكاتيب مع روبرطوس جلبى (حلبى .l) الافرنجى وارسلنا لكم كتاب تاريخ من ادم الى قيام ࠄࠀࠓࠅࠓ · ࠌࠇࠌࠃ · وارسلنا لكم بعض شى من صلاة (صلات .l) يهوشع بن نون. Id est: » et Epi» stola vestra (ad nos) pervenit, eamque legimus, et quae in eâ continebantur, intelleximus. » Indicastis vos ante misisse ad nos Epistolas, et nos nullum ad vos responsum misisse; » sed scitote nos misisse ad vos responsum de Libro Josuae, et Epistolas etiam per ROBER» TUM Halebensem, Frankum. Et misimus ad vos Librum Annalium ab Adamo inde ad » tempus, quo prodiit Mohammed, cujus nomen sit maledictum! Et (praeterea) misimus » ad vos partem quamdam ex Precibus Josuae, filii Nûni" (2).

HAMAKERUS, cum SCHNURRER*O* et DE SACY*O* haec ita interpretabatur, ac si Samaritani scripsissent, se *responsi loco* (3) ipsum Josuae Librum misisse. Sed sine dubio جواب سفر يهوشع de *responso* intelligendum est, *quod de Libro Josuae dederant*; quae interpretatio commendatur tum sequentibus, ubi demum *Libri missi* memorantur, tum etiam argumento, sumto ex probabili rerum conditione. Primo nimirum obtutu responsum ibi intelligi videtur, quod in loco supra allato Epistolae, triennio ante datae, significatum est, ubi Samaritani promittunt, se eum Librum cum Precibus missuros esse, post quam Anglorum Josuae Librum cum ipsorum quodam Prophetarum Libro, et Precibus, accepissent. Verum si attendimus verba, quae mox sequuntur, وايضا مكاتيب, quibus intelliguntur *Epistola arabica*, et *samaritana*, anno H. 1096 scriptae, verisimile est, *aliud responsum* illic respici,

(1) Vid. EICHH. *Repert.* Tom. IX, p. 28, 29, et DE SACY., l. l. p. 205. Quibuscum conff. dicta in Ep. samarit. eodem tempore missâ, apud DE SACY l. l. p. 214, coll. p. 218; quibus consideratis, manifestum est, Samaritanos mittere voluisse *Josuae Librum et Preces*, quare non cum DE SACY*O* voces *aliud quid* (*autre chose* p. 210), sed *rogatos libros* in parenthesi scripsi. Hoc Samaritanorum fuisse consilium ex Epistolâ item anni H. 1099 apparet.

(2) Vid. SCHNURRER in EICHH. *Repert.* Tom. IX. p. 36—43, et DE SACY. l. l. p. 220 seqq. Quae sors fuerit *Precum Josuae*, quas Samaritani eo loco in Angliam se misisse tradunt, ignoro. Diversae sunt a Carminibus ex Codicibus londinensibus a GESEN*IO* in *Anecdotis* editis, tum etiam ab Hymnis, quos ex Codicibus gothanis, a SEETZEN*IO* quippe demum ex Oriente allatis, GESEN*IUS* desumserat. Argumentum tamen *Precum* illarum *Josuae* eorum Carminum Hymnorumve argumento sine dubio erat simillimum. *Preces* dicebantur, quia, ut in Hebraeorum Psalmis nomen תְּפִלָּה saepe inscribitur (v. c. Ps. 17, 86, 90, 102, 142. Hab. 3., coll. Ps. 72. 20), ita صلوة etiam titulus est Hymnorum samaritanorum. Vid. GESEN. l. l. p. 4. Ac JOSUAE eas Preces tribui, non magnopere certo ii mirantur, qui reputent, Josuam in Libro Josuae dici *Templi garizimitani conditorem!*

(3) DE SACY*US* vertit p. 223: *Vous n'ignorez pas que nous vous avons envoyé en réponse le livre de Josué*, cet.

ab iis Epistolis revera diversum. Responsum spectatur fortasse in Angliam datum per ROBERTUM HUNTINGTON*EM*.

Huic nempe, iterum iterumque Sichemitas adeunti, et acriter instanti, ut *Josuae* Librum ii mitterent, idem iidem respondisse videntur, quod ante in Epistolâ anni H. 1096 jam scripserant, se eum nimirum missuros esse, postquam rogatos Libros ipsi accepissent. Urgenti vero HUNTINGTON*O* *Chronicon* ÂBŪ'L-FATḫ*I* tandem tradiderint. Ille ergo quum viderat, Sichemitas ad *Librum Josuae* mittendum non paratos esse, quem, quia ipso JOSUAE nomine insignitus erat, magni sane faciebant, diligentissime ubique ipse anquisivit, ut hunc Librum acquireret. Sed frustra! Nullibi ergo hunc Librum animadvertens, in suspicionem adductus est, eum tunc non amplius inter Samaritanos esse superstitem (1). Quae opinio quam falsa esset, Samaritanorum verba, supra ex Epistolâ anni H. 1096 declarant, et vero etiam SALAMa*E* dicta in Epistolâ, anno p. C. 1810 conscriptâ (2).

---

(1) D. ROBERTI HUNTINGTONI, *Episc. Rapotensis*, *Epistolae. Praemittuntur* D. HUNTINGTONI, *et* D. BERNARDI *Vitae*, *Scriptore* THOMÂ SMITHO. Lond. 1704. 8°. p. 48, 50. Liber est rarissimus, cujus, teste HAVERKAMP*IO* in *Praef.* ad JOSEPH. *ed.* p. 8, *parvus* tantum *exemplarium numerus* editus est.

(2) Hanc SALAMa*E*, qui eo tempore Sichemi summus erat Sacerdos, Epistolam samaritanice et gallice edidit DE SACY. l. l. p. 101 seqq., coll. p. 14 seqq. In eâ Epistolâ p. 110, coll. p. 124 sic ille loquitur: [Samaritan text]. A DE SACYO haec sic redduntur (p. 124): *Suchez, mon frère, que nous avons des livres, dans lesquels il se trouve des choses intéressantes sur l' histoire du monde, et sur les Sultans qui y ont été, ainsi que sur le nombre des Rois qui ont régné. Nous les connoissons par des livres que nos ancêtres ont écrits, dont les uns sont en langue hebraïque, et les autres en langue arabe. Du nombre de ces livres est le livre de Josué, fils de Noun, qui contient les guerres qui sont arrivées de son temps, et la conquête de notre pays.* Vocem enim [Samaritan text], Hebr. עיר, ut Vir summus l. l. p. 118, not. 4. observat, in hac Epistolâ (et in aliis) eodem sensu usurpatur, atque Arabicum بلاد, qui loquendi usus inter Samaritanos, in *unâ* maxime urbe نابلس recentiore aetate habitantes, facile oriri potuit. Unum tamen est, quod in l. l. aliâ ratione reddam. Verbum intelligo, quod in primâ sententiâ legitur, [Samaritan text]. Sensus mihi esse videtur: *scito, mi frater! periisse libros* cet. Cogitat nimirum Sacerdos, utens verbo [Samaritan text], non Hebr. מצא *invenit*, sed Arabicum مضى, quod apparet tum ex *lineolâ*, literae inscriptâ, tum ex sequentibus, ubi dicit, *horum librorum Samaritanos certiores redditos esse ex Patrum* (ut ait) *nostrorum, principum Virorum* (رئيس) *Scriptis.* Spectantur fortasse libri, quibus ABŪ'L-FATḫ*US* usus est, iique, quos in *Commentariis in Historiam Gentis samaritanae*, p. 54 seqq. enumeravimus, ac Chronicon samaritanum, quod Chronici nostri Auctor in suos usus convertit; minime vero *hujus Opus*, sive *Josuae Liber*, ut ex loci contextu

Samaritani autem, accepto Libro Josuae hebraïco, ibique legentes de lapidibus in *Ebali* monte positis, Fratrum fictorum dictis magis magisque diffidere coeperunt (1); ideoque in Epistolâ anni H. 1099 de suo Josuae Libro mittendo ne verbo quidem amplius monent, sed ita tamen loquuntur, ut ex ipsorum dictis diserte appareat, *se eum Librum ante non misisse.* Duos locos intelligo, quos, ad quaestionem quippe ab HAMAKERO motam pertinentes, hìc appono. Prior legitur in Epistolâ anni 1099, paucarum linearum intervallo a loco supra allato: ومرسلين تطلبو كتب نحن ارسلنا لكم توراه وكتاب تاريخ وانتم ما ارسلتم لنا سوى سفر يهوشع الخ. Hoc est: »*et missâ Epistolâ, rogastis libros. Nos* »*misimus ad vos Legem et Librum Annalium. Vos autem nullum ad nos misistis* »*praeter Librum Josuae.*" Alter locus est sub finem fere ejusdem Epistolae: مرادنا نرسل لكم بعض كتب وصلاوات لكن امهلنا حتى تجينا التوراه منكم وجواب التاريخ ونعود نرسل لكم مما عندنا. Id est: *Consilium nobis erat Libros quosdam et Preces ad vos mittendi;* »*sed* (*hoc exsequi*) *differebamus, donec ad nos a vobis pervenisset Lex et responsum*

---

apparet, quem SALAMA, ea etiam, quae hoc continebantur, indicans, ipse cognovisse videtur. Ex aliis ejus Epistolarum locis idem efficiendum est, ex quibus novimus, plura insuper hunc Librum ipsi notum complexum esse. Epistolam puto ab eo, anno 1820 ad Samaritanos missam, quos Parisiis esse opinabatur. De hac Epistolâ cf. DE SACY., l. l. p. 17. Epistola ipsa samaritanice et gallice edita exstat p. 138—146, coll. p. 156—161. Ibi ergo p. 144 lin. 6â ab initio, coll. p. 159, dicit, *Judaeos maledictos esse a diebus inde Elii, qui dux ipsorum fuerat;* quae res in Codice SCALIGERI narratur c. XLIII et seq. Raptim praeterea in Epistolâ anni 1808 mentio fit de *Tabernaculo in Monte Garizîmî abscondito* (Vid. DE SACY., p. 62), quod in cap. XLII Libri Josuae traditur, et quâ de re jam locuti erant Samaritani in Epistolâ anni H. 1096 (cff. EICHH. *Rep.* Tom. IX. p. 28, et DE SACY. l. l. p. 205). — Inter *Annales*, supra a SALAMÂ memoratos, fortasse etiam fuit ABŪ'LFATHI Chronicon, quod conjicias ex *Dositheanorum* mentione in Epistolâ SALAMAE apud DE SACYUM l. l. p. 115, coll. p. 127, et loco ABŪ'L-FATHI de Dosithei Sectatoribus in DE SACYI *Chrest. arab.* Tom. I. p. 334 seqq.; — nisi SALAMA ibi ob oculos habuit aliud Chronicon samaritanum arabicum, e cujus exemplo, servato olim in Bibliothecâ Cardinalis MAZARINI, ABRAHAMUS ECHELLENSIS, in notis ad *Catalogum Librorum chaldaicorum* EBED JESU Rom. 1653, p. 161 seq., nonnulla de *Dositheanis* retulit (Vid. DE SACY., *Chr. ar.* l. l. p. 337).

(1) In Epist. anni H. 1099 (Vid. DE SACY. l. l. p. 220) sic loquuntur: وانتم ما ارسلتم لنا سوى سفر يهوشع ولكن داكرين فيها ان الاثنا عشر حجر الذى اخذوها اباتنا من الاردن نصبوها فى جبل ࠏࠉࠁࠋ هذا شى صار عندنا منه شكّ عظيم لان نحن عندنا فى التوراه انهم بنوهم فى هر جريزيم بيت ال وعند اليهود فى جبل ࠏࠉࠁࠋ فان كان انتم سامره منّا اسراييليه لا انتم من اليهود ولا من القراييين ترسلو تعرفونا حقيقه دينكم الخ. Id est: »Vos autem nobis nullum (Librum) »misistis praeter Librum Josuae. Ac profecto in eo legimus, 12 lapides, quos Patres nostri sumserunt ex »Jordane, positos esse in Monte Ebali. De hac re grave dubium apud nos ortum est. Nos enim in nostrâ Lege »legimus, his (lapidibus) illos (Patres) aedificasse (aram) in Monte Garîzîmi, (qui est) Dei sedes. Apud Judaeos contra »in Monte Ebali (positi esse dicuntur). Itaque si vos estis Samaritani, ex nostrâ Gente Israëlitae, neque estis »ex Judaeis, neque ex Qaraeis, scribendo nos certiores reddatis, quae revera sit vestra Religio." cet.

» (*acceptorum*) *Annalium; tunc vero ad vos iterum mittemus, quae possidemus nos.*"

Ex dictis et ex laudatis Epistolarum locis, nisi fallor, manifestum est, probari non posse, aliud Libri Josuae exemplum post SCALIGER*UM* in Europam esse delatum. Neque alia in aliis, sive Epistolis, sive Libris, indicia obvia sunt, ex quibus *post annum H. 1099* (1687—8 p. C.) id factum esse conjicias. Nulli Itineratori, nec LUDOLF*O*, neque HEYMANN*O*, neque etiam anno 1806 SEETZENI*O*, aut BORÉ*O* (1), aliisve, ea res melius cessit. Ad historiam ergo Codicis scaliger*iani*, *postquam ad eum perlatus erat*, enarrandam pergimus.

SCALIGER Codicem non intactum reliquit. Studium ipsius, in eo legendo positum, multa indicia testantur. Primum hoc apparet ex longâ annotatione, interiori Codicis involucro adscriptâ, quae vero ita jam exalbuit, ut vix amplius legi possit. Chronologiam ea praesertim spectat, eademque a SCALIGER*O*, Opus *de Emendatione Temporum* conscribente, in suos usus conversa esse videtur. Deinde memoranda est opera, quam Vir praeclarus in *legendo* Chronico collocavit. Puncta diacritica interdum *textui* apposuit; in margine multa vocabula, lectu difficiliora, arabicis et samaritanis Literis reddidit, alia graece explicuit, alia emendavit, et quae nondum intelligebat, annotavit. Praeterea noti sunt hujus Chronici loci, quorum textum *arabicum latinamve versionem* suis Operibus, praesertim dicto Operi *de Emendatione Temporum* (edit. Genev. p. 661—699 et alibi), inseruit.

Hisce SCALIGER*I* laboribus Codex noster omnibus Literarum amantibus per Europam universam brevi tempore innotuit. Multi, quibuscum Epistolarum habebat commercium, permagni eum faciebant. In his Vir illustris, jam memoratus, NICOLAUS CLAUDIUS PEIRESK*IUS*, Senator Aquisextiensis. Hic enim Matheseos, Astronomiae, Historiae naturalis, aliarumque Disciplinarum studio clarus, in Literis antiquis multum etiam operae posuit, et Literas orientales item, quas leviter ipse colebat, magnâ, quâ pollebat, auctoritate et auxiliis, insigni liberalitate et munificientiâ suppeditatis, quam maxime promovit. Splendido nempe congesto Codicum MSS. thesauro, Rei literariae non melius se consulere posse sibi videbatur, quam si eos datâ opportunitate Viris eruditis concederet, qui ipsos in suos usus converterent, aut quam primum publici juris facerent. Eo igitur auctore Libri nonnulli emendatius editi sunt, ac votis ipsius si eventus respondisset, Opera orientalia haud pauca, hodie usque in Bibliothecis latentia, in Typographiâ *vaticanâ*, vel *mediceâ*, jam dudum typis expressa fuissent. Anno nempe 1628 Cardinalis BARBERINI, amici conjunctissimi, interventu efficere conatus erat, ut ea Typographia restitueretur (2). Quod tamen impetrare non potuit. Superest vero documentum insigne, quod,

---

(1) BORÉ*US*, anno 1838 itinere in Orientem suscepto, postquam Bibliothecas, quae in Monasteriis Libani reperiuntur, pervestigaverat, Samaritanos adire cogitabat (*Journ. Asiat.* 3e série, Tom. V. p. 111 seq.).

(2) Vid. GASSENDI *Vita* PEIRESKII, l. l. p. 300. De ipsius *Linguarum Studio* haec ille p. 253: » Linguas semper excoluit, quas credidit usui futuras. Nam ex Hebraicâ quidem, et ex utroque charactere, tam vulgari

quae edere voluerit Opera, diserte docet. Servatur nimirum Parisiis in Bibl. regiâ Catalogus MS., seriem exhibens Librorum, quos PEIRESKIUS Romae edere sibi proposuerat (1).

» nempe, quam Samaritano; ex Syriacâ item dialecto, idiomateque Arabico, tantum fere delibavit, quantum » ad Siclorum similiumque numismatum interpretationem necessarium duxit, usus magisterio Judaei cujus» dam, commorantis Patavii, cui nomen Rabbi Salomon fuit."

Anno igitur 1600, annos ipse natus 20, Romae degens, Codices MSS. vaticanos et alios evolvit, ac rarissimos notavit (Vid. GASSEND. l. l. p. 250). Studiorum amorem, quo jam adeo flagrabat, magis magisque excitarunt consuetudo et Epistolarum commercium, quae ipsi cum claris Viris intercedebant. In his principem locum tenet SCALIGER (vid. p. 2. n.3.), cui ex nostratibus, GASSENDO (p. 283) teste, item annumeretur THOMAS ERPENIUS. Quo melius autem orientalibus et graecis Literis consuleret, ab anno praesertim 1627 commercium praeterea instituit cum Consulibus et Mercatoribus, in variis Orientis locis degentibus, ut Codices inde nanciscerctur (GASS. p. 298). Biennio post, anno 1629, quum Bibliorum polyglottorum editio parisiensis incepta erat, primum curavit, ut nova subsidia Parisios Româ afferrentur, et MORINUM incitavit, ut suam *Bibliorum*, et *Versionis samaritanae* editionem, aliis Codicibus conferendis, quam consummatissimam redderet (*Antiqq. Eccl. Or.* Ep. XXXVI, p.185); mox vero THEOPHILUM quemdam MINUTIUM in Orientem ipse misit, qui biennio post cum insigni samaritanorum, hebraïcorum, chaldaeorum, arabicorum, persicorum ac qopticorum Codicum apparatu rediit (GASS. p. 301, 306, 308, 312). Omnes hi Codices ipsi erant gratissimi, in primis vero *samaritani* et *qoptici*, cujus etiam Linguae patronum se praestabat (p. 314, 321 seq.). Nec minus *Literas aethiopicas* proferre cupiebat. Simulatque enim *Henochi* Librum acceperat (p. 314), alios item Codices aethiopicos colligere conabatur (p. 315). — Emtis vero Codicibus nondum contentus, alios insuper Codices, in publicis privatisve Bibliothecis depositos, aut ipse descripsit, aut aliis describendos commisit (p. 313, 314, 320, 339). Cui desiderio ut satisfaceret, Librarios harum Linguarum peritos paratos semper habebat; inter quos prae aliis celebratur FRANCISCUS PARROTUS (p. 341). PEIRESKIUM, haec agentem, ac rei utilitatem potius, quam difficultates perpendentem, non miremur, cognito splendido Codicum thesauro, quem GOLIUS ex Oriente Leydam transtulerat, nihil optasse ardentius, quam ut hi Libri omnes quam primum ederentur.

(1) Vid. G. LIBRI *Histoire des Sciences Mathématiques en Italie depuis la renaissance des Lettres jusqu' à la fin du 17e siècle.* Paris 1838, Tom. I. p. 231—247. Libri MS. Bibl. reg. paris. (*Supplementi Latini* n°. 102) titulus est: *Peiresc, diverses langues.* M. 162. Incipit Catalogus a sectione, cui haec inscripta sunt: *Bibliothecae Arabicae manuscripta Scaligeri Mediceae Romae.* Quibus mox subjungitur dilemma: *Illustrissimi Josephi Scaligeri libri Arabici MSS.* Post alia Opera nonnulla (ut LIBRI p. 233 narrat) haec leguntur: *Chronicon Samaritanum ab excessu Mosis seu ducatu Josuae ad tempora Antoninorum*, quibus verbis SCALIGER ipse Codicem descripsit, tum in Op. *de Emend. Temp.* ed. laud. p. 668 seq., tum in Epistolâ ad STEPHANUM UBERTUM, anno 1608 (vidd. J. SCALIGERI *Epistolae* L. B. 1627 8°. Epist. CCCLXII, p. 705). — Paulo post *Libellus* memoratur *Samaritanus, in quo breve Chronicon ab Adam ad annum* 1584. *Item typus anni Samaritani communiter anno* 1584. Hunc SCALIGER edidit ipse anno 1598 in Opere *de Emend. Temp.* laud. editionis p. 115 seqq. et 657 seqq. Dictum vero Chronicon quid sit, nondum cognovi. Fortasse *Abū'l-fatḫiani Chronici* brevior recensio intelligitur, quia *breve* dicitur; estne ergo *Compendium*, quod ab aliâ manu eo usque continuatum sit, pari modo atque Chronicon *integrum*, quod in Codice HUNTINGTONI, sive *bodlejano*, etiam ab aliâ manu ad annum 1492 perductum est? Vid. de hoc Codice SCHNURRER in EICHH. *Repert.* Tom. IX, p. 45. ABŪ'LFATḪUS enim ipse scripsit anno H. 756, sive p. C. 1355 (PAULUS, *Neues Repert.* Tom. I. p. 118). — Quo usque Codex parisiensis extendatur, neque DE SACYUS indicavit, observans modo Codicem non esse integrum (*Chr. ar.* Tom. I. p. 333 seq.), neque etiam J. G. C. ADLERUS, qui eum Codicem descripsit, et paucis de eo Chronico exposuit in *Bibl. krit. Reise nach Rom.* Alt. 1783. 8°. p. 208. Fieri tamen etiam potest, ut *aliud* intelligatur *Chronicon*, cujusmodi plura exstitisse, tum docent DE SACYI dicta l. l. p. 337, supra p. 6. n. 2 allata, tum ea etiam, quae ipse observavi in *Comment. ad Hist. Gent. sam.* p. 63 seqq. — Neque etiam

In his *Liber Josuae* item memoratur. Minime vero exinde elucet, *textum* hujus Libri, an *Versionem* publici juris faciendi consilium iniisset (1). Neutrum possidebat sub finem anni 1631, quum MORINO significabat, se optare, ut Chronicon nostrum ipsius *Bibliis* insereretur(2).

Haec consilia tunc potissimum PEIRESKIUS animo agitasse videtur, quum spem fore, ut Liber Josuae in nostrâ Patriâ *brevi* ederetur, vix superesse animadverterat. ERPENIUS nimirum, Leydae docens ab anno 1613 ad 1624, aliis Studiis deditus, Librum intactum reliquit, nec GOLIUS etiam (qui, natus anno 1596, et a. 1625, quo ERPENIO successit, iter in Orientem ingressus est, ex quo a. 1629 rediit) de eo publici juris faciendo serio umquam cogitasse videtur, aliis quippe, et maxime lexicographicis Studiis unice fere post reditum occupatus. Aliquando tamen, Chronicon aut ipse descripsit, aut describi curavit, de quo loquitur RELANDUS in *Dissert. Misc.* Tom. II. edit. 1707, p. 16. *Ante aliquot annos*, ut ait, *ad meas manus pervenit* (exemplum GOLII, ex MS. SCALIGERI descriptum), *quodque deprehendi Cl. Viri manu in multis emendatum, et nonnulla ad explicationem breviter margini inscripta.* In *Catalogo librorum MSS.* J. GOLII (L. B. 1695 4°) idem inter *Miscellanea incompacta* recensetur (p. 24. N. 6), ubi vero nunc servetur, nondum comperi (3).

---

liquet, quare hocce Chronicon *inter Libros Scaligeri* recenseatur. In Bibliothecâ enim leydensi, cui SCALIGER Libros suos donavit, id non existere constat. Non aliâ ergo ratione hujus rei causa explicari posse videtur, quam si statuitur, hocce Chronicon duobus illis Epistolis additum fuisse, quas Samaritani ex Aegypto et Sichemo ad eum scripserant, sed numquam ipse accepit. Fatendum tamen est, nullam *Librorum Epistolis iis additorum* factam esse mentionem, sive a GASSENDO in loco p. 2. in not. 4. laudato, sive in PEIRESKII Epistolâ (*Antt. Eccl. Orient.* Ep. XXXVI, p. 184).

(1) Si Codicem SCALIGERI *describi* et *Latine verti* curavit PEIRESKIUS, descriptum exemplum et versio fortasse supersunt. LIBRI enim (l. l. p. 231) narrat, peireskianae Bibliothecae *partem* post mortem Viri docti, quae incidit in mensem Junium anni 1637, servari Carpentrac, seque omnes *fere* Libros reliquos, alio delatos, repperisse: quod non mirum est, quia teste ADLERO (l. l. p. 139), PEIRESKII libri variis in locis servati, ab aliis libris facile possunt dignosci. *Versionem* si habuerit PEIRESKIUS, hanc MORINUS certo non scripsit. Hic enim Josuae Librum non legisse, ne vidisse quidem videtur.—»*Nulla ipsorum* (Samaritanorum), v. c. ipse ait in *Exercit.* I. C. 2 (vid. HOTTINGERI *Exercit. anti-Morian* Tig. 1664, p. 63), *gesta aut Chronica in lucem edita sunt, aut* »*in Bibliothecis asservantur, Josephi Scaligeri Bibliothecam si excipias, qui Chronica istius gentis Hebraica* »*in linguam Arabicam translata semel atque iterum citarit.*"—*Versionem* autem latinam edere voluisse PEIRESKIUM, non confici potest ex *latino* Libri *titulo*, in Catalogo posito. Omnes enim Libri *latine* describuntur, quin ii item, de quibus *haec* verba diserte monentur: *Libri imprimendi in Linguâ Arabicâ* (vid. LIBRI, p. 235) id est, *solâ Linguâ arabicâ.*

(2) Sic tunc scripsit PEIRESKIUS ad MORINUM: *Je ne voudrois insister principalement, qu'a faire agir toute sorte d'honnestes et licites moiens d'obtenir des Estats de Hollande ou du Sr. Golius la communication de l'exemplaire que feu Mr. della Scala avoit des livres de Josüé, des Samaritains, qui meriteroient possible d'estre imprimés à la suite de vostre grande Bible* cet. (*Antt. Eccl. Or.* p. 191 seq.).

(3) WILLMETUM hoc item latebat, ut fatetur, de eo GOLII exemplo verba faciens in *Schets van den staat der Oostersche Letterkunde in Holland in de achttiende eeuw.* Vidd. *Verhandelingen der IIIe Klasse v. h.*

De hoc GOLII *exemplo*, JOH. HENR. HOTTINGER*US* in nullo Scripto, quod evulgavit, quantum memini, verba fecit. Quod si cognovisset, atque eo et GOLII monitis usus fuisset, haec sane non reticuisset. Non melius ergo HOTTINGER*I* de his rebus silentium explicari posse videtur, quam si statuitur, GOLIUM hoc Chronicon demum attendisse, postquam HOTTINGER*US* hoc descripserat, et de eo in Scriptis suis disserere coeperat. Quae opinio in primis commendatur, his HOTTINGER*I* verbis: *Atque inde* (ex splendidissimo SCALIGER*I* apparatu) *ego, a Nobilissimo Viro* DANIELE HEINSIO, *Bibliothecario publico, rogatu Nobilissimi et Clarissimi Viri* D. D. CONSTANTINI L' EMPEREUR, *copiam* (Libri Josuae) *describendi nactus fui* (1). Nulla ergo ibi sive GOLII, sive ipsius *Exempli* fit mentio, dum alibi tamen eumdem grato animo celebrat, et ipsius in Codicibus arabicis suppeditandis liberalitatem laudat, imo ipsum auctorem sibi exstitisse narrat, ut ad samaritani Pentateuchi studium accederet (2).

HOTTINGER*US* enim, Studiis academicis Tiguri in urbe patriâ anno aetatis 18° absolutis, ut alios Viros eruditos docentes audiret, iter in Germaniam, Patriam nostram, Angliam et Galliam suscepit. Cupidine in primis flagrabat ALTING*IUM* adeundi et GOLIUM. Groningae, ubi ille docebat, brevi commoratus est; Leydam vero sequenti anno (1640) abiit, ubi in GOLII domo, ejus puerorum Magister, et ipsius GOLII adjutor, per 14 menses degit. Multos tunc Codices orientales, et Codicem nostrum item descripsit. Nonnullos locos, ac longiores item pericopas haud paucas, deinde arabice et latine edidit; anno vero 1644 totius Chronici typis exprimendi consilium cepit, incitatus tum ab aliis, tum a CONSTANTINO L'EMPEREUR*IO* et JACOBO USSER*IO*, cui in Angliâ degens, aliquot Capitum versionem tradiderat (3). Quod consilium quare numquam exsecutus sit, latet.

Libri, in quibus HOTTINGER*US* locos et pericopas nostri Chronici inseruit, sunt sequentes:

1) *Exercitationes anti-Morianae*, quem Librum, anno 1644 editum, conscripsit,

---

Kon. Nederl. Instit. Amst. 1820, Tom. II, p. 165 seq. Ex p. 192 l. l. animadverti, *Lexicon turcicum et malaïcum*, GOLII manu conscriptum, translatum esse in publicam Bibl. *dublinensem*. Num fortasse ibi *illud* etiam servatur?

(1) Vid. *Praefatio*, praemissa *Epitome omnium capitum Libri Josuae*, quae uno volumine cum *Exercitationibus* ipsius *anti-Morianis de Pentateucho ejusque udenticâ αὐθεντίᾳ* edita est Tiguri 1644. 4°.

(2) Vid. *Praef.* praemissa *Exercitt. anti-Morianis*, p. X et XI.

(3) Vid. *Praefatio* praemissa *Epitome* laud. *Ejus* (Chronici), ibi inquit, *nunc exhibemus Epitomen, alias, σὺν θεῷ, ipsum, ubi operae pretium duxerimus, et typi Arabici permiserint, daturi contextum notis necessariis illustratum. Unice enim in votis haberem, tandem aliquando Chronici hujus, quoad liceret, exactam cum textu Arabico edere versionem.* Ac multis interjectis, ubi rationes exponit, quae ipsum incitaverant ad Librum edendum, sic pergit: *His igitur victus rationibus, omnino ut prodeat aliquando, πάσῃ σπουδῇ καὶ μηχανῇ enitar.*

ut refutaret MORINI *Exercitationes in utrumque Pentateuchum Samaritanorum* (1) (Paris. 1651 4°), ubi Versionis Vulgatae auctoritatem MORINUS tueri conabatur, et Pentateuchum samaritanum Codici judaïco anteponendum esse contendebat. In *illo* Libro HOTTINGERUS p. 64—67, 68, 72 nonnulla *latine* vertit, ac *totius Chronici Epitomen* in fine addidit.

2) *Dissertationum theolog. phil. Enneas*, Tig. 1662. 4°., ubi p. 18—36 de *Libro Josuae*, et de *Samaritanorum Theologiâ* disseruit, et, typis arabicis certo eo usque carens (2), textum arabicum hebraicis literis reddit, et latinâ item versione illustrat.

3) *Historia Orientalis ex variis OO. monumentis collecta*, Tig. 1651. 4°, et aucta 1660. 4. In *hac* ed. vidd. p. 60–69, et 290.

4) In primis *Smegma Orientale sordibus barbarismi, contemtui praesertim Linguarum OO., oppositum*, Heidelb. 1657. 4°. Hìc, ut in posteriore *Hist. Or.* editione, locos literis *arabicis* edidit, additâ etiam semper latinâ versione. Loci, vel potius pericopae, in *posterioribus* Libris, praesertim in *Smegmate*, sunt longiores. Conff. modo in hoc Libro p. 437—525, quae pars locis Libri Josuae descriptis, conversis, et illustratis, unice fere absolvitur.

His laboribus, qui multis eâ aetate grati erant et accepti, gravia tamen vitia insunt, quibus reliqua etiam HOTTINGERI Opera scatent. Non tantum perstringendi sunt errores, quos, textu non intellecto, in latinâ versione saepius commisit, qui tamen, *ejus* seculi ratione habitâ, facilius condonantur; sed maxime culpanda est summa ista negligentia, quâ textum arabicum edidit. Errores illos, in versione conspicuos, datâ opportunitate, in Commentario interdum indicavi. A vitiis vero, quibus textus arabicus laborat, quia sunt innumera, significandis abstinui, quae tamen ea subinde sunt, ut sensum non modo obscurent, sed etiam omnem sensum pellant, ut quisque intelliget, qui locos laudatos cum nostrâ editione contulerit (3).

---

(1) Vid. de eo Opere, et HOTTINGERO hoc refellente, *Vita* MORINI, praefixa *Antt. Eccl. Or.* p. 22 seqq.

(2) Nescio enim *arabicis*ne typis usus sit in *priore* editione *Hist. Or.* anni 1651, quam non vidi.

(3) Exempli causâ ex *Smegmate* sequentia afferam. Ex Cap. I°. p. 438 v. c. والمعجزه والعدايب, pro quo leg.: والمعجزات والعجايب. Paulo post: يحكى, pro يجلى, ac deinde يظلهم بالنار, pro يظلهم بالنار; et السماميية, pro السمايية. Ex. C. VI (*Smegm.* p. 453 sqq.) فجميع, pro بجميع; يفسر, pro ينسر; وجلى, pro فجلس; الخمبه, pro الخطبة; معه منه, pro منه. Ex. C. VII. اين نبيا, pro اين من. Ex. C. VIII. فاجتمعوا يتحزبوا, pro فاجتمعدوا يتخوبوا; ibid. لما صح لهم النبى, pro لما صح لهم موت النبى. Ex. C. IX. البيت القدس, pro بالبيت المقدس. In Cap. X. المقدمين الليوانيين, pro المقدسين والبيوانيين; ibid. انشوا, pro وانبثوا; فاجتمع, pro باجتماع; et verba ما داموا — عنهم omisit. Deinde

Exemplum, quod ex Codice nostro Hottinger*us* descripsit, in publicâ Bibliothecâ tigurinâ fortasse etiam nunc superest, cui duo ipsius Filii, *omnes ejus Codd. MSS.*, et *Epistolarum commercium* donarunt, et ubi ea hacc deposita sunt nomine *Thesauri hottingeriani*(1).

Hottinger*i* Scripta diligenter in suos usus convertit, seculo XVIII° ineunte, Basnage*us*, in *Continuatione Operis* Flavii Josephi, gallico sermone conscriptâ, ubi Libro II° de *Samaritanis* exposuit (2). Hic vero, aliique, ut *edita* Chronici fragmenta tantum ad complurium notitiam pertulerunt, ita de ipso *Chronico* nihil novi tradiderunt. Hoc demum debemus Hadriano Reland*o*, cujus opera, in eo posita, dignissima est, quae paucis hîc indicetur.

Golii Exemplo non modo usus est Reland*us*, sed et Codicem Scaliger*i* etiam descripsit (3), et inde haud pauca Dissertationibus *de Monte Garīzīmi*, et *de Samaritanis*, inseruit (4). Haec tamen tantum dedit *speciminis* loco. *Totius* enim *Chronici* editionem, *versione latinâ* munitam, mente volvisse videtur, quod tamen consilium Vir egregius, huic rei aptissimus, proh dolor! non peregit. *Latinam versionem* eum jam parasse Willmet*us* ex *latinâ* Exempli relandiani *descriptione* tantum videtur *conjecisse* (5). *Exstitisse* eam, neque apparet ex verbis *Catalogi* Bibliothecae relandianae, anno 1761 Trajecti divenditae, neque ex *Codd. Arab. Bibliothecae Vaticanae Catalogo*, in quam Reland*i* Opus

---

يجرى بينكم, pro يجرى بيننا وبينكم. Mox قدرتنى, pro قدرته; عليه pro عليهم, et sub finem فاصدقوا, et alia ante omisit. In Cap. XII سبط لاوى, pro من سبط لاوى; رسم انه, pro رسم ان; نفيخ ابن عمه, pro نبيح وابن عمه; et sub finem وكان مبلغ احصاهم omisit. In Cap. XIII اللقات, pro اللغات; et والممالك, pro والمهلك. In Cap. XIV omisit verba اللاهوتى ان انها الجوهر; scripsit والصندوق, pro بالصندوق; et sub finem طاعقه pro طاعته. In C. XVII sub finem تجد legitur, pro تجدد; cet.

(1) Vid. *Allgem. Encyclop.*, quam edunt Ersch. et Gruber., in voce Hottinger*i*, p. 205 seqq. De vitâ ipsius fuse ibi refertur, unde haec tantum supra dictis addimus. Ex itinere anno 1641 in patriam redux, Theologiae docendae provincia primum Tiguri, et anno 1655 Heidelbergae ornatus est. Hinc vero anno 1661 Tigurum rediit, unde anno 1664 Leydam iterum adiit, quorsum anno 1666 ad Theologiam tradendam vocatus est. Firmis vinculis patriae adstrictus, sed hac vocatione captus, dubius aliquamdiu haesit. Vicit tandem Leydae amor. Hanc tamen urbem non revisit. Anno enim 1667 huc proficiscebatur; verum, navi naufragio fractâ, cum plerisque suorum aquis submersus est, anno aetatis 47°. De primo ipsius apud Alting*ium* et Golium adventu ipse scripsit in *Praefatione*, praepositâ *Exercitationibus anti-Morianis*, p. IX seqq.

(2) Versionem vernaculam tantum possideo, cujus titulus est *Vervolg op Flavius Josephus* (II voll. Amst. 1726. fol.), ubi disputatio de Samaritanis legitur Tom. I, p. 185 seqq.

(3) Vidd. Reland*i* *Diss. Misc.*, Traj. 1706. 8°, Tom. I, p. 122, et II, p. 14, 16.

(4) Exstant hae Dissertationes in *Diss. Misc.* modo laudd. *Illa* in Tomo *priore*, ubi conff. p. 122—125, 132, 138, 143, 148—157. Ab hac *alter* Tomus incipit; est *septima*, ubi tum de *locis* permultis, tum de *longioribus pericopis* exposuit, quas partim *arabice* et *latine*, partim *latine* tantum tradidit.

(5) Vid. *Schets*, supra laud. p. 166.

delatum est, hodieque servatur, postquam per aliquod tempus in Bibliothecam parisiensem translatum fuerat (1). Illîc sic describitur inter *Libros MSS.* formae 4ae p. 8. n. 44: *Chronicon Samaritanum, Arabice, ex Codice Schaligerano Academiae Leydensis, charactere Samaritano, descriptum. Huic exemplari a Cl. Defuncto quaedam elogia sunt praefixa.* — Hic (2) vero his verbis: *Cod. in 4° Chart. fol. 66. Arabicis literis et sermone exaratus, inter Codd. O. O., ex haereditate* HADRIANI RELANDI *comparatos, olim octavus; quo continetur: Chronicon Samaritanum, alias* liber Josue *nuncupatum, ab exitu filiorum Israëlis ex Aegypto ad* HADRIANI *Imperatoris tempora deductum e* SCALIGERI *Codice Acad. Leid. literis Samaritanis exarato, ab* HADRIANO, RELANDO *Arabicis characteribus et sermone descriptum, qui et varias ad marginem annotationes et emendationes adscripsit, et correctiones apposuit, et judicia virorum eruditorom* JOSEPHI SCALIGERI, SAM. BOCHARTI, JOH. MORINI, NIC. PEIRESCII, CONST. L'EMPEREUR, LUD. CAPPELLI, JOH. HENR. HOTTINGERI, D. HERBELOTII, et BRIAN. WALTONI, *de eodem Chronico, initio praefixit. Titulus et initium fol. 7. h. e.: » in » nomine Dei Misericordis. Hic liber complectitur historiam filiorum Israëlis a » tempore, quo Dominus noster Mozes, filius Amram, Propheta, quocum pax, » Josue filio Nun imperium in populum suum tradidit. Omnia ex Hebr. linguâ in » Arabicam conversa sunt,"* cet. *In ejus clausula fol. 66 haec legitur annotatio: » Laus Deo. Explicit liber, vulgo nuncupatus liber Josue."*

Cuique ex his manifestum, quam facile fusa haec Codicis descriptio WILLMETUM in errorem ducere potuerit. Teneatur enim, tum indicatum temporis, *a Josuâ ad Hadrianum* decurrentis, intervallum, ex praefixis *judiciis*, ut videtur, ab alio desumtum, tum etiam *verba latina*, quibus Chronici *initium* et *finis* significantur, *ex textu arabico*, ab eodem fortasse, conversa esse. Alia enim est ipsius RELANDI scribendi consuetudo, qui non *Mozes, filius Amram,* aut *liber Josue*, scripsisset, sed *Moses*, *filius Amranis*, et *liber Josuae.* Alia etiam ipsius est sententia de *tempore*, quo Historia, in Chronico enarrata, absolveretur. De SCALIGERI Chronico disserens, « in quo," ait (3), historia eorum (Samaritanorum) *ab obitu Mosis usque ad tempora Alexandri Severi Imperatoris*, describebatur, quod ipsi *Librum Josuae* appellant." Arabica denique ab *aliâ* manu *latine* esse conversa, in primis etiam apparet ex verbis, quibus *finis* Codicis designatur. Codex enim SCALIGERI *in mediam sententiam* cadit, neque Opus ibi ad finem perducitur. Postremae

(1) Vid. WILLMET *Schets*, p. 167, 168, ubi citat *Recensionem MSS. Codd. qui ex universâ Bibl. Vatic. Procuratoribus Gallorum, jure belli, sive pacturum induciarum ergo, et initae pacis, traditi fuerunt.* Lips. 1803 8°, p. 24. N. 102.

(2) Catalogus hicce Codd. Arabb. Bibl. vatic. insertus est *Scriptorum veterum Nov. Collect.; e Vat. Codd.* ed. ab ANGELO MAJO. Rom. 1831. 4°. Vid. p. 441, N. 273.

(3) *Diss. Miscell.* T. II, p. 4.

ergo sententiae RELAND*US* verba supposuisse videtur الحمد لله تمّ الكتاب الخ, quibus lectis *alius* opinatus sit (quod RELAND*US*, inspecto ipso Codice, statuere non potuit), *Chronicon reverâ absolutum esse.*

Quamquam ergo RELAND*US* *latinam versionem* suo Chronici Exemplo nondum addiderat, *ob varias*, quae memorantur, *ad marginem annotationes et emendationes, et correctiones,* quas ipse huic Exemplo adscripsit, has lubentissime ad meam editionem ornandam, et fortasse emendandam, in meos usus convertissem, si eo Exemplo utendi copia mihi data fuisset. Haec vero spes licet voto non respondit, aliud tamen subsidium nactus sum, ex RELAND*I* Bibliothecâ oriundum. Exemplar volo J. H. HOTTINGER*I* *Smegmatis Orientalis*, cui ille nomen suum inscripsit, et in margine tum *sermonem arabicum* corruptum saepe restituit, tum item *latinam* HOTTINGER*I* *versionem* interdum emendavit. Quo subsidio quoties usus sum, toties hoc in Commentario indicavi.

Post RELAND*UM* multi quidem vota fecerunt, ut Chronicon ederetur (1), nemo vero, quantum scio, Chronici edendi consilium ipse cepit ante HAMAKER*UM*. Editâ enim Epistolâ samaritanâ, de quâ supra locutus sum, *Repertorium*, ut in Dissertatione, huic Epistolae praemissâ, p. 21, ipse profitetur, publici juris facere decreverat ad *res Samaritanorum* illustrandas. Hic nempe tum in Linguam ipsorum, in Pentateucho, Carminibus, et Epistolis obviam, inquireret, tum *inedita* etiam, in his *Josuae Librum* evulgaret. At mors repentina summum Virum impedivit, quominus staret promissis, quae ut ipse solvere potuisset, nemo me ardentius exoptasset.

§. 2.

Codicis descriptio.

Codex foliis constat quadruplicatis minoribus, et involucro indutus est coriaceo, quod extrinsecus ornatum est limbo, olim, ut levia vestigia indicant, aurato, et asteriscis intus, et a latere undique notato. Inter Libros Legati scaliger*ani* n. 249 significatur, et in Catalogo *Librorum tam MSS. Bibl. L. B.* 1716, p. 481, n. 1781, sic describitur: *Chronicon Samaritanorum, dictum Liber Josuae, ab exitu Filiorum Israëlis ex Aegypto usque ad tempora Antoninorum, incerti authoris, ling. Arab. sed charact. Samaritano. Circa finem literae, imo voces et interdum integrae lineae Arabicae scripturae in-*

---

(1) In his BRUNS*IUS* (EICHH. *Repert.* Tom. XIII, p. 289), BERTHOLDT*US* (*Einl.* Tom. II, p. 871), MUNTER*US* (*Die Jüd. Kriege*, p. 12). BRUNS*IUS* praeterea in *Orat. Inaug. de eo, quod praestandum restat in L. L. O. O.* p. XI: »imo," inquit, »in votis habebunt harum rerum periti Commentarium Arabicum Anonymi Samaritani in »Genesin, qui Oxonii servatur, totumque Chronicon samaritanum, famâ celebratissimum, cujus fragmenta »ediderunt HOTTINGERUS ac RELANDUS, aliquando cum orbe erudito communicari."

sparsae sunt. Ex hac qualicunque descriptione (1) jam apparet, Codicis conditionem aliam esse *sub finem*, aliam *in principio*. Paginis enim 235 prioribus, quibus aliquando solis constabat, reliquae deinde ab aliâ manu additae sunt ex Codice, sub finem, ut videtur, etiam *mutilo*; quae causa sit, cur ultima pagina 256 in mediâ sententiâ desinat, et pagina sequens, si Inscriptionem huic mox impositam excipis, vacua sit. De hac Inscriptione et de reliquis, quae in Codice obviae sunt, postea monebimus. Ante de duabus iis, quibus constat, partibus sigillatim agamus.

Prior pars posteriorem antiquitate multum superat. Folia enim in posteriore parte membranea et albentia, in priore gossypina sunt, et coloris subflavi, ac primum folium usu ita est lacerum, ut literae nonnullae in margine ante scriptae, et literae finales in vocibus التقرير et والمعجزات, aut *fere*, aut *prorsus* disparuerint. Hoc igitur folium quo melius servaretur, aliis praecedentibus agglutinatum est. Folia tamen reliqua maximam partem integra sunt; pauca tantum, praesertim p. 186—194, a vermibus laesa, qui vero *margini* plerumque, *textui* vero perraro noxam intulerunt. Haec pars perspicua et nitidissime scripta, *Literis* exarata est *majoribus*, quibus Samaritani usi sunt tum in Codicibus Pentateuchi, hodie superstitibus, a seculo XIII° ad XVIum scriptis, tum etiam in Epistolis samaritanis, quas in Europam ipsi olim miserunt (2). Literis autem majoribus

(1) Non melior est J. H. Hottingeri descriptio, in Praefatione, quam *Epitome* praemisit, p. 106. *Exemplum*, ait, *ipsum satis vetustum est, unde et characteres attriti, et exesi; lectio dubia saepe et fallax, ac proinde in eo medium crebro Scaligeri manum deprehendi.*

(2) Typos plerarumque Literarum samaritanarum, quibus Europaei vulgo utuntur, Samaritani jure nuncuparunt *barbaros*, ut Sacerdos Salama in Epist. ad de Sacyum (vidd. *Not. et Extr.* Tom. XII, p. 17). Recte igitur egit de Sacyus, quod in Epistolis samaritanis, ibi editis, novis typis usus est, vere samaritanis, ac simillimis maximam partem Literarum figuris, quas exhibent Codices, et Epistola, ab Hamakero publici juris facta. — Samaritanos sic judicasse, non miramur, si monstrum figurae intuemur, quâ ante, et ipse Uhlemannus (*Institutiones linguae Samaritanae*) usus est ad Literam v. c. *Zäïn* reddendam; sive figuram attendimus Literae *Sāmec*, quam idem, ut omnes ante, *inversam* scripsit; sive *Vāu* cujus forma, apud de Sacyum male item delineata, cum ejus Literae figurâ in nostro Codice, nullam fere habet convenientiam.

De Literis illis majoribus, praeter Adlerum, l. l. p. 143, in primis vid. Gesenii Dissert. de *Pent. Sam. Orig.* cet., Halae 1815, 4°, p. 17, et *Script. Linguaeque Phoen. Monum.* Lips. 1837, 4°, p. 79, ac Tabulae, tum huic Operi, tum voci *Paläographie* in *Encycl.*, ab Ersch. et Gruber. editâ, adjectae. Merito Gesenius in *Script. L. Ph.* p. 79, contendit has Samaritanorum Literas Literis esse simillimas, quae in Numis Hebraïcis cernuntur, exceptis sibilantibus, *Zäin*, *Sāmec*, *Tsadē*, quae, ut *ibi* opinatur, *ex nullo Alphabeto antiquo explicari possint.* Huic obscurae quaestioni lux tamen affunditur, si sententiam admittis, quam ipse ante commendavi (*Letterk. Bijdragen*, Fasc. I. Leid. 1838. 8°, p. 13 et 97 seqq., ubi disserui de Libro Joseph. Lev. Saalschutz (*Forschungen im Gebiete der Hebräisrh-Aegyptischen Archäologie*), et quam postea magis exornarunt Gesenius (in voce *Paläographie*, p. 293—295), Just. Olshausenus (*Ueber den Ursprung des Alphabetes*, Kiel 1841), Hitzigius (*die Erfinding des Alphabets*, Zur. 1840, et *Heidelb. Jahrb.* 1842, p. 422 seqq., ubi suum de Olshauseni Libro judicium exposuit). Ewaldus (*Ausführliche Lehrbuch der hebräischen Sprache*, 5e aufg. Leipz. 1844, p. 98), et Rödigerus (Gesenius *Hebr. Gramm. neu bearbeitet* Leipz. 1845, p. 17). Sententiam puto, *plerasque antiquis-*

Codicis nostri cum *typis*, quibus usus est de Sacyus, et Literarum figuris, obviis in Gesenii *Tabellis*, et *Epistolâ*, quam Hamakerus edidit, collatis, animadvertimus, Literas *Chēth*, *Tēt*, *Lāmed*, *Aïn*, *Schīn*, *Thāu* in nostro Codice et dictis monumentis satis convenire;

---

simas Alphabethi hebraïci figuras ex signis aegyptiis ortas esse. Gentem nempe, ante Israëlitarum in Palaestinam adventum in hujus Terrae parte meridionali habitantem, et intimo mercaturae vinculo cum Aegyptiis junctam, (*Chëthitas* Hitzigius vere, ut videtur, conjecit), horum scribendi rationem universe imitatam esse, sed prudenter in suos usus convertisse, et vero simpliciorem reddidisse, ita ut *unam* tantum figuram (non *plures*, ut Aegyptii) ad singulos sonos enunciandos eligerent, ac figuram *ejus rei*, quae in suâ Linguâ *voce* significabatur, cujus *prima* litera eadem erat, quae in Linguâ Aegyptiorum; cujusmodi figura si in Hiëroglyphis desideraretur, aliam ipsi, huic officio praestando aptam, ex rebus obviis sumsissent. Inter Literas autem, quarum primaria figura ab Aegyptiis mutuata sit, *Zāïn* fuisse videtur. Champollion (*Précis du Système Hiëroglyphique*, Paris 1824. Vidd. *Hiëroglyphes phonétiques*, *Alphabet harmonique* N. 82—85) Signa hiëroglyphica tradens, sonum sibilantem reddentia, *duos gladios* pinxit, quorum alter alteri sive *appositus*, sive spatii servandi causâ *impositus* est. Posterior figura, inter Semitas, hanc appellantes זַיִן (*arma*), invaluit. Brevi tamen duo *gladii* in duas *lineas* mutati sunt, ex quibus temporis decursu apud plerosque Semitas *una*, eaque *magis minusve incurvata*, retenta est. Quum *duas* adhuc servaverant, aliae Gentes has exarabant *jacentes*, aliae *stantes*, quas festinanter scribentes *levi ductu* facile conjungebant, vel *obliquo*, vel *recto*. *Obliquam lineam* olim scribebant Phoenices, ut apparet ex graecâ Literâ Z, ex Alphabethis italicis antiquis (Gesen. Tab. 2), ex Scripturâ Sasanidarum (Ges. Tab. 5), et ex ipsis Phoenicum Monumentis (Tab. 1). *Rectam* lineam ant *in mediâ Literâ* exarabant, ut *Himjuritae* (Rödiger. ad J. R. Wellsted's *Reisen in Arabien* Tom. II, in Tab. N. 4), et *Aethiopes* (H); aut *superne* ipsam addebant, ut *Samaritani*, qui eamdem mediam elegantiae causâ in *nodi* formam circumduxerunt.

Aegyptiacae figurae, ex quibus antiquissima forma Literarum *Sāmec* et *Tsadē* derivatae sint, nondum innotuerunt. Praestat enim hic ignorantiam fateri, quam assentiri Saalschützio, qui dubius haerens, utrum ex duobus Signis hiëroglyphicis eligat, manifesto ipse ostendit, quam incerta sit quaestio. *Sāmec* enim, quod nomen explicat *consessum*, confert cum figuris (quas Champollion l. l. N. 104 et 89 exhibuit) *hominis sedentis*, et *scamni* (p. 57 seq.). *Tsadē* (p. 59) ex *retis*, sive *avis* figurâ (Champollion n. 107) derivat. At licet harum Literarum *origo* lateat, conspicua tamen est *necessitudo*, quae variis utriusque formis *semiticis* intercedit. Antiquissimam esse formam Literae *Sāmec* phoeniciam, a Gesenio *Script. et Ling. phoen. Monum.* p. 39 primo loco positam, ex collatis graecis Literis constat. Varie haec deinde mutata est. *Demtâ parte superiore*, 1) formae inter ipsos Phoenices exstiterunt, quas Gesenius ibid. n°. 3 et 9 insignivit; 2) scribendi compendium, in Scripturâ aramaeo-aegyptiacâ obvium (Tab. 4. fig. 2a), a quo, lineâ rectâ incurvatâ, non differt *quadrata litera* ס. 3) *Scapho Literae phoeniciae omisso*, et Literâ, non ut apud Graecos *in latere*, *dextrorsum operto*, sed Literâ prorsus *inversâ*, et *lineis in circulum flexis*, formata est *Litera palmyrena* (Gesen. Tab. 5 fig. 3a), ex quâ, *ductibus prolongatis*, Litera orta est *syriaca* (ܣ); *uno* vero *ductu prolongato*, Litera samaritana, Calligraphiae studio insignis.

Hoc elegantius scribendi studium, quod per universum Samaritanorum Alphabethum viget, in Literâ *Tsadē* item conspicitur, cui manifesta etiam indicia insunt Literae phoeniciae, quam Gesenius l. l. p. 42, n. 1 et 2 pinxit. Samaritani nempe omiserunt tantum *longum* istud *hami*, sive *unci*, quos *nomen* Literae significat, *manubrium*, et ejus loco *scaphum* posuerunt *subtiliorem*, ac ceterum *dentes* unci *majores* reddiderunt. Itaque *pleniorem* formam Samaritani in hac quoque Literâ servarunt. In affini enim *Numorum hebraïcorum* Scripturâ *nulla vulgo manubrii vestigia* amplius supersunt. In *Zabiorum* Literis hoc *incurvatur* (Gesen. Tab. I ad vocem *Paläographie*); in reliquis vero Alphabethis semiticis cognatis, ut apud Phoenices (Gesen. *Script. et Ling. Ph. Mon.* p. 42. fig. 3—11), universa figura in compendium redacta est.

has vero et reliquas Literas, in primis *Bēth*, *Caph*, *Mēm*, *Nūn*, *Phē*, *Sāmec*, et *Rīsch* in nostro Codice esse *rotundiores*, excipiatur modo Litera *Qōph*, quae, ut in Codice nostro, ita in primâ serie Tabulae geseni*anae* (in *Anecd. Sam.*) *angulos* refert *acutiores*. Ab hac *nostra* tantum differt, quod *dexstrorum* vergit. Aliae porro Literae, ut *Āleph* et *Zāïn*, a Gesen*io* (in serie secundâ l. l.), et *Gimel* a de Sacy*o*, elegantius pinguntur. *Zāïn* deinde, apud Gesen*ium* et Hamaker*um* *erecta*, apud de Sacy*um* vero, ut in Codice nostro, *sinistrorsum inclinat*. — De aliis etiam Literis nonnihil monendum est. Nostrae enim *Dāleth*, *Vāu* et *Jōd* simillimae sunt harum Literarum figuris, in Hamaker*i* Epistolâ obviis. *Jōd* ibi in *superiore dextro latere nodum* habet, qui insuper in Codice *ibidem* additur Literae *Tsadē*, quâ in Literâ *nodus* dictus, tum in Epistolâ Hamaker*i*, tum in de Sacy*i* et Gesen*ii* Scriptis, ubi et in Literâ Jôd deëst, desideratur. Utraque ergo Litera, *Jōd* et *Tsadē*, *manubrio* tantum, quo *Tsadē* a *sinistro* latere instructa est, in nostro etiam Codice invicem distinguuntur. *Hē* porro de Sacy*us* similiorem delineavit typo, quo Europaei huc usque utuntur, *nostra* vero magis convenit cum *Hē* Gesen*ii* et Hamaker*i*.

Quid autem ex formâ Literarum *rotundiori*, in Codice nostro conspicuâ, de hujus Codicis partis antiquitate colligi possit, vix dubium est. Vulgo quidem dicunt, formas *rotundiores* formis *angulatis* esse *recentiores*. Haec vero observatio de *Literis samaritanis* non valet. Primum hoc apparet ex collatis *Epistolis*, et fortasse ex plerisque Pentateuchi Codicibus, in Europam delatis, ad quorum exemplum de Sacy*us* typos, quibus textus samaritanos edidit, delineari jusserit. Hi enim, ut Epistolae, Literas exhibent *acutiores angulos* referentes, quam prior offert Codicis nostri pars, quae multis Pentateuchi Codicibus, ut videtur, et sine dubio Epistolis multo est antiquior. Verum Codicibus omissis, quos ex *aliorum* descriptione tantum cognosco, alia afferre lubet, quibus nostram sententiam confirmem. Codex Pentateuchi samaritani servatur in Bibliothecâ nostrâ (N. 6.), in *Catal. Bibl. Leyd.* anni 1716, p. 409, primum locum tenens. Variis hic partibus constat, quarum aliae recentiores, aliae antiquiores sunt. Codex, ut docet Subscriptio, anno H. 751 (p. C. n. 1350) absolutus est. Hic autem non de Codice *hodierno universo* sermo est, sed de Codice *antiquo*, cujus magna pars in eo Volumine superest. Huic annumeretur etiam ultimum folium, in quo verso ea Subscriptio legitur. Hicce Codex per longum tempus *Rabbinorum* erat possessio, a quibus usu quotidiano ita tritus esse videtur, ut folia nonnulla temporis decursu laederentur, et vero exciderent. In his etiam fuerunt 4 folia priora, quae omnium ceterorum sunt recentissima. Dolemus hujus Codicis fata ex unâ tantum memoratâ Subscriptione cognosci. At licet alia desit annotatio, facile tamen, ét ex *membranarum colore*, ac *Literarum formâ*, recentiores partes ab antiquioribus distingui possunt. Hae autem propius, quam illae, ad scribendi rationem Codicis scaliger*ani*, in priore ejus parte obviam, accedunt. Nec mirum! Haec enim pars, ut mox videbimus, eodem

circiter tempore, quo antiquior pars Codicis Pentateuchi, anno H. 764 (p. C. n. 1362—63) scripta est (1).

---

(1) Universa Subscriptio, quae dictum annum memorat, non ab ipso Librario antiquissimo, sed, ut Scriptura docet, ab alio addebatur, fortasse a Socio quodam Collegii, cui cura mandata fuerit, Codicès ante quam propagarentur, visendi et probandi; quae Samaritanorum videtur fuisse consuetudo, ut ex Inscriptionibus item conjicias, quae Codicibus addi solent. Vidd. modo Inscriptiones, a DE SACYO editae et explicatae in *Mém. de l'Academie des Inscriptions* Tom. XLIX, p. 15 seqq., 24, 197 seqq., in quibus iidem dici videntur *Scribae sancti* (vid. l. l. p. 17). Subscriptionem, nondum editam, sed aliquoties jam a Viris doctis, et DE SACYO l. l. p. 17, nota *b*, memoratam, neque uno nomine cognitu dignam, hîc appono: [illegible] —

Id est: » Domine mi! condona vitia, quae continentur (Codice) hujus Legis sanctae, manui Servi submissi, » indigentis misericordiâ Dei, *Ab-Qowaitīi*, filii Jūsafi, filii Ab-Zahūtae, ex incolis Jaqīrae, Gerarensis, Medi» cinam profitentis in urbe Safedi judaïcâ cum Dei auxilio, anno 751 Gentium maledictarum.

» Acquisivit hujus Legis sanctae (Codicem) Rabbinus Synagogae, et Coetûs Antistes, mare cognitionis, sa» pientiae, et intelligentiae, atque eruditione insignis, Rhetor et Interpres Legis sanctae, et Iudex hujus tem» poris, *Ab-Chasda*, filius Rabbini Synagogae, et Coetûs Antistitis, Viri sapientis, et intelligentis, et eruditi, » ac Rhetoris et Interpretis Legis sanctae, (cujus nomen est) *Abi-Channa Meschullama*, ex incolis *Sagianae*, — » a duobus Rabbinis, *Abi-Rūmmūthae*, et *Abi-Haffathae*, filiis Rabbini boni, *Ab-Nefuschae*, ex incolis *Aqfājae*, » anno 804 Regni Ismaëlis (s. Higrae, post C. n. 1401). Post respirationem ex angustiis in palmae modum (Gens » suppressa) surgat (?)! Deus hanc (liberationem) ipsi reddat prosperam, Amén, Amén! operâ Mosis, dignis» simi, in quo (omnem) spem ponamus.

Codicem ergo anno H. 751. (p. C. 1350) scripsit *Ab-Qowaitī*. Samaritanorum more Scriba formas [illegible] et [illegible] (vid. UHLEMANNI *Institut. Ling. Samarit.* p. 111) promiscue usurpat. Hocce nomen si appelletur *Qowaiçī*, aliquem designat ex القويصة oriundum, qui locus, docente Lexico geographico المراصد, pagus est vallis Al-gūtae prope Damascum (من قرى دمشق من الغوطة), quâ in urbe BINJ. TUDELENSIS seculo circiter 12° medio 400 Samaritanos invenit (vid. BENJ. *Itiner.* ex ed. L'EMPER. p. 57), quorumque in pagis etiam circumjacentibus magnus olim erat numerus (*Commentarii* mei laud. p. 42). Ibi ergo, quia Filius inde nomen habebat, noster Librarius ante degerat. Avum hic habebat Ab-Zahūtam, quod nomen in Inscriptionibus samaritanis

Eum Pentateuchi Codicem pervolvens, duo praeterea folia membranea, huic item imposita, inveni, quae minoris formae quadratae, adeoque ex *alio* Codice oriunda sunt. Haec remotioris etiam sunt aetatis, usu detrita et lacera, ac coloris subflavi. Literarum, hîc occurrentium, forma major quidem est vulgo, quam Codicis scaliger*ani*, at ceterum *hujus* Literis plerumque simillima, multumque diversa ab *angulari* scribendi modo, qui in recentioribus documentis observatur. Operae ergo pretium esse existimavi, si speciminis loco, in Tabulâ lithograptâ unam saltem lineam, sive regulam, insererem, tum nostri Codicis, et dictorum foliorum, tum etiam Codicis illius Pentateuchi, ex quo, quia ét ex antiquioribus,

---

saepe obvium, adeoque in eâ Gente tritissimum, hîc accuratius definitur, additis verbis, *qui ex incolis* erat *Jaqīrae*, quem locum ignoro. Librarius porro vocatur *Gerarensis*, sed Medicinam profitebatur, hunc Codicem scribens, in urbe notâ Zafed*ae*. Aliorum ergo exemplo (vid. DE SACY l. l., p. 23 seq., et 49 seq., et *Commentarii* mei laud. p. 56 seq.) *Medicinae* et *Legis* studium jungebat.

De sensu vocis [Samaritan], quid certo statuendum sit, nondum liquet. DE SACY*US*, ut alios transeam, quorum interpretationes indicavit, l. l. p. 17 not. *b.*, de hac voce locutus est, Codicem describens parisinum Versionis arabico-samaritanae N. 4, ubi anno memorato H. 872, teste summo Viro, sequuntur verba [Samaritan] · [Samaritan]. Sed pro [Samaritan] ibi fortasse etiam [Samaritan] legitur, ut in nostro Codice, ubi in dicto vocabulo eadem litera exstat, quam paulo ante penultimo loco animadvertimus in voce [Samaritan]. *Hanc* ergo Literam tenens, contuli Arabicum ندس, in I specie *percussit hastâ*, in III *maledixit*, quae notio si usu vulgari ad I^am^ etiam translata est, in nostro Codice occurrat *nomen actionis* in I^â^, in Codice vero parisino, cujus Auctor scribere voluerit [Samaritan], quae eadem forma est in III^â^ specie, quo sensu quidem منادسة usitatur, sed ex analogiâ etiam نداس formari potuit.

Medicus ille Codicem scripsisse videtur in usum Rabbini cujusdam, qui hîc vocatur *Ab-Nefūschā* ex incolis *Aqfājāe*, quo nomine si intelligere licet اقفاص, *oppidum Aegypti* hîc occurreret; hoc nomen nimirum in المراصد explicatur: بلد بصعيد مصر من كورة البهنسى. — A duobus saltem ipsius filiis, item Rabbinis, Codex anno H. 804 (p. C. n. 1401) in possessionem venit alius, qui, si verbis Auctoris Inscriptionis fides haberi possit, non minus quam Pater, Vir erat eruditione clarus. Uterque vocatur *Rabbinus*; quod Munus eâdem voce h. l. ubique designatur, de quâ vid. DE SACY l. l. p. 17, n. *p.* Titulus hîc (quod non semper videmus) *plene* enunciatur, *Rabbinus Synagogae ac Coetûs Antistes*, pari modo atque in Inscriptionibus apud DE SACY*UM* l. l. p. 197, 198, 199. Uterque Vir porro appellatur *Rhetor* et *Interpres Legis sanctae*. Vox, quâ ibi Lex designatur, est Judaïcum אֹרַיְתָא, et sensus Titulorum non diversus est a Titulis, quibus alii Rabbini in Inscriptionibus sacy*anis* (p. 17 et 198) insigniuntur, [Samaritan] · [Samaritan], *qui Legem praelegit*, (id est, *praelegens interpretatur*), atque *Preces fundit*. Is autem, qui Codicem acquisivit, insuper *Iudex* erat, sive القاضى Gentis suae, et *Ab-Chasdā* nominatur. Pater vero *Abi-Channā*, cognominatur *Meschullamā*, quod Dei fortasse *amicum* denotat. Alii sic item appellati sunt. In his unus eorum, qui Epistolam dederunt, quam edidit HAMAKER*US*; vid. ibid. p. 30, et 56. Incola ille hic dicitur *Sagiānae*, quo *locus* item designatur *Aegypti*, quia in المراصد dicitur: سجين من قرى مصر. Titulus [Samaritan] saepe occurrit in Inscriptionibus sacy*anis* p. 197 seqq. In ultimis verbis denique, Votum Genti nuncupatum esse videtur, in quo, *Ab-Nefūschae* mentione ante factâ, vox [Samaritan] deditâ operâ adhiberi videtur. Ceterum cum DE SACY*O* vox [Samaritan] non reddenda est *per merita*, sed *reditus Mosis* cogitetur, cujus *operâ* Samaritani sperabant fore, ut Civitas ipsorum restitueretur.

et ex recentioribus ipsius partibus specimen desumsi, *Literis* singula distinxi, de quibus egi in Praefatione.

Prior nostri Codicis pars non tantum, si *Palaeographiam* spectas, sed multis item aliis nominibus, consideratu digna est. Ex alio Libro, Literis etiam samaritanis exarato, accuratissime, ut videtur, est descriptus. Ex Literarum *samaritanarum* fere similium permutatione hoc jam efficias (1), sed quia in *antiquioribus* exemplis eaedem jam confundi potuissent, certius idem patet ex nostri Librarii studio Codicem ita rescribendi, ut ab omni parte describendum exemplum referret. Tot igitur in singulis paginis scripsit *regulas*, sive *lineas*, quarum numerus plerumque, nisi semper, est 16, et in quâque lineâ *tot* posuit *vocabula*, *quot* in illo reperiebat; quare, ubi animadvertebat, *plura* se addere potuisse, et Literam ipse *inchoaverat*, Literae hujus *exordio* non deleto, eamdem Literam *sub finem* lineae *plene* iterum repetit (2), quamquam, si serie interruptâ scribere continuasset, primum sequentis lineae *brevius* vocabulum praecedenti inserere potuisset (3). Nam, si *longius* ubique *ibi* occurrisset, *vacuum* istud in mediis *ultimis* vocabulis *spatium* explicandum fuisset ex Samaritanorum more omnes lineas *aeque longas* reddendi, cui consuetudini iidem, quia vocabula in fine lineae *disrumpere* non solent, nec Literas, ut Judaei nonnullas, ad spatium implendum dilatant, dictâ ratione obsequuntur. Noster huic mori ita etiam addictus est, ut, ubi omne spatium sub lineae finem non impletum est, *ultimam* Literam *praecedentis*, aut *primam sequentis* vocis, quam plene tamen deinde scribit, ad finem lineae addat (4): quae res legenti minime molesta est, quoniam finis cujusque vocis hîc quoque Samaritanorum more *puncto* notatur (5).

---

(1) V. c. p. 3, l. 7 مرون, pro قارون (confusis ࠌ et ࠒ); p. 5, l. 6. ࠊ pro ࠊ in voce الكمال; etiam ࠍ et ࠐ p. 182, l. 9 in vocibus الا نى, pro الا فى; cet.

(2) V. c. p. 2, lin. 6 a fin., ت in v. الصوت; p. 5, l. 11, ت in v. والافات; p. 98, l. 2, ت in v. نبت; p. 122, l. 5 a. f. ر in v. بيجسر; p. 188, 3 a f. ة in خمسة, cet. Et haec Literarum exordia, ne laederetur Codex, non deleta sunt: quae si expuncta fuissent, revera lectionis perspicuitati interdum consultum fuisset: v. c. p. 55. l. 2, Literae prioris initium in voce وحاكمنا, et Literae ى p. 231, l. 3 in v. ساير.

(3) V. c. p. 2, l. 5 vox اب; p. 17, l. 3 a. f. vox مع, aliaeque, quae praecedenti lineae addi potuissent. Ne ergo p. 3, l. 8 vocem عم in praecedenti lineâ ponat, in *mediâ* voce مارون, Literam و, postquam hanc jam inchoaverat, in *mediâ* etiam *lineâ plene* iterum repetit. Conf. etiam n. 3 pag. seq., ut videas, quam servili ratione Librarius Codicem descripserit.

(4) V. c. ا post vocem صرحوا, ortam ex sequente الليوانية, p. 75, l. 5; et p. 233, l. 3 ت ex ادرت. Quod quia SCALIGER non attendit, locum perperam explicuit.

(5) Vocabula conjungenda perraro praeter morem disjunguntur, ut فيما p. 63, حسبما p. 96, et كيفما, et p. 253 أيمن. Disjungenda interdum conjunguntur, ut p. 94 وهوذا, pro وهو ذا. Vocabulorum *compendia*,

Librarius, Codicem adeo presse secutus, nonnulla tamen ipsius vitia, quantum fieri posset, postea emendavit. Is enim, qui Codicem, quem ille sequebatur, scripserat, regularum aequandarum studio orationis perspicuitatem postposuerat. *Unam* Literam nimirum, et subinde *complures*, vocis nondum absolutae, regulâ impletâ, saepissime *hic* omiserat. Has ergo *Literas*, et *Vocabula* omissa, ex alio Codice *ille*, sive *in margine*, sive *inter lineas*, interdum addidit (1). *Omittendas* vero *Literas*, aut *Voces*, non indicavit; quae si *punctis* notatae sunt, haec, ut ex atramenti colore efficiendum est, recentiori et europaeae manui tribuantur (2). Ne quis tamen opinaretur, in regulâ, ad finem usque non impletâ, aliquid deësse, notam (— :) ille ibi saepe posuit, quam in *fine Capitum*, et *Inscriptionum* similiter, etiam haud raro reperimus (3).

---

quae Samaritani in Codd. *duplici puncto, ad finem vocis posito*. indicant (Vid. DE SACY, in EICHH. *Allgem. Bibl.* Tom. X. p. 38, et in *Mém. de l'Acad. des Inscr.* T. XLIX, p. 17) non in Codice nostro, sed in Inscriptione Codicis Pentateuchi, reg. 4 (vid. supra p. 19, not. 1) animadverti.

(1) Vidd. p. 36, 48, 66 cet. *Majus* vocabulum, aut *plures* voces, *margini* aliquando adscripsit, ut p. 1, 11, 62, 67, 68, 94, 233, cet. Omissa *inter lineas* raro inseruit, ut p. 5, 6 a f. Haec *ejusdem* manûs esse, atque ejus, qui hanc *priorem* partem scripsit tum Literarum forma, tum atramenti color, indicant. Quod quam verum sit, apparet ex collatâ voce على p. 10, l. 7 a f., ubi manum agnovimus ejus, qui in *posteriore* Codicis parte *Literas* scripsit *samaritanas*.

(2) Samaritanos tamen omittenda *punctis suppositis*, aut *addito punctorum circulo* notare, ex Epistolâ patet Sichemitarum anni 1820 (Vid. DE SACY. *Not. et Extr.* Tom. XII, p. 140. n. 3). Punctum etiam *superne* apponunt. Vid. GESENII *Anecd. Samarit.* p. 68, n. 6, 71, n. 20, et 74, n. 28.

(3) Vid. p. 52, 53, 54, 68, 70, 76, 92, 101, 105, 106, cet. In Codice Pentateuchi barberino, qui Textum hebraeo-samaritanum, Versionem samaritanam, et Versionem samaritano-arabicam in tribus distinctis columnis exhibet, quemque Codicem PEIRESKIUS moriens Cardinali BARBERINO donavit, — in eo Codice *eadem nota* inservit ad *sectionum finem* indicandum. Vid. J. G. C. ADLER *Bibl.-crit. Reise nach Rom.* p. 144. — ADLER p. 145 seq. loquitur de Samaritanorum diligentiâ, quâ cavere student, ne quis, si duae insequentes lineae *ab eâdem voce* incipiant, alterutram regulam omittat. *Punctum* tunc praeponitur, sive *utrique*, sive *posteriori* voci; v. c.:

ࠔࠋࠔࠉࠌ · ࠀࠋࠐࠉࠌ · تلتين الف الخ

et

ࠔࠋࠔࠉࠌ · ࠀࠋࠐ · . تلتين الف الخ

Eodem consilio in nostro Codice p. 41, ut quisque vocem attenderet من, in initio priorum ambarum regularum scriptam, haec sola deditâ operâ in margine sic scribitur:

من انفق الخ

من يفق

فيدفع

Quam serviliter hujus Codicis Librarius ipsum descripserit, et hîc apparet! In Codice enim, quem sequebatur, dicta verba *sic* posita fuisse, exinde videmus, quod Librarius noster Literam ف, cujus initium primum *sub voce* من exaraverat, deinde missam fecit, et *suo* loco posuit.

Prior haec Codicis pars, quod sane dolemus, in medio circiter Cap. XLVI absoluta est. Paginas nimirum 236—256 adjecit alius Librarius, quem, ut a priore distinguamus (quem A voccmus), Literâ B indicabimus. Utitur hic Literis samaritanis *minoribus*, sive *cursivis*, ut ajunt, quas primus edidit VLOTEN*US* (*Descriptio Cod. Samarit. Arab.* L. B. 1803. 4°, in Tabulâ ad calcem positâ, n. 4, coll. p. 30 seq.), has acceptas ieferens J. D. ÅKERBLAD*IO*, cui Samaritanus *jaffensis* easdem scripserat. Ab hisce tamen Literarum formis Literae, in posteriore nostri Codicis parte obviae, plane fere diversae sunt, si *Gimel*, *Vāu*, et *Aïn* excipitis. Nostri contra Codicis Literae Literis simillimae sunt, quas GESEN*IUS* ex Codicibus gothanis in *Anecd. Sam.* in primâ Tabulae columnâ, et in *Script. Ling. Phoen. Monum.* Tab. 3â depinxit. Nonnullae tantum differunt. In Codice enim nostro *Caph* et *Mēm* non a *sinistrâ* (ut ap. GESENI*UM*), sed ut in Literis *majoribus*, a *dextrâ* denticulorum parte caudâ instructae sunt. *Ductus* porro *supernus* Literae *Lāmed*, apud GESEN*IUM*, in *rectam* lineam ad *dextram* protractus, hîc *sinistram* versus incurvatur. Nostra *Nūn* cum 2â GESEN*II* figurâ convenit, *Qōph* vero nostra formae ejusdem Literae in Scripturâ majusculâ, est similior. *Angulus dexter* tantum hîc est *rotundior* (1).

Vocabula, hîc similiter *puncto* sejuncta, *in fine* linearum saepissime, et negligentius, *franguntur* (2). Deinde haec pars ex MS. descripta est, *orto* quidem ex Codice, qui *majoribus* Literis erat exaratus (3), sed inde *minoribus* Literis, et ita *sordide* descripto, ut noster Librarius permulta legere non posset, quare vocum nonnullarum *partes*, subinde *unam* tantum Literam scripsit, quin *integras* voces, et interdum *plures lineas* vacuas reliquit.

Hoc agens, *priorem* partem non prorsus intactam reliquit, quod, ut apparet ex voce v. c. على, p. 10 inter lineas *minoribus* Literis samaritanis insertâ (de quâ re verbo jam supra diximus p. 22. n. 1), ita conspicuum est ex hujus Librarii more, *Nomina propria* ab Appellativis et aliis Vocibus distinguendi, *Meddâ*, sive *Lineâ superne inscribendâ*,

(1) GESEN*IUS* in *Anecd.* p. 7 contendit, Literas has *minusculas antiquiores* esse Literis, quibus Samaritani in Codicibus Pentateuchi utuntur. Verior ejus est sententia in *Script. et Ling. Phoen. Monum.* p. 80, *illas, ex his ortas esse, ita ut Tachygraphi figuras formantes, nullo negotio et fugiente fere calamo pingendas, in nonnullis Literis etiam ad veterum simplicitatem redirent.*" V. c. *Bēth*, *Rīsch*, *Dāleth*. Literae *Vāu* non *punctum*, sed *parva linea* subscribitur, orta ex Literae majusculae compendio. Haec enim Litera (quae in VLOTEN*I* Tabulâ n. 2. in Scripturâ, tum *majori*, tum *minori*, pingitur, ut in Codice nostro), si pars *superior* et *inferior* omittitur, superest ب, cui *lineam* supposuerunt, ex *infimâ* illius Literae parte desumtam.

(2) V. c. p. 236 احضروا, in احجصـ — روا; p. 237 ارباب, in ار— باب, et ادرينوس, in اد — رينوس; p. 239 ويطاعوا, in ويطلع — وا scinditur; cet.

(3) Sic explicatur scriptio p. 241 وعبدون, pro يعبدون. Nam Literae *Vāu* et *Jōd* in Scripturâ *vulgari* non facile permutantur, facillime vero in *majusculâ*. Porro p. 240 de صاب, pro صار idem observandum est.

quod ut fecit in *posteriori* parte, sic *priorem* relegens, *easdem* ibi quoque, ut *atramenti color* confirmat, passim addidit.

Dictas *lacunas* idem, ex Codice *arabicis* Literis scripto, *arabicis* Literis postea supplevit festinantius, quare haec lectu saepe sunt difficillima, nec raro, punctis diacriticis praeterea quippe deficientibus, vera sunt aenigmata, quae vix solvi possunt. Parum curant Samaritani hanc scribendi inconstantiam, et vero deformitatem. » *Voces arabicas*, inquit DE SACY*US* (in EICHH. *Repert.* T. XIII, p. 274, ubi a pag. inde 271 Epistolam Samaritanorum ad Jos. SCALIGER*UM* anni H. 998 (1590), a MORIN*O* ante editam, emendatius repetiit et latine vertit) » *plurimas intertexuit* (Epistolae Auctor), quas non animad» vertens MORINUS, in miros sensus abiit: imo et plurimas voces omisit. *Ex his ara» bicis vocibus, aliae charactere Samaritano, aliae Arabicis literis sunt exaratae.*" Idem in aliis animadvertimus Epistolis. In *Arabicis* enim *Nomina sancta*, ut *Legis*, *Patriarcharum*, cet., non tantum Literis *samaritanis* exarantur, sed alia item vocabula, ut, [Samaritan], [Samaritan], [Samaritan], et ipsum istud: *Mohammed*, *cujus nomen exsecretur* (1); et contra [Samaritan] · [Samaritan] etiam *arabice* effertur. Eamdem scribendi inconstantiam GESEN*IUS* denique in *Carminibus* observavit, in Cod. v. c. lond. n. 5495, quem in *Anecd. Sam.* p. 6 descripsit, ubi ante omissa propter *spatii defectum*, *arabice* ab alio haud raro inseruntur.

Haec tamen *spatii deficientis* causa nostrum Librarium non movit, ut *arabicis* Literis uteretur. Interdum quidem spatium non sufficiebat ad voces *plene* scribendas, ac tum v. c. p. 239 pro ثانيا, solam scripsit Literam ب, et pro ادرينوس, Literam ا, — sed *arabicis* is etiam utitur, ubi *samaritanis* Characteribus adhibendis satis spatii superfuisset. *Arabicis* Literis potius usus est, quia ex Codice, his Literis scripto, lacunas illas supplebat. Manifesto hoc patet ex *arabicarum* Literarum *permutatione*. P. 239, v. c. السراديين legitur pro السراديب (vid. not. *i* ad Cap. XLVII); p. 241 للبيت pro للبيت; p. 242 الىحلاجل pro الىحلاحل; p. 243 عرن pro عون, cet.; quae vitia ex Scripturâ *samaritanâ* explicari nequeunt. Neque in *posteriore* Codicis parte *ejusmodi* vitia tantum

(1) Vidd. v. c. Epistolae ad Anglos anni 1675 et 1687, a SCHNURRERO insertae EICHH. *Repert.* Tom. IX, p. 22—35, et 36—43; apud DE SACY*UM* *Not. et Extr.* p. 183 seqq. Pariter, ut in nostro Codice, SALAMA, in Epist. anni 1811 in *eâdem* voce *Samaritana* et *Arabica* conjunxit in nomine [Samaritan]نيم, in *Not. et Extr.* p. 110. In *samaritanâ* ab HAMAKERO editâ Epist., hae *duae* tantum sententiae *arabice* scriptae sunt: ubi de *Sidone* fit mentio, بالعربى صيدا legitur, et MAASHOEK*II* mentione factâ, فى اسكلة عكا بالقرب من مدينة صيدا. Fortasse opinabantur Sichemitae, fictos ipsorum in Europâ Fratres, a quibus saepe *arabicas* acceperant Literas, *Arabica* melius intelligere; ubi ergo locum, quorsum dona mittenda essent, definiebant, accuratissime sic eum indicare sibi videbantur.

reperiuntur, sed in *priori* etiam. In Capite v. c. XVIII, p. 89, ايلن pro ايكن; in C. XXII, p. 108 التسعة, pro السبعة (vid. in Annot. nota *h*); in C. XXIX, p. 145, الوجه pro للوجه; (vid. ibid. n. *m*), et conferantur dicta ad Cap. XLVII, n. e, *g*, *i*, et *p*. Hinc constat, exempla olim exstitisse hujus Chronici, quorum alia *integra arabice*, alia vero, quae *partim arabice*, *partim samaritanice* exarata erant.

Idem Librarius omnes lacunas diligentissime supplevit, *uno* loco, ut videtur, excepto in C. XLVII, p. 240, ubi notâ ∴ lacunam significavit (ibi vid. Ann. nota o), quae tamen facile suppleri potest. Alius locus, Capitis L. p. 255, ubi mediae sententiae nota ⍨ inseritur, huc non pertinet (conf. Ann. n. *g*). *Posterioris* autem partis lacunis supplendis ille fortasse non substitit. *Priorem* relegens, ibi non tantum voces *deficientes*, Literis arabicis *addendis* saepe absolvit, sed etiam *vitia* his Literis emendavit, v. c. p. 66, pro لنفوسكم, Literae ك inscriptâ ه, monuit legendum esse لنفوسهم, et p. 77, voci عصيم inscriptâ ظ, عظيم reposuit, et omissa vocabula, ut p. 161 l. 4 على, et p. 163 l. 12 اخر arabice inter lineas inseruit.

Idem denique, ne folia in posterum turbarentur, ad calcem cujusque fasciculi, paginis 16 sive 20 constantis, notam scripsit: ثاني كراس, ثلاث كراس cet.; id est *fasciculus 2us*, *3us*; quo sensu vox كُرَّاسَة, coll. كُرَّاس, a Castello laudatur. Ac fortasse non alius in superiore sinistro latere cujusque folii recti, Notas apposuit qopticas, quae in multis Codicibus arabicis, in Aegypto scriptis, saepe adhibentur (1).

---

(1) Hae *Cifrae qopticae* etiam exstant in Cod^{e}. parisiensi, Versionem exhibente Abū-sa'īdi. De his vid. de Sacy in Eichh. *Allgem. Bibl.* Tom. X, p. 25 et 27, quibuscum conff. ejusdem dicta in *Mémoires de l'Académie des Inscr.*, Tom. XLIX, p. 12 et 13. Notas illas praeterea edidit in *Gramm. Arabe* (Tom. I. in Tab. VIII, coll. ib. p. 91), ex Cod. Bibl. reg., olim dicto *le MS. de St. Germain-des-Prés*, n. 334. Ante S. F. G. Wahlius duplicem earumdem seriem ediderat; posteriorem e *Cod. Propag.* N. III. F. 20 (in *Allgem. Gesch. der Morgenl. Sprachen u. Literatur* Tab. I, Lips. 1784. 8°), non depinxit accurate, ut apparet ex collatione Adleri (*Bibl.-krit. Reise nach Rom.* p. 183), ex eodem Codice eas Notas tradentis. Hanc et *priorem* seriem, quam, ut ex p. 602 conjiciendum est, Wahlius ex Codd. Versionum arabicarum sacri Codicis desumsit, idem nuncupavit, Apostolicas (quia, ut videtur, in *Apostolorum* Libris erant receptae) *communes*, sive *vulgares*. Figurae, in nostro Codice obviae, differunt interdum a Notis, a Sacyo, Wahlio, et Adlero notatis. Nota *unitatis*, ap. de Sacy. Wahl. (ser. *b*) et Adler. referens Arabum *Dal*, ap. Wahl. (ser. *a*) simillima est Literae Aethiopum *Bēth* inversae, quae in Codice nostro magis *erecta* est. Nota numeri 2*i* et 5*i* in Codice nostro a Figuris, a Triumviris iis notatis, non differt. Nota vero numeri 3*i* maxime convenit cum ejusdem Figurâ Wahlii in serie *a*. *Quarti* numeri Nota, non diversa ab eâdem ap. Wahl. (in utroque ordine) et Adl., simillima est Literae *Bēth* in Scripturâ samaritanâ minori; ap. de Sacy. haec *aperta* est. *Sextus* numerus noster convenit Figurae sacy*anae*, si hanc *invertis*. *Septimus* a septimo sacy*ano* vix diversus est. Sic etiam convenit fere nostra *octava* Nota cum eâdem apud Adl. et Wahl. (ser. *b*), apud de Sacyum vero ea ظ Arabum refert. Ab *hoc* tamen *nona*, Graecorum fere θ, eodem modo pingitur. *Decima*

Hi ergo Librarii, summâ cum diligentiâ Codicem scribentes, et revidentes, omnes tamen lacunas, ut videtur, non suppleverunt. Lacunam nempe *totius* fortasse Capitis, Caput inter XVII et XVIII, ac breviorem, in medio Cap. XXII, deprehendisse mihi videor, quod pluribus exposui in ingressu Annotationis ad Cap. XVIII, et in not. *h* Capitis XXII, ad quod conf. etiam n. *b* ad Cap. XXI. Uberiore ergo eâ de re disputatione hîc omissâ, de aliis potius videamus, quae in Codice observanda sunt. *Notas* volo *Literarum diacriticas*, *Vocalium indicia*, et reliqua *Signa*, quibus ii Librarii utebantur.

Literae samaritanae, tum *majores*, tum *minores*, ut in utroque Codice londin. n. 5481 et 5495 (1), et interdum in Cod. barberino triglotto (2), ita in leydensi saepissime *punctis diacriticis* distinguuntur. Multa quidem addidit SCALIGER, at multa etiam, ut color atramenti monstrat, manus orientalis, fortasse posterior Librarius, qui *arabicis* Literis Codicem supplevit (3). Puncta tamen Literis apponens, is sibi non constitit. Nec tantum haec saepissime neglexit, sed haud raro perperam scripsit, et festinantius agens, vicinis Literis subinde addidit. In primis, nec mirum (4)! Litera ت cum ث persaepe

---

nostra est Figura inversa Notae sacy*anae*, similis fere Cifris *arabicis* ejusdem numeri (١.). *Vigesima* in Cod. SCAL. acutior, ap. DE SAC. et ADL., est rotundior. Conveniunt cum Figuris SACY*I* et ADLER*I* numerus *trigesimus* et *quadragesimus*. Neque *quinquagesimus* diversus est a Notâ ejusdem in Tab. SACY*I*, quae ap. ADL. est *quadrata*. *Sexagesimus* SACY*I*, in Codice nostro, et ab ADLER*O*, ubi tamen fere refert *Gomal* Syrorum, in *longius educitur*, in formam ჳ, et sic facile distinguitur a *septuagesimo*, quam Notam DE SACY, ADLER, et WAHL. (in serie *a*), ut in nostro Codice, pinxerunt simillimam Arabum ٥. In *octogesimo* SACY*I*, ADLER*I*, linea inferior *media* in Cod. nostro non flectitur. *Nonagesimus* DE SACY*I* (fere Arabum ص), in Cod. nostro invertitur ૩, quâ parum differt ab ADLER*I* figurâ. *Centesimus*, Syrorum ܓ prorsus, satis convenit cum DE SACY*I*, ADLER*I* et WAHL*II* (in serie *a*) delineatione. Numeri compositi eodem ordine hîc ponuntur, ut ap. DE SACY*UM*, ubi tamen iis additur *Wesla*, quam idem tamen, et ADLER*US* omittunt in numeris *simplicibus*. WAHL*IUS* vero numeris ét *compositis* ét *simplicibus* ipsam in serie *primâ* addit, sed in 2â serie, ut Codex noster, ubique omittit. Hîc Notae illae ultra numerum 129, quo ultima pagina notatur, non procurrunt. In Inscriptione tantum, in folio primo obviâ, memoratur annus 764, cujus numeri Cifras, quia ipsae etiam a sacyanis quodammodo differunt, cum reliquis Notis, quae in hoc Codice obviae sunt, speciminis causâ Tabulae inserui.

(1) Vid. GESEN. *Anecd.* p. 6, 7.

(2) Vid. ADLER. l. l. p. 142 seqq.

(3) Vid. Annot. ad cap. I. Ex Epistolâ ab HAMAKER*O* editâ, novimus Samaritanos, etiam Persarum more, ut *p* a *b* distinguerent, Literam *Bēth tribus punctis* insignivisse. Ut nempe *Pauli* nomen significent, scribunt ࠁࠀࠅࠋࠅࠎ. Vid. l. l. p. 37.

(4) Vid. DE SACY. *Gramm. Arab.* Tom. I. p. 17, et ADLER. l. l. p. 147. — Similiter in Epistolis Samaritanorum vulgo scribitur متل pro مثل, كتار pro كثار, كتير pro كثير, اتنان pro اثنان, تمانيه pro ثمانية. Item in aliis Literis omittitur punctum; ut دكر pro ذكر, هدا pro هذا, et, ut vulgo in aliis Codicibus, in ة puncta omitti solent. Speciminis loco inspiciatur Ep., edita a SCHNURRERO (*Repert.* IX. p. 22 seqq.).

confunditur, et aliquando item arabica ز cum *Phe* samaritanâ minori, quae, si puncto insignitur, ab illâ vix potest distingui (1).

Pro *Punctis*, in eâdem sententiâ *Lineola* etiam subinde Literis a priore, ut videtur, Librario inscripta est, ut Literae arabicae *punctatae* a Literis *non punctatis* dignoscerentur. Imponitur v. c. Literis ذ, ض, ظ et غ (2). Non tamen semper, sed tantum, ubi perspicuitatis causâ, eam addendam esse, ille judicet. Aliam ob causam p. 37 l. 8 illa Literae ي in voce ايام apponi videtur. Ibi tamen non designat, eam Literam *movendam* esse, quod Samaritani in aliis Scriptis sic saepissime indicare solent (3). Hac enim de causâ Linea in nostro Codice non exaratur, ideoque in *eâdem* etiam *voce*, quae proximo ibi praecedit, non adscripta est. Itaque potius opiner, Lineam in posteriore ايام positam esse, ut caveretur, ne quis ab altero ايام ad alterum transiens, intermedia omitteret. Ibi ergo significat, eam vocem in primis attendendam esse (4). Praeterea, ut ه, ubi *pronomen* est *suffixum*, a terminatione *feminini generis* distinguatur (quod saepissime *punctis* solitis significatur), Linea etiam huic Literae sive *imponitur*, sive interdum *supponitur* (5). Aliis haec officiis non fungitur, nec tam crebro usitatur, ut in Codicibus Pentateuchi; de cujus usu, ibi obvio, exposuerunt ADLERUS (*Bibl. krit. Reise nach Rom.* p. 146), et UHLEMANNUS (*Instit. Samarit.* p. 9—11). Ceterum de *Meddâ* s. *Lineâ*, quam *Nominibus propriis* plerumque inscriptam videmus, supra p. 23 jam locuti sumus (6).

Aliae Notae insuper occurrunt. In his Nota, quae, angulum acutum referens, ab accentu judaïco *Mahphac* fere non differt. Alia Nota, alibi simillima est accentui judaico *Geresch*,

---

(1) Ut in Cod. p. 238, ubi sic الزوج cum الفوج confunditur. Vid. not. *g* ad Cap. XLVII. Sine ullâ necessitate *Phe* samaritana major puncto interdum munitur, v. c. in Cod. p. 15 in f.

(2) Repcritur v. c. Lineola, iis inscripta Literis, p. 10 in voce اظهر; p. 6 l. 5 in وغداها; p. 36 l. 6 in مذبح; p. 100 l. 9 in وتعظموا; p. 102 l. 4 in بعض; p. 102 l. 11 in العظيمة; p. 132 l. 4 in مضى, cet. Similiter ض in Epistolâ SALAMae (*Not. et Extr.* T. XII, p. 101 seqq.) scribitur ࠑ̄, non tamen semper, cf. p. 101 l. 5 et 2 a f.

(3) Sic in SALAMae Epist. l. l. ࠍࠅ̄ࠍ, et in Epist. ab HAM. ed., ࠋࠅ̄ࠉ, ࠋࠅ̄ࠉࠌ, ࠌࠅ̄ࠀ, ࠍࠅ̄ࠍ, ࠍࠅ̄ࠅ, et ࠉࠅ̄ࠊࠅ̄, ut verbi causâ pronuncietur צֻוּנוּ et כֻּוּת (non vero כות).

(4) Vocem aliquam *inprimis attendendam* esse, in eâdem, quam HAMAKERUS edidit, Epistolâ etiam per *Lineam* significatur in formulâ ࠏࠋࠉࠊࠌ · ࠏ̄ࠁࠓ (*vobis incumbit*), ne prior vox confundatur cum עֶבֶר (*servus*). Vid. p. 24, coll. p. 33.

(5) *Supponitur* huic Literae p. 1 (vid. not. *a* ad Cap. I), et ter etiam p. 73; eidem vero *imponitur*, p. 29 l. 4 a f.

(6) Hanc v. c. inscriptam habemus voci بلعام p. 10, 29, 30. Sub finem Codicis, a Cap. inde XLVII, et deinceps ejus usus in Nominibus propriis est constans.

alibi accentui *Aslae.* Plerumque tamen hae Notae non sunt nisi *ductus* Literarum initiales, quos Librarius scripserat, ante quam animadverterat, se Literam alieno loco incepisse, quam vero, errore comperto, non delevit. Sic v. c. judicandum est de Notis, tum in voce هيكل p. 121, lin. 9.; tum etiam in vocibus اسراييل (p. 95, lin. 7), et موسى (p. 189, l. 5).

Alibi tamen Nota, ab accentu *Geresch inverso* vix diversa, docet, Literam *festinanter*, id est sine vocali, enunciandam esse, ut in priore Literâ vocis شمش, in Epistolâ, editâ ab Hamakero, lin. 3â. Nota, ut Vir Cl. ingeniose conjecit (p. 31), ex Arabum Ģesmâ orta est, et significet שְׁמְשׁ (*solem*), non שַׁמָּשׁ (*ministrum*) intelligendum esse. Nota porro, quae in nostro Codice p. 138 l. 1 in *Mîm* posteriore vocis شملكم scribitur, est *signum distinctionis.* Vulgo, ubi spatium superest, vocibus *ad calcem* apponitur; ut in margine p. 36 l. 6 a fine post وخرج, et p. 40 post voces فتحرك, ذكرك, سواك, cet. et *bis* in regulâ, quam in Tabulâ distinxi Lit. A, ubi *sententiae pars* item *absolvitur.* Oriunda est ex pleniore et majore signo <:, vel =<, vel —<, significante sententiam ad finem esse perductam (1). Uno tantum loco p. 223 lin. 2 in voce وحطاهم, *Tašdîd* ab orientali manu additur.

De *Puncto* denique, quod *Literis*, *quieti* obnoxiis, nonnumquam *imponitur*, ubi eae *moventur*, verbo dicendum est. Ut enim Literis אהוי, ubi pronunciantur, in Codicibus hebraïcis, Punctum sive *mediae Literae inseritur*, sive *iisdem supponitur*, quod tamen in Bibliis typis expressis in solâ Literâ ה semper, in Literâ א quater observatum est (2),

(1) Ad *calcem* vocis haec Nota scribitur, quia, postquam Codex erat descriptus, ab aliâ manu addita est, nec spatium tunc supererat ad hanc sollenni more *post* vocem *in eâdem lineâ* apponendam. Raro tamen haec reperitur, eoque rarius occurrit, quo ulterius Codex procedit. In fine Capitum a recentiore, et, nisi fallor, ab europaeâ manu, adscribitur haec Nota —:, et plus semel vulgo repetitur, ut indicetur, *nihil ibi desiderari.* — Samaritanos sibi non constare, in *distinctionis* Signis adhibendis, tum *Codices* et *Editiones*, in Bibliis polyglottis receptae, tum etiam *Epistolae* probant. Codex v. c. barberinus, teste Adlero, nostri *commatis*, ut ajunt, loco exhibet /, et *majores sententiae partes* designat per :, sive per =: aut ⁚; *finem* vero *sectionis* per —:, ac *signum exclamandi* et *interrogandi* per <, <·, <:, dum *initio orationis* praeponitur·· (Vid. Adler. l. l. p. 144). In Epistolâ contra Sichemitarum ad Scaligerum observatur sola nota: (Eichh. *Repert.* Tom. XIII, p. 257); in Epist. ad Ludolfum, *post Prologum* finitum :|:, ceterum tantum : (ibid. p. 277); in Epist. ab Hamakero editâ signum :, ac finito Prologo ·:, et in *fine* Epistolae et Subscriptionum |:. Conf. deinde de his distinctionis Notis Uhlemannus l. l. p. 11 et 12.

(2) Vid. Gesenii *Lehrgeb.* p. 97 seq., Ewald. *Krit. Gramm. der hebr. Sprache*, p. 124, et *Ausführliches Lehrb. der hebr. Spr.* p. 131.

ita quoque in nostro Codice, Literis *Vāu* et *Jā* saepe, rarius Literae *Elīf*, interdum Literae *Hā*, ubi moventur, punctum inscribitur. In Literâ *Elif* v. c. p. 66 lin. 2 in ولأصحابكم, et p. 182 l. 6 in انمة, (أئمّة). In أعداء p. 206 punctum perperam Elif *posteriori* additur, et sic quoque p. 191 l. 11 in اقاموا, et p. 234 in اقامة. In *Vāu* occurrit p. 76 l. 5 in v. ومواشيهم, p. 115 l. 5 a f. in v. اللوانية, p. 127 l. 7 in المواضع, p. 158 l. 2 in روس (رؤس), p. 200 in تواجة. In *Jā* p. 15 in اولايك, p. 43 l. 2 a f. in بليالبيها, p. 53 l. 7 ويتناسى, p. 138 in نبايل, 158 l. 8 in باكيين, p. 168 l. 2 باكى, p. 209 in اوليانا, et vulgo in Jā priori vocis اسرايل; attamen p. 96 l. 4 etiam in Elif posteriori, ubi per errorem transpositum est, ut aliis in locis v. c. p. 96 in ونادى, p. 201 l. 3, in بالقوم, p. 210 in f. in الحجارة, p. 229 in السامرة, cet. In Hā legitur p. 117 lin. 4 a f. in voce اغل.

Vocalium notas arabicas, in Epistolis item interdum obvias, Librarius, qui Codicem Literis arabicis supplevit, addidisse videtur, ubi putaret, sensum, his deficientibus, non satis esse perspicuum. *Fatha* tamen rarissime occurrit, v. c. p. 92, l. 8 in v. سخطة, ut pronuncietur سَخَطَة. Deditâ autem operâ haec omitti videtur, quia in samaritanâ Dialecto adeo frequentatur. Crebrius notatur in Epistolis, tum, ut voces dubiae significationis definiantur, tum etiam ut iis, ad quos eae Epistolae mittebantur, et quos veram Samaritanorum pronunciationem ignorare existimabant, haec accurate traderetur. Sic v. c. ibi significatur in vocibus ࠀࠋ et ࠀࠋ ࠉࠄࠅࠄ, ne Judaeorum more pronunciaretur אֵל; in ࠌࠍ = מִן = مِنْ, in ࠀࠕ et ࠀࠕࠄ = אֵת et אַתָּה, in ࠉࠄ = יָהּ, ࠏࠃࠍ = עֵדֶן, عَدْن; in ࠉࠕࠊࠁࠉ, id est יִכְבִּי, *Ethpah.* pro יִתְכַּבִּי, ne quis pronunciaret *Ethpeh.* יִכְּבִי (1). Quam late pateat usus vocalis *a* in eâ Dialecto, testatur Golius, referens (2), se a Viro quodam, Samaritanorum damascenorum familiari, audivisse, hos Pentateuchi exordium בראשית ברא אלהים pronunciare: *baraschīth bara alahīm.* Quod ex iis confirmatur, quae novimus ex 3â Sichemitarum, ad Ludolfum anno 1691 scriptâ, Epistolâ (3): ࠑࠋࠌࠋࠀࠑ· ࠁࠓࠀࠔࠉࠕ · بالفتح ࠑࠄࠉࠑࠓࠄࠔ : ࠕࠄࠔࠓࠑ · ࠁࠓࠀࠔࠉࠕ · بالخفض ࠑࠋࠀࠔࠓ ·

(1) Vid. Eichh. *Repert.* Tom. XIII, p. 257, 273 seqq., et Hamak. l. l. p. 32, 38.
(2) Vid. Hotting. *Exercit. anti-Mor.* p. 34.
(3) *Repert.* l. l. Tom. XIII. p. 286.

[Samaritan] ' [Samaritan] ' [Samaritan] بالرفع ما نقول (1) معتزّ حىّ ࠉࠄࠅࠄ: id est: *et nos* (Literam *Rīsch*) *vocabuli* [Samaritan] *pronunciamus per Fatham; Judaei contra per Vocalem rapidam* (Scheva mobile). *Ac pronunciamus nos vocem* ࠉࠄࠅࠄ, id est, *potens, vivus, per Çammam* (יְהוָה), *non vero dicimus* [Samaritan] (אֲדֹנָי), *ut Judaei* (2).

Çamma et *Kesra* occurrunt saepissime, ut p. 24 in حُن, ينفذُ, ابنتهُ, ثُم; p. 26 l. 1 in لهُ et تاكُل, p. 48 l. 7. ضُربت, 62 l. 7 قُدم, 155 l. 2 بكا بُكا, 170 l. 4 يربطُ, 207 l. 3 a f. بُسمع, cet. Etiam *Tanwīn*, quae in casu recto, ut in Codicibus africanis pingitur ", v. c. p. 65, l. 2 et 3 in vocibus رحوم روف; quorum Codicum morem Noster etiam sequitur in *horizontali formâ* vocalium *Fathae* et *Kesrae* (3) adhibendâ. Semper tamen hae vocales *suis locis* scribuntur, non vero, ut v. c. *Çamma* in Epist. ab Hamakero editâ, quae in voce [Samaritan] *superne*, contra in voce [Samaritan] *inferne* additur. Ubi autem in nostro Codice vocales adscriptae sunt, easdem notavi, unde cuique manifestum est, nullam vocalem, ut vulgo, frequentiorem esse, quam *Fatham nunnatam*, in primis in vocibus, quae cadunt in ة (4).

Hamza numquam notatur. Nec mirum! Sequuntur enim Librarii vulgarem pronunciationem potius, quam receptam Eruditorum Orthographiam, et Linguae Etymologiam. Hinc multa vitia explicanda sunt, ut p. 6 init. نَسَلَه pro نَسْأَلُه, p. 9 بمشية pro بِمَشِيَّة, p. 45 البان pro اللُّبْنان (Libānus), اللجون pro العَجْلون (vid. C. XXXIII not. *b*), p. 238 اليل pro الليل (ut p. 4 باليل pro بالليل), p. 208 فعبتم pro فَعَبَتُّمْ (Cap. XLII not. *i*), p. 140 ارت pro أَرَدْتُ.

(1) Sic legendum est pro معنزحى, ut acute conjecit Hamak. l.l. p. 31.

(2) Haec observata esse videntur, quia Ludolfus vitiosâ usus erat pronunciatione *Jehova*. Hanc certe samaritani haud ignorabant, quin eâ etiam usi sunt aliquando, auctoritate fortasse moti Fratrum suorum, ut opinabantur, europaeorum. Hoc nimirum ex Salamae dictis efficere licet, in *Not. et Extr.* Tom. XII, p. 24. Olim, ut ex Theodoreto (Quaest. 15 in Exod. Tom. I, p. 133. ed. Hal.), qui pronunciationem Ἰαβέ memorat, videmus, pronunciarunt יַהְוֶה. Sola *Dositheanorum* Secta, teste Abū'lfatho, voci يهوه substituebat الهيم (Vid. de Sacy. *Chrestom. Ar.* I, p. 334.

(3) Vid. de Sacy. *Gr. Ar.* I, p. 39.

(4) Exempla *Çammae* per festinationem alienae Literae appositae non desunt. Bis p. 73 pro مُلك scribitur مَلُك, p. 63 نعُل pro نُعِل. Eadem vocalis in Salamae Epistolâ in v. [Samaritan] legitur (*Not. et Extr.* p. 101 in fine).

Literae affines sic saepe etiam invicem permutantur, ut *Hā* et *Jā*, v. c. p. 240 ربيها pro ربيحا; *Ha* et *Elif*, ut p. 19 حكمه pro حُكَمَاء, p. 226, عطايه pro عطايا (vid. C. XLV n. *s*), p. 210 الوليا pro الولية, p. 249 لج pro له; *Elif* et *Jā* post Fatham, ut اوحا pro اوحى, p. 13 يبقا pro يُبَقَّى, p. 46 اتحلا pro اتخلّى, p. 177 تسما pro تَسَمَّى, p. 225 ارا pro أَرَى, et رما pro رَمَى, et contra النسى pro النساء p. 32 in f., ubi alius literae ى inscripsit, deinde in Inscriptione Capitis IX ابتدى pro ابتداء, cet.

Nullae tamen Literae frequentius confunduntur, quam ت et ث, ض et ظ, س et ص, س et ش, د, ط et ت (1). Sic v. c. ط et ظ cum ض, p. 4, ubi بعط pro بعض, p. 36 فليحطر pro فليحضر, p. 66, 84 et 177 حفوط pro خُفُوض (vid. Ann. ad Cap. XVII), p. 169. l. 1. فانهط pro فانهض. Deinde in Cap. XIII (vid. Ann.) ربط pro ربض, p. 188 et deinceps طلال pro ضلال, p. 190 يمطى pro يمضى, p. 194 مظبوط pro مضبوطة, p. 207 افاط pro افاض, p. 252 يطمنوا pro يَضمَنوا, cet.

Vicissim ض et ص pro ظ scribuntur, ut p. 75 3 a f. عصام pro عظام, p. 77 l. 2 عصيم pro عظيم, ubi l. 4 recte عظيمة, sed l. 8 iterum عضم (sic) pro عُظْم, p. 78 l. 3 الصلمات pro الظلمات, p. 86 l. 2 احفصوا pro احفظوا, p. 158 وحصلت pro وخَطَلَتْ (Cap. XXXII. n. *d*), p. 231 الصلام pro الظلام, p. 245 عصامه pro عظامه, cet.

Permutatur saepissime etiam ص cum س (de quâ re Hamak. ad فتوح مصر, p. 87 sermonem fecit), ut p. 139 et saepe, صور pro سور, p. 144 تصاقطت pro تساقطت, p. 158 اوصاطيم pro اوساطيم, p. 164 الصبطتين pro السبطتين, cet.

Confunduntur س et ش, ut p. 74 et 181 سمطة et يسمطوا pro الشمطة et يشمطوا (vid. Ann. ad Cap. XV), et contra p. 209 تشوير pro تسوير; porro ض cum ت, ut p. 23, 28, 33, v. c. in عتب pro غَضَب; ط cum ت, ut p. 180 يصمطون pro يصمتون; د — cum ت, ut p. 186. زيد pro زيت.

---

(1) De harum aliarumque Literarum cognatarum confusione, vid. de Sacy. *Chrest. arab.* Tom. II, p. 231, et *Gr. arab.* Tom. I, p. 20; Caussin de Perceval *Gr. arab. vulg.* p. 7 et seq.; Ewald. *Gr. arab.* I, p. 31, 32, 34; Hamak. ad فتوح مصر, p. 28, 87; et de iis, quae in Codd. et Epistolis Samaritanorum observantur, Adler, l. l. p. 147, et Eichh. *Repert.* Tom. IX. Insigne Literarum ظ et ض permutatarum exemplum quatuor offerunt Codices, invicem non cognati, in loco Num VI. 8, ubi duo pariss. (N. 2 et 4), et leyd. legunt: متجدلا ظفر شعر راسه; barb. vero جدل مظفور شعر راسه. Intelligitur ضَفْر, et مَضْفُور. Vid. de Sacy *Mém. de l'Acad. des Inscript.* Tom. XLIX, p. 34—36.

A Librario porro, qui arabicis Literis Codicem supplevit, *A*, ut *tria* addita puncta docent, saepe ث non ت pronunciabatur. Ab hoc igitur ennnciatur اثاثة (vid. Ann. ad C. III, n. *h*), p. 236 ثلامذته pro تَلَامِذَته, p. 238 ثراب pro تراب, p. 240 قثل pro قتل, p. 243 نقثل pro نقتل, et p. 249 ثلك pro تلك. Recte tamen voci ثـار p. 27 *tria* puncta adduntur. Ceterum de Literarum ث et ت confusione vid. DE SACY. *Gr. ar.* I, p. 17.

Has cognatarum Literarum permutationes in Notis significavi. Literas usu tritas perspicuitatis causâ in Textu arabico reposui.

In *Elif* autem scribendâ et omittendâ Librarii sibi non constant. In formâ 3ae pers. masc. gen. plur. num. Perfecti plerumque exaratur, adeoque semper ipsam enunciavi; saepe tamen, ut in aliis Codicibus (1), omittitur, et contra, praeter morem nonnumquam scribitur v. c., ubi suffixum accedit, ut p. 62 l. 3 in يعرفواه pro يعرفوه. Saepissime etiam in voce ابن servatur *Elif*, ubi ea vox, posita post Nomen proprium, genus paternum designat. Multae formae porro invicem permutantur. Sic pro forma سموات p. 51, 66, 73, 90, alibi, scribitur rarior forma سماوات. In Cap. XLIII (p. 213) etiam occurrit سحر et كفر, pro ساحر et كافر, in Cap. XLV (p. 221) فرحين pro فارحين (vid. not. *l* ad hoc Cap.). Permutantur deinde ثالث et ثلث (2), اثناعشر, et, quod vulgo legitur اثنعشر, اسحق et اسحاق, التوراة et التورية, item لهوتي et لهوت, sed etiam لاهوتي ac لاهوت (vid. Ann. Cap. I n. *c*). Contra جلوت pro جالوت (Ann. ad Cap. I. n. *m*), et رحمن (ibid. n. *a*) scribitur; *hoc*, quia est scriptio maxime usitata, *illud*, quia ex *pronunciatione* Elif adesse, non apparet.

Ex hac vulgari pronunciatione alia praeterea explicantur. Vulgo nempe scribitur هاولاي pro هؤلاء (p. 12 et passim), et حينئاذ (p. 24, 27 cet.), et aliquando حينياذ, pro حينئذ. Plerumque الى et على, sed aliquando ال et عل (3). Sic omittitur Hamza, tum in *mediâ* voce, ut جاك pro جاءك, p. 21 لقاه pro لقاءه, p. 108 مبتداها pro مبتدائها, p. 189 عداه pro اعدائه; tum in *fine*, ubi tunc pronunciatur *Vocalis* sive *Diphthongus* (vidd. dicta in Ann. ad Cap. III not. *f*); ut جا pro جاء, cum quibus conff. شا pro شاء

---

(1) Vid. EWALD. *Gr. ar.* Tom. I, p. 47. (2) Vid. Ew. l. l. I. §. 76.

(3) V. c. ال pro الى in Cap. XLVI, p. 230, et XLVII, p. 240, 244, et عل pro على in Cap. XLVII, p. 243, et Cap. XLVIII, p. 247. Haec scribendi ratio, orta saepissime ex scribendi velocitate, *ibi* illustratur ex pronunciatione Linguae vulgaris. Sic in Linguâ melitensi, *el* vel *il* dicitur pro الى. Vid. DE SLANE in *Note sur la Langue Maltaise* (*J. A.* 1846 *Mai*, p. 479).

ﺭَﺁﻯ pro ﺭَﺃْﻯ; deinde p. 20 ﺳُﻮ pro ﺳُﻮﺀ, et p. 21 ﺷَﻰْ pro ﺷَﻰْﺀ, p. 25 ﻣِﻠُﻮ pro ﻣِﻞْﺀ. Saepe porro Vocali *plenae* Litera semivocalis additur, ubi in Eruditorum Linguâ haec omittitur, ut ﺍﻣﻀﻰ pro ﺍﻣﺾ, ﺍﻗﻮﻝ pro ﺍﻗُﻞْ, p. 45 ﻗﻮﻡ ﻭﺟﻮﺯ pro ﻗُﻢْ ﻭﺟُﺰْ, p. 98 ﺗَﺨَﺎﻑْ pro ﺗَﺨَﻒْ, p. 212 ﻓﺎﻟﻴﺴﻴﺮ pro ﻓَﺎﻟْﻴَﺴِﺮْ, p. 232 ﺍﺩﻋﻰ pro ﺍﺩﻉ, et p. 59 ﻣﻨﺎﺩﻯ pro ﻣﻨﺎﺩ. Interdum tamen etiam recte scribitur, ut p. 23, 32, 33 ﻟﻢ ﻳَﺒْﻖ et ﺑﻜﺎﻳﻪ, sed p. 206 ﺍﻋﺪﺍﻳﻚ, in casu *recto*, pro ﺍﻋﺪﺍﺅﻙ.

Ut denique haud pauca exempla sunt *ultimae* Vocalis in *Nominibus omissae*, et *Elif* in *accusativo neglectae*, ut in Cap. III, p. 15, ﺫﻫﺐ pro ﺫﻫﺒًﺎ, et p. 114 ﻟﻴﻞ ﻭﻧﻬﺎﺭ pro ﻟﻴﻼً ﻭﻧﻬﺎﺭًﺍ, p. 33 ﻋﺮﻓﺖ ﺭﺟﻞ pro ﻋَﺮَﻓْﺖُ ﺭَﺟُﻼً (1); quin etiam suppressae ﺓ mutae post plenam Vocalem *a*, ut p. 35 ﻣﻨﺎﺩﺍ pro ﻣﻨﺎﺩﺍﺓ; — ita alibi inseritur *Elif*, ubi haec ceterum omittitur, ut p. 104 ﺍﻻﻭﺍﻝ pro ﺍﻻﻭﻝ. Alius Librarius saepe perspicuitatis causâ ـٰ addidit.

Alia omitto, quae Scriptori potius, quam Librariis videntur tribuenda, et de quibus infra sermo erit, ubi de illius *scribendi ratione* exponemus. Neque etiam memorare Jubet scribendi vitia, v. c. p. 221 ﺍﻟﻤﺎﻡ pro ﺍﻟﺸﺎﻡ, et Literarum transpositiones, alia (2).

Pleraque Scaliger in Codice jam emendavit, de cujus operâ in eo legendo supra p. 8 verbo jam locuti sumus. Ac profecto, si tempus cogitamus, quo vixit, et pauca subsidia, quae in suos usus convertere potuit, magnam hanc miramur ipsius in difficultatibus, hìc passim obviis, superandis sollertiam (3). Quare qui variam summi Viri et

(1) Istiusmodi vitia etiam exstant in Codice monacensi, Versionem arabicam exhibente Psalmorum a Sa'adīâ conscriptam, quem Codicem descripsit Dr. Dan. Haneberg in Libro: *Ueber die in einer Müncher HS. aufbehaltene Psalmen-übersetzung des* R. Saadia Gaon, *Regensb.* 1841. Ibi etiam scribitur v. c. ﻭﺍﺣﺪ pro ﻭﺍﺣﺪﺍ. Porro terminationes *ūn* et *īn* in *plur.* invicem permutantur, ﺃﻥ cum *Indicativo* construi solet, alia. Hos errores Haneberg Sa'adiae, Fleischer (Gersdorfs *Repert.* XXXIV Bd, 6es Heft p. 482) *Librariis* potius tribuit. Minime tamen *hic* negat, multos etiam Soloecismos, ibi § 7 enumeratos, ipsi Sa'adiae imputandos esse, cujus dicendi ratio adeo vitiosa est.

In scribendo ﻟﻴﻞ ﻭﻧﻬﺎﺭ Codex noster non constanter observavit usum in Linguâ vulgari ceterum vigentem, *Tanwīn* in *Adverbiis* notandi, cum quo more merito contulit Dernburg Hebraica חִנָּם, יוֹמָם cet. Vid. *Journ. Asiat.* (1844 Août.), 4e Sér. Tom. IV, p. 214.

(2) V. c. p. 15 ﺍﻭﻟﻴﺘﻚ pro ﺍﻭﻻﻳﻚ, p. 16 ﻳﺎﺣﻄﺒﻨﻰ pro ﻳﺎﺧﺎﻃﺒﻨﻰ, p. 62 ﺍﻟﻌﻜﺴﺮ pro ﺍﻟﻌﺴﻜﺮ, p. 111 ﻏﺎﻳﻪ ﺍﻓﺘﻨﺎﺡ pro ﻏﺎﻳﺔ ﺍﻓﺘﺘﺎﺡ, cet. Haec transpositio nonnunquam illustratur ex quarumdam Literarum samaritanarum similitudine.

(3) Linguas 13 calluisse dicitur. Arabicae autem Linguae cum peritum fuisse, novimus ét ex hoc Codice, ét ex *Proverbiis arabicis*, quae, monente Casaubono, latine vertit, et Erpenius hoc titulo edidit: *Proverbiorum*

multiplicem eruditionem plene cognoscere velit, hujus Codicis margines is item adeat. Hanc igitur quo pluribus innotescat, ipsius interpretationes et emendationes passim memoravi, quae si nonnumquam improbandae sint, laudes tamen minime tolluntur, quibus tum aliis edendis, tum operâ etiam in hoc Libro positâ, dignissimus est. Codicem certo plus semel legit, ac difficiliorum locorum sensum, collatione cum aliis locis institutâ, illustrare conatus est, et vitia aliquando commissa, lectione repetitâ, deinde non raro emendavit. Quae ideo monenda sunt, ne quis *nonnulla* primo obtutu *aliis* tribuat; in quem errorem facile item incidas, si variam attendis scribendi rationem, quae tamen, si accuratius consideratur, ex festinatione explicetur, temporisve opportunitate et intervallo, quo singula adscripserit. Ipse in nonnullis definiendis aliquando dubius haesi, et GOLII, ac subinde J. H. HOTTINGER*I* manum deprehendere mihi videbar. Sed in legendo Codice pergens, et eum cum fragmentis, ab HOTTINGER*O* et RELAND*O* editis, conferens, animadverti, quomodo eâ de re judicandum sit. Ille enim, qui Codicem ante quam GOLIUS ipsum legerat, descripsit, ea quae GOLIO olim tribueram, SCALIGER*O* diserte vindicavit (1). Eidem, non HOTTINGER*O* alia adscribantur, quae pallide et *latine* scripta sunt (2). Dubium denique de pallidis Literis *samaritanis*, Codici appositis, solvit RELAND*US*, qui ipso utens, et GOLII exemplo inde descripto (3), et has Literas a SCALIGER*O* illi additas esse affirmat (4).

Codicis descriptione absolutâ, Notas, quae huic Codici sub initium et finem adscriptae sunt, prius memorem, quam ad Opus, quod illo continetur, considerandum transeo. Doleo vehementer, multa in his vix legi posse. Itaque, ne quid Lectori desiderandum relinquerem, ad ea, quae ipse solvere non potui, explicanda, alios consului Viros, ét Linguae arabicae peritissimos, ét vero in Codd. MSS. legendis exercitatissimos. Primum adii, tunc adhuc viventem, WEIJERS*IUM*, qui quoniam de multis legendis item desperabat, postea, tum ad DOZY*UM*, Virum Doct., tum ad alios, iter huc facientes, me converti; in his ad Virum summum, REINAUD*IUM*, qui quia sibi ipse in his expediendis nondum placebat, insigni, quâ aliis succurrere solet, humanitate et benevolentiâ, Maronitae, Parisiis degenti, Notas legendas tradidit. Huic tamen non melius

---

Arabicorum Centuriae duae. Arabice et Latine, interprete JOS. SCALIGERO, *cum notis* THOM. ERPENII. L. B. 1623. 8°.

(1) Vid. v. c. *Smegma Or.* p. 460, et 501.

(2) Hoc v. c. vidi post lectam p. 63 Codicis, ubi HOTTINGER*US* (*Smegma* p. 495) Codicis lectionem البينا, non emendationem البيضه sequitur.

(3) RELAND. *Diss. Misc.* Tom. II, p. 16.

(4) Conf. ibid. p. 77, coll. cum Codice nostro p. 147 l. 3. Porro inspiciantur p. 163, 209, 215 et 216, cet.

quam illi res cedebat. Ea ergo, quae explicari potuerunt, cum Lectoribus communicabo. Singulas autem Notas numeris notavi, quo facilius deinde de his disputetur.

I. In folio 1° recto Librarius quidam Notam posuit, ubi, ut ex prioribus vocabulis هدا كتاب patet, de *hoc Libro* sermo fit, quae tamen, exceptis ultimis verbis موسى النبى عليه السلام وما جرا اليهم الى ان حصروا والحمد لله وحده, prorsus fere deleta est. Exordium solum est integrum. Nempe الحمد لله ربّ العالمين ربّ العرْش العظيم; id est: *Laus sit Deo, Domino creaturarum omnis aevi, Domino Throni magni.* In sequentibus ceterum ibi memorari videntur موسى النبى عليه السلام, deinde ولىّ كلّب, et alii, quorum nomina legi nequeunt, et inter quos sine dubio يوشع بن نون etiam latet.

Duas eadem manus regulas deinde apposuit, quae incipiunt a voce والكلام, quae aliis item explicanda relinquo.

II. Idem Librarius sequentia mox addidit: كتبه المملوك لغيره بن عبد الغنىّ النابلسى الاسرائيلى حامل (?) الله اليه على حريد . . . . وهنا الله وكلّا سلم يهوه علّى رّبه بن عمقه وتمّه فى العشر الاول من شهر رمضان المعظم فى سنة . . . . .

Hic ergo memoratur: 1) *Librarius*, 2) *is*, *cui Codicem scripsit*, 3) *tempus*, *quo ille hoc ad finem* perduxit. Librarius se nuncupat *servum aliorum*, et *Nabolositanum*, ejusque nomen est ابن عبد الغنى, quod inter Samaritanos, ut aliunde novimus, frequentatur. Nomen ejus, cui Codex scribebatur, dici videtur *Ali Rabba ben-Amqa*, nobilis fortasse Samaritanus, ut conjiciendum est ex voce ربّه, quem titulum alii etiam gesserunt. In his بابه ربّه, Pontifex, de quo infra in Cap. L fit mentio. Nomen *Ali* docet Samaritanos a Moslim*orum* nominibus recipiendis non alienos fuisse; quod item apparet ex Samaritanorum nominibus, in aliis Inscriptionibus obviis, v. c. ap. de Sacy*um* in *Mém. de l'Acad. des Inscript.* Tom. XLIX, p. 11 et 199, ubi etiam Viri memorantur, quorum alter *Ali*, alter *Ahmed* appellatur. — Codex denique absolutus est die 10° (1) mensis Ramaçāni anni, quem ignoraremus, si verba arabica, fere erasa, addendis Cifris qopticis insuper explicata non fuissent. Ex his, Tabulae lithographtae insertis, novimus annum significatum esse 764 (Higrae), qui est annus 1362—63 post Christum.

Ad latus inferius hujus paginae duo disticha ab eâdem manu adscripta sunt Metri

(1) عشْر dicuntur dies 10, 11 et 12 cujusque mensis. Vid de Sacy. *Chr. arabe* I, p. 476. Itaque العشْر الاول est *dies decimus*.

الطويل, quae praeceptum exhibent morale, quod Samaritano cuidam, hujus Codicis possessori, valde placuisse videtur. Weijersius ea sic legit et interpretatus est:

اذا نازعتك النفس يوما بشهوة وكان عليها للخلاف طريق
فخالف هواها بما (ما .l) استطعت فانما هواها عدو والخلاف صديق

Id est: *Quando animus tuus a te poscit aliquando, ut expleas cupidinem, et via* (tibi) *superest ei resistendi:*

Resiste passioni ejus, quamdiu possis: nam passio ejus nihil aliud quam hostis est, et adversatio (ejus) *amicus.*

Quae in folio *verso* scripta sint, legere non potui. Hoc enim folio sequenti, in quo verso Caput primum incipit, ita agglutinatum est, ut ab hoc sejungi nequeat.

III. In *calce* ultimi Codicis folii versi, quod ceterum vacuum est, eadem manus nonnulla exaravit, quae vero multo velocius et negligentius, quam supra memorata scripsit. Literas hîc junxit, quae ceteroquin non jungi solent, quin voces interdum copulavit, et ne unum quidem punctum diacriticum addidit.

Haec ibi leguntur: حضر كتابه الى عبد الغنى الشيخ الفقيه عبد الغنى المملوك المذكور بن عبد الغنى بن يوسف بن عبيد غفر له الله ولوالديه ول..... هذا الكتاب تَكَمَّلَهُ بخطه وهو تم والله كفى لعلمه بكل شىء. Ex quibus ergo videmur efficere posse *Filium* hunc Codicem *Patri* dedisse. Ad hunc enim ille testatur se suum Librum adduxisse (حَضَّرَ). Pater *Vir* erat *eruditus;* vocatur saltem الشيخ الفقيه. Nomen ejus erat عبد الغنى, quae voces primum *appellative* sumuntur, sensu *servi* (Dei) *sibi sufficientis*, deinde sensu *nominis proprii. Filius* se vocat *memoratum* (nimirum in *paginâ sequente*), *Ben-Ǎbdo'l-ganī*um, et, omisso tantum nomine *Patris* et *Avi*, quos in *seq. pag.* appellat, genealogiam perducit ad Virum quemdam عُبَيْد, et a Deo sibi ac Parentibus imploratâ peccatorum remissione, deinde profitetur, se hunc Librum supplevisse suâ manu, et ad finem perduxisse, quam ob causam Deum tandem celebrat, *ob scientiam ipsius omnibus rebus peragendis sufficientem.*

IV. In duabus sequentibus paginis longiorem pericopen idem apposuit. Ad finem usque paginae *prioris*, ubi Librarius sedatius scripsit, pleraque enucleavi; in *posteriore* vero ob summam in scribendo festinationem major pars solvi nequit.

In paginâ penultimâ haec leguntur: تمّ وكمل هذا السفر المبارك المعروف بسفر يوشع سكور مملوة عليه فى نهار الثلثاء الذى هو (?) خامس عشر شهر المحرم الحرام عام تسعة عشر تسعماية لنفسه المملوك الاصغر الراجى رحمة ربه الغنى المملوك عبد الغنى بن احمد

بن عبد الغنى بن يوسف بن عبيد السامرى الاسرائيلى العسقلانى اليوسفى النسب الموسوى
المذهب ࠃࠁࠋࠉ · ࠏࠁࠃࠄ • عفا الله تعالى عنه وغفر له ولوالديه ولمن طالع فيه ويطالع
فيه ويدعى لمن كتبه بالرحمة والمغفرة ولجميع اهل اسرايل هجودين بجريزيم بيت آل
اجمعين . . . . لاجل من لاقيه . . . . وهو حسبى وكفى
وللخالق طاعة المتظلمين ولعنة الله لمن سارقه لعنة لا تفارقه وكلما يمشى يقع تنكسر
مراققه والحمد لله وحده وشكور مملوّة عليه وحسبنا ونعم الوكيل ✿

Id est: *Finivit sibi et absolvit hunc Librum benedictum*, *qui nuncupatur Liber* Jūšaʿae, *cui sint honores consummati*, *die tertio* (hebdomadis, sive die Martis), *qui est dies 15us mensis Ăl-moharrami sacri anni 919* (Higrae, sive p. C. n. 1513), *servus infimus*, *exspectans misericordiam Domini sui*, *ipsi sufficientis*, *servus Ăbdo'l-ganī ben Ăhmed*, *ben Ăbdo'l-ganī*, *ben Jūsaf*, *ben Ŏbaid*, *Ăs-sūmarī*, *ʿal-ʿIsrāīlī*, *ʿal-Ăsqalānī ex Tribu Jūsaf*ī (1), *e Sectâ mūsawīcâ* (2), *et ex filiis Ăbdae* (3), *cujus*

---

(1) In Codice *hic*, et post vocem ࠏࠁࠃࠄ ad lineam utroque loco implendam nota ' ، ' pingitur. Vir, ibi memoratus, dicitur اليوسفى, ut Librarius Codicis XXVII Bibl. Instituti regii amstelod., quem descripsit H. E. Weijers (vidd. mei *Commentarii* p. 60); *Marchib* contra, qui, nomine arabice converso, vocatur المفرّج, et multas seculo XVII° scripsit Epistolas, profitetur, *Ephraïmitam* se esse (vidd. *Not. et Extr.* l. l. p. 162, coll. 175; p. 199, coll. 202; p. 207, coll. 211; et p. 222). Eamdem tamen Tribum duobus iis nominibus significatam esse credo, nec aliam ob causam Tribus ab iis significata esse videtur, quam ut declarent, se ex *nobili* stirpe oriundos esse, dum ii, qui ex aliis, quibus olim *Regnum Israëlis* constabat, Tribubus originem deducebant, *ignobiliores* haberentur.

(2) Ut Noster, ita etiam Librarius Codicis modo memorati Inst. reg. amst., dicitur الموسوىّ المذهب (Vidd. *Commentarii* mei l. l.) Alibi *hanc* Sectam non memoratam vidi. Sic vero Samaritani, qui *Dositheanorum* partes non sequebantur, nuncupati esse videntur.

(3) Scribens ࠏࠁࠃࠄ, intellexit fortasse ࠏࠁࠃࠉ. Nimirum 1 Chr. VI. 29 ad *Merarii*, tertii ex *Levii* filiis (Gen. XLVI. 11, et alibi), posteros refertur עַבְדִּי, ubi ergo in graecâ Versione vs. 44 pro 'Αβαί legatur 'Αβδί. Hicce *Ăbdī*, qui 10a post *Merarium* generatio esse fertur, in Pentateucho non memoratur, ubi l. l. Gen. et Exod. VI. 16—19, atque Num. III. 17, in Levitarum genealogiis, non ultra *duos Merarii* filios procedunt. Illa tamen Libri Chronicorum narratio quin fide digna sit, nullum dubium est, quippe quae, ut aliae quam plurimae in eo Opere relationes, ex authenticis monumentis, postea deperditis, sine dubio haustae sunt. Si ergo statuere licet, *Ăbdīi* posteros, in Regnum X Tribuum olim abiisse, aut eos ad Samaritanos demum transiisse, et *Josefi* Tribui annumeratos esse, haec fortasse causa est, quare, ét ipsorum mentio, si quando in Pentateucho exstiterit, deinde omissa sit, ét ii, qui ab *Ăbdīo* originem deducerent, simul *Josefitae* dicerentur. Haec tamen conjiciens, affirmare nolim, veram esse *eam* de illius Viri ortu traditionem. Quot enim gloriandi causâ Samaritani fingere ausi sunt! Sic nempe gentem ille habebat *celebratam* et *sanctam*, ideoque *hae voces Literis samaritanis*, sive *sacris*, scriptae sunt. Ortum autem ex Levitarum Tribu, et *Familiae leviticae* indicium, magni habita

10

peccata condonet Deus supremus, *et remittat* (tum) *ei*, *ac parentibus ipsius*, *tum iis*, *qui eum* (Librum) *legunt*, *eumque legent*, *et qui implorabunt ei*, *qui ipsum* (Librum) *scripsit*, (Dei) *misericordiam et peccatorum remissionem. Et universae Genti Israë*-*litarum*, *qui vigiles* (1) *sunt in* (Monte) *Ġarīzīmi*, (qui est) *Domus Dei* (2). . . . .
. . . .

Et ipse (Deus) *mihi sufficit et satis est. Ac Creatori obedientia convenit eorum*, *qui injustos se gerunt*, *et Dei maledictio sit cum iis*, *qui ipsum decipere student* (3). *Maledictio ne ipsum relinquat*, *et quoties incedat*, *ita ille cadat*, *ut cubiti ipsius frangantur* (4)! *Laus sit Deo soli*, *et honores consummati in eum* (conferantur)! *Nobis autem sufficit*, *et quam praeclarus est defensor.*

V. In sequenti pagina non nisi perpauca explicari posse videntur. Quae hîc tradidi, maximam partem cl. Reinaudio et Dozyo accepta refero. Omnia quo melius alii, si velint, dijudicent, hanc Notam universam lithograptam in Tabulâ exhibui.

Quae huc usque ibi animadverti, alicujus sunt momenti. Quid enim de lectione anni, in paginâ antepenultimâ memorati, statuendum sit, haec Nota certo declarat. In dictâ enim paginâ dubium est, legendumne sit وستماية الحج (619 H. = 1222 p. C.), an وتسعماية الحج (919 = 1513). *Hanc* lectionem *illâ* praeferendam esse, verisimillimum quidem erat, si annum, in Notâ II nuncupatum (764 = 1362—63), attendimus, et dicta consideramus in Notâ III et IV de Codice *absoluto*, sive *refecto*, attamen illud nondum constabat, si, ut

---

esse, tum res ipsa docet, tum etiam Salamae testimonium. Hic enim non modo in Epistolâ, scriptâ anno 1820 se ipse vocat (*Not. et Extr.* l. l. p. 145): ࠔࠋࠌࠄ • ࠁࠍ • ࠈࠅࠁࠉࠄ • ࠄࠊࠄࠍ • ࠄࠋࠅࠉ • ࠁࠔࠊࠌ • (*Salamam*, *filium Tobiae*, *Sacerdotis*, *Levitae*, *in* (urbe) *Schecem*); sed etiam in Epist. anni 1826 (vidd. *Not. et Extr.* l. l. p. 230): ࠄࠊࠄࠍ • ࠔࠋࠌࠄ • ࠁࠍ • ࠈࠅࠁࠉࠄ • ࠌࠁࠍࠉ • ࠏࠆࠉࠀࠋ • ࠁࠍ • ࠒࠄࠕ • ࠁࠍ • ࠋࠅࠉ •, id est *Sacerdotem Salamam*, *filium Tobiae*, *et ex filiis Ázziël*, *filii Qahat*, *filii Lewi*: ubi ergo, ut indicavit recte de Sacy. (l. l. p. 234), significatur עֻזִּיאֵל בֶּן־קְהָת, qui Num. III. 30 memoratur.

(1) Vox غجودين, sive, ut videtur scripta cum terminatione hebraicâ, غجوديم, significare videtur *Vigiles*. غجود formas quidem habet *collectivas* غجّد et غجود, et sensu usitatur *noctu preces peragentis*, sive *precum peragendarum causâ vigilantis*, sed hîc ét regulariter flectitur, ét universo *custodum* sensu usurpatur, quo Samaritani vocem שְׁמָרִין explicare solent; sensu nempe *custodum*, tum *Montis sacri*, tum praesertim *Legis sanctae*. Vidd. *Commentarii* mei p. 10.

(2) *Mons sacer* ipse vocatur *Domus Dei*, ut in Epist. anni 1099: هر جريزيم بيت ال. Vid. *Not. et Extr.* l. l. p. 220 et 222.

(3) Verbum سرق *furatus est*, quod in III significat *furari studuit*, hîc, ubi de rebus *Deo* furtim surreptis fit mentio, referatur ad *Ritûs neglectos*. Ii nempe spectantur, qui *publice* sacra Samaritanorum Instituta caute et religiose observant, *privatim* vero, ac si Deus hoc non animadverteret, religionis praecepta omittunt.

(4) Spectatur notum, hodieque usitatum, Proverbium.

primum conjiciebam, Librarius *has* ex *antiquiore* Codice, unâ cum ultimis Codicis paginis *desumsisset*.

Haec Nota ceterum cum Historiâ Codicis non cohaerere videtur. Eodem anno, aliquot mensibus interjectis post scriptam paginam antecedentem, exarata est. Ut videtur, sermo fit de adventu cujusdam ex urbe *Istambūl*, s. *Constantinopoli*; deinde de *Rege Aegypti*, quo spectatur penultimus Sultanorum mamluc*icorum*, *Al-Malec*, *Al-Aŝraf*, *Qançu'l-Gauri* (الملك الاشرف قنصوه الغورى) (cujus nomen fortasse in reg. 4â latet), ab anno 1501 Aegypti et Syriae dominium tenens, et anno 922 H. sive 1516, prope Ḥaleb*um* in Campo *Dabīk*i occisus (1) in proelio, cum Turcis commisso, duce Sultano Selim*o*, cujus ac filii, Solaimān*i* nomen in hac Notâ item leguntur. *Cujus* vero nomen insertum sit regulae 6ae, ubi cl. Reinaud*io* (cui, haec leviter inspicienti, antecedentia nondum perspecta erant) voces exstare videbantur الملك المنصور برّا وبحرا, nondum assecutus sum.

Iis, quae in hac Notâ leguntur, lux fortasse affundi potest ex Notâ, appositâ Codici parisiensi, Versionem exhibenti arabico-samaritanam Abū-Sa'īd*i*, N. 2. Hanc Notam, lectu item difficillimam, magnam partem edidit de Sacy*us* (*Mém. de l'Acad. des Inscr.* Tom. XLIX, p. 11 seqq.). Memoratur ibi adventus ejusdem Sultani *Qançu'l-Gauri*, Alexandriâ cum comitatu suo venientis, in locum quemdam, non indicatum. Significatur vero annus, ut videtur, H. 920, quo posito, ea, quae in nostro Codice leguntur, cum illis fortasse cohaerent.

Quae legere potui, sunt sequentia:

lin. 1. لما كان بتاريخ نهار الخميس المبارك للعشر شهر ذى القعدة للمسلمين سنة تسعة عشر وتسعماية
» 2. حضر بن . . . . . . شريف من بلاد استنبول المحروسة . . . .
» 3. . . . .
» 4. بنعمة ملكنا . . . . مصر المحروسة . . . .
» 5. الملك المظفر سليم خان لـو . . . . رحمه الله تعالى . . . . صوب الرحمة والرضى
» 6. ولولا تملكه . . . . برا وبحرا . . . .
» 7. السلطان . . . . سليمان نصرنا الله تعالى نصرا . . . .
» 8. و . . . . وجعلها . . . . s . . . .
» 9. وحسبنا الله ونعم الوكيل

(1) Vid. von Hammer, *Geschichte des Osm. Reiches*, T. II, p. 474 seqq.

Omnibus autem Notis inter se collatis, animadvertimus, *priorem* Codicis partem conscriptam esse anno H. 764 (1362—63 p. C. n.); parte vero *posteriore* postea deficiente, Codicem anno H. 919 (1513 p. C. n.) esse revisum et suppletum ab 'Abdo'l-ganīo, primum in suos usus, ut videmus ex N. IV, deinde vero Patri datum, ut apparet ex N. III, quam ergo post Notam IV scripsit. Hujus Librarii manu item scripta esse videntur, quae Num° I et II adduximus; quae res, mira licet primo obtutu, facile tamen explicatur, si statuimus, 'Abdo'l-ganī*um*, qui se ipse memorat in N. III et IV, Codicem manu primum tenuisse, non mutilum modo *sub finem*, sed in *prioribus* etiam foliis lacerum; — *eum* ergo haec conglutinasse, et tegumento firmasse membraneo, atque in eo, quae in laceris foliis legebat, Literis *arabicis* repetivisse. In foliis nempe jam conglutinatis, is qui priorem Codicis partem, nunc superstitem, scripsit, ea, quae addidit insuper (ut fieri solet, si samaritanis Literis utuntur), *samaritanis* Literis exarasse videtur. Excipiantur tantum duo disticha arabica, quae, ab alio fortasse addita, posterior 'Abdo'l-gani*us* item repetiit.

Quae modo conjecimus, *eâdem* manu *omnes* Notas exaratas esse, confirmant praeterea dictiones, in II et III obviae. Verba volo المملوك لغيره, quae in *illâ*, et المملوك المذكور, quae in *hac* leguntur. His nimirum (istud لغيره *de suo* addens) indicavit, utrumque 'Abdo'l-ganī*um* esse diversum; illum servum fuisse *aliorum*, quam quibus *ipse* inserviebat; se vero (in N. III) eumdem esse, qui in IV memoratus erat. Haec autem et si non addidisset, ambo tamen ii jam satis distingui potuissent. Ille enim in Nota II dicitur النابلسى, hic vero in Nota IV العسقلانى. Ne dicam de *diverso tempore*, et *Viris* quibus scribebant *diversis*. Ubi habitaverit is, qui in N. II appellatur, latet. De loco vero, ubi posterioris partis Librarius, hanc scribens, degebat, vix dubium superest. Haec enim scripsit in *Aegypto*, quod tum Notae qopticae, margini appositae, declarant, tum etiam Nota Codicis involucro inscripta (vid. p. 3). Idem praeterea verisimile est exinde, quod Codex ad SCALIGER*UM* ex Aegypto allatus est (vid. p. 1). Nota V hanc sententiam item confirmare videtur.

CAPUT II.

De Opere, quod hoc Codice continetur, ejusque Scriptore.

§. 1.

Libri Titulus, Capitum divisio, Argumenti expositio.

Operis, quod hoc Codice continetur, *Titulus* non dubius est, licet neque in Libri *fronte* legitur, ac *finis* desideratur, neque etiam in verbis latet, a quibus Prologus incipit. Verba enim هذا كتاب سير احبار بنى اسراييل من وقت ان قلد سيدنا موسى ابن عمران النبى عليه السلام يوشع ابن نون خلافة على قومه, referenda sunt ad *Opus*, quod Noster *ex Linguâ hebraïcâ in arabicam se convertisse* profitetur. *Alibi* vero Chronicon vocatur سفر يوشع بن نون, *Liber Jūšaʿae filii Nūni*, cujus res gestae maximam quidem partem, non vero solae, ipso continentur. Sic Liber nuncupatur, tum in *Inscriptione* Capitis IXi, et in initio Notae IV, sub finem Codicis adscriptae, tum etiam in *Epistolis*, ex quibus p. 4 et seqq. nonnulla testimonia attulimus. Eodem Titulo ipsum etiam memorat Abū'l-Fatḥus in Chronici Prooemio, narrans se praeter alios fontes Chronico item usum esse, arabicis Literis et arabicâ Linguâ conscripto, *cui additus erat Liber Jušaʿae* (1), quem, ut postea videbimus, in suos etiam usus convertit.

De Operis *argumento* jam exposuit J. H. Hottingerus in *Epitome capitum Libri Josuae*, quam subjunxit *Exercitationibus anti-Morianis*, p. 109—116. Argumenti ergo expositionem hîc transire possem. Quia vero Liber ille hodie est rarissimus, et Capitum summae ibi leviter, nec plene, nec semper accurate, traditae sunt, atque Operis *Conspectus* hîc etiam vix desiderari posse videbatur, ipsas, illius Conspectu seposito, h. l. igitur inserui. Ne quem tamen, hac Expositione cum Hottingeri *Epitome* collatâ, offendat discrimen, quod in *Capitum* computatione animadvertet, hac de re nonnulla praemittam.

Primum ergo tenendum est, Hottingerum, argumentum Capitis XV et XL enarran-

(1) Paulus, *Neues Repert.*, I Th. p. 119.

tem, duo Capita in unum conjunxisse, adeo ut, quae ab ipso Capite XV° includuntur, in Codice nostro Capitibus XV et XVI contineantur, et quae ille Capiti XL° tribuit, hîc in Capitibus XLI et XLII exhibeantur. In similem errorem jam inciderat SCALIGER, quum notas numerorum singulis Capitibus addebat. Bis enim usus est numero 15°, quo facto Cap. XVI alieno numero insignitum est. Praeterea Cap. XLIV enumerare neglexit. Melius deinde SCALIGER fecisset, si a Capite II° demum numerare incepisset. *Primum* nempe Caput complectitur Prologum, cui ergo nulla etiam *Inscriptio* est imposita. Quoniam vero Prologus ille ex HOTTINGERI et RELANDI Scriptis *primi Capitis* nomine innotuit, et sequens Capitum numeratio huic fundamento superstructa est, hanc *scaliger*anam Capitis *primi* notam, ne confusio oriretur, retinui. Sub finem tamen Capitis XLVII, ubi Capitum divisio, ut in Annotatione ad hoc Caput (notâ θ) indicavi, turbata est, hanc ita restitui, ut post verba الامام الكبير, novi Capitis initium posuerim, cum Inscriptione خبر عقبون الامام.

Haec *Capitum divisio*, et ipsorum *Inscriptiones*, sine dubio ei tribuendae sunt, qui hoc Chronicon arabice scripsit. *Illam* ab eo derivandam esse, ostendunt *formulae*, in *fine* Capitum occurrentes; et *Inscriptiones* non alium habere auctorem, multa indicia docent. In initio v. c. Capitum VII et XLV عنه et انه ex Inscriptione tantum illustrantur. Idem observandum est de ذلك, ineunte Cap. XXXVIII, de وهو, a quo incipit Cap. XLI, de verbis هذا الملك, in Capitis XLVII exordio', cet. Ac hujus arabici Chronici Scriptorem, Inscriptiones addentem, suâ dicendi ratione usum esse, a scribendi ratione Fontium saepe diversâ, praeterea apertum est. *Nebucadnezar*um v. c., qui in Opere, quo Cap. XLV usus est, dicitur *Persiae rex* (ملك من ملوك فارس), ipse nuncupat *Regem Mauçili* (ملك الموصل), quo Titulo ab Arabum Scriptoribus ille etiam insignitur. Vid. Ann. ad Cap. XLV. Deinde in Inscriptione Cap. XLVI *Hiërosolyma* dicuntur القدس, in ipso vero Capite بيت المقدس.

Arabici Chronici argumentum hocce est.

Caput I. *Prologus.* Indicatis Libri Fonte, et ratione, quâ ille ex samaritanâ Linguâ arabice conversus sit, et summatim memoratis, quae hoc Libro continentur, res mirae copiose traduntur, quae viro Mûsâ in Deserto factae sint, et verbo significantur calamitates, quae Israëlitis deinde evenerunt, et causae, quare in istas inciderint.

Sequitur a Capite II ad finem Capitis VIIIi *Introductio*, quam hujus arabici Chronici Auctor Libro samaritano, quem vertit, praemisit.

Caput II incipit a Jûšaae inauguratione, Mûsâ jubente, peractâ. Solennia ab Ilazare perficiuntur. Bellum adversus Midjan*itas* paratur.

Caput III. Mābi, Ammūnis, Midjanis Reges, audientes, quae Sihūno et ʿŪgo evenerant, Bilʿāmum Magum arcescunt. Legati, ad ipsum missi, longâ cum compellant oratione, sed, re infectâ, abire coguntur. Alii mox abeunt, splendidiore pompâ instructi, ac plura illi promittentes. Horum votis jam, sed Deo invito, obsequitur. Ter igitur a Deo prohibitus, quominus iter pergeret, ad Reges tandem pervenit. Hi magnis quidem cum honoribus afficiunt, at nihilominus Israëlitis ter ille benedicit. Reges hanc ob causam iratos Bilʿāmus mox alloquitur, ac certiores reddit doli, quem excogitaverat.

Caput IV. Dolus peragitur. Mittuntur viginti quatuor millia puellarum formosissimarum, rebus quibusque dilectis instructarum, et Idola secum ferentium. In his Regis est Filia. Ad Šimʿūniticae Tribûs Principem, quem Mūsam esse opinatur, ea accedit, ipsumque seducit. Hunc sequuntur reliqui Tribules. Omnes ii jam a Deo perduntur, ac Gens universa perdita fuisset, nisi Fīnḥas Principem istum ac regiam Filiam occidisset, et hanc calamitatem ita avertisset.

Caput V. Ut vindicta de Midjane sumatur, suscipitur expeditio, cui praeficiuntur Jūšaʿa et Fīnḥas. Quibus auctoribus idem dolus, ab illis iterum institutus, nunc irritus redditur. Ad urbem deinde accedentibus, muri, tubarum clangore edito, suâ sponte corruunt. Captâ urbe, cuncti cives arma gerentes trucidantur, in quibus etiam 5 Reges, et, quem Jūšaʿa non interficere, sed vivum ad Mūsam deducere voluerat, ipse Bilʿāmus. Israëlitis, qui omnes salvi evadunt, et magnâ cum praedâ redeunt, Mūsa et ʿIlʿazar obviam veniunt, et omnes captivos interfici, solas vero puellas innuptas servari jubent.

Caput VI. Deus Mūsae mandat, ut in montem Nābā adscendat. Orationem igitur habet ad Jūšaʿam, Sacerdotes, Tribuum Principes, et Viros eruditos. Sacra deinde in Tabernaculo peragit, et Populum universum alloquitur. Dum verba facit, facies ipsius solis instar lucet. Instante valedictione, omnes per horae spatium lacrymas fundunt. Postea Jūšaʿa, et ʿIlʿazar, aliique, Mūsam ad montem usque comitantur, eique adhaerent, donec ignea columna, nocte adveniente, ipsum ab iis sejungit, quo facto, nemo postea cognoverit, quid Mūsae deinde acciderit.

Caput VII. Jūšaʿa post Mūsae discessum, ipsius laudes celebrat. Laudatione finitâ, a Deo jubetur cum Sociis in Israëlitarum castra redire.

Caput VIII. Jūšaʿâ reduce, Populus per 30 dies atque noctes luctum in Mūsae honorem instituit. Quem quum Gentes audiverant, exercitum ipsae in finibus Palaestinae colligunt, ut Israëlitas oppugnent. Jūšaʿam, ne metu percelleretur, Deus ipse suum auxilium promittit, et animos ei addit.

A Capite *nono* incipit *Liber Jušaʿae*.

Caput IX. Jūšaʿa divinitus monetur, ut cum Gente Alʿordonnem (Jordanem) trajiceret, et Terrae expugnationem susciperet, quae ut alacriter aggrederetur, novis excitatur adhortationibus et promissis.

Caput X. Jūša:a Sacerdotes, Principes, et Populum, ad se congregat, et ad eos verba facit. Ante gesta ipsis in mentem revocat, foedus cum iis renovat, ac futura praedicit.

Caput XI. Omnes, altos clamores edentes, et multas effundentes lacrymas, Deo teste invocato, profitentur se in hocce pacto permansuros esse.

Caput XII. Census instituitur omnium, qui ad arma gerenda obligati erant, ex quibus excipitur sola Tribus Lāwī*i*. Exponitur deinde de Tribubus trans Fluvium, et quomodo *ibi* ipsae suas ditiones acceperint; deinde traditur, qui numerus esset, tum Exercitûs, tum Tribûs sacerdotalis, cujus officia denique describuntur.

Caput XIII. Jūša:a exploratores mittit, qui exercitus hostiles oculis perlustrent, et Jarīḫā*m* adeant. Quae res quo melius ipsis cederet, ii, ad hostes pervenientes, simularent, ex terrâ longinquâ se advenisse, ac desiderio excitatos esse omnia cognoscendi, quae de Israëlitarum victoriis et futuris horum consiliis ad ipsos perlata essent. Narrarent enim, se Israëlitas adiisse, et quae ipsis tunc evenissent, ipsique vidissent, quum ad Jūša:a*m* delati essent. Hujus ergo forma describitur externa, ejusque alacritas, prudentia, et moderatio summis laudibus efferuntur, sed consilia etiam et severitas, ut illos ab expeditione deterrerent. — Exploratores, Jarīḫā*e* agniti, ad Raḫab*am* se convertunt, quâcum conveniunt, se, si paululum ipsos absconderet, ipsam cum suis, urbe expugnatâ, salvam reddituros esse. Nocte ergo exeunt, et ad Jūša:a*m* incolumes revertuntur.

Caput XIV. Exploratorum dictis auditis, Jūša:a Exercitum colligit, et Sacerdotes arcessit, qui ipsum cum Arcâ comitarentur. Orationem habet, ut omnes excitet. Miraculum Àl·ordonn*is* exsiccandi annunciat, et cuncta praescribit, quae in perficiendâ expeditione observanda essent. Levitae, mandatis acceptis, Hymnum canunt.

Caput XV. Post accuratam temporis definitionem, transitus per Fluvium describitur, et memorantur laudes, quibus Levitae et Sacerdotes Miraculum celebrassent. Transitu peracto, et lapidibus ex loco, ubi Sacerdotes stetissent, sublatis, Àl·ordonn*es* recurrens magnas vastationes edit. Miraculum hostium animos terrore percellit.

Caput XVI. Juša:a Deum carmine celebrat, et Monumentum in loco *Ǵalīl* condit. Miraculi famâ per Àš-*šām* (Syriam) divulgatâ, multi Reges, metu affecti, moriuntur. Jūša:a vero divinitus monetur, ac dictus locus ab eo *Ǵalīl* vocatur.

Caput XVII. Israëlitae, castris positis in valle Jarīḫā*e*, Paschatis festum celebrant, a quo tempore *Man* non amplius demittitur. Jūša:a*e* vero, castris precandi causâ relictis, Angelus apparet, novos ei stimulos addens, ac rationem ipsi praescribens, quâ Jarīḫā capienda sit. Haec mandata ille mox cum Populo communicat, ipsumque monet, ut Raḫab*ae* parcerent, et nullam praedae partem sibi sumerent. Exercitus igitur dictâ ratione urbem capit, ac funditus delet. Solus Àcan*us* furtum committit, et auctor est magnae cladis, quâ Deus Populum afficit.

Caput XVIII. Furtum hocce brevi innotescit, Gemmâ Pontificis obscuratâ, ac sortibus

ductis, fur manifestatur. Hunc Jūša'a alloquitur. Protinus suam ipse culpam fatetur. Quae furto abstulerat, perduntur, et Acano cum universâ familiâ ac bonis omnibus combusto, ira Dei placatur, et vallis *'Acūri* nomine insignitur.

Caput XIX. Ad Jūša:a*m* in locum *Ģalīl* reducem, incolae veniunt *Ģaba:ūni*, dolo praesidium sibi et securitatem parantes. Fraude mox palam factâ, privilegiis quidem, foederis causâ cum iis pacti, non privantur, sed *Servorum* instar habentur.

Caput XX. Canā'anitae, cognitis Jariḫāe expugnatione, et Ģaba:ūnitarum dolo, exercitum colligunt, cui praeficiuntur 5 Reges. Primum ii Ģaba:ūn*um* obsidione claudunt, a Jūša:a vero funduntur, cujus auxilium Ģaba:ūnitae imploraverant. Ut Jūša:a plenam de hoste victoriam consequatur, sol subsistit. Profligatur hostium exercitus, ac Reges quinque in speluncâ primum detenti, deinde interimuntur.

Caput XXI. Paucis describitur Palaestinae expugnatio, quae ut bene cederet, Israëlitarum Exercitus in tres partes erat divisus. Jūša:a praesertim heroëm se gerit. Partim igne coelesti hostes delentur, partim spectris terrentur. Prolongatur etiam dies. Victoriae nuncius ad 'Ilazar*um* perfertur per Epistolam Jūša:ae, columbae alis alligatam. Terrâ subjectâ, Festum in *Monte benedicto* agitur.

Caput XXII. Jūša:a Terram jubet primum dividi in 10 partes, deinde justam cuique Tribui, Genti, et Familiae portionem assignari. Quae res ut bene peragatur, Viris eruditis mandatur, ut omnem Terram perlustrent et dimetiantur. Levitis 48 assignantur urbes, in variis Tribuum ditionibus sitae, quae simul essent asyla, de quorum consilio disseritur.

Caput XXIII. Post Virorum eorum discessum, Jūša:a Tribubus $2\frac{1}{2}$, quibus trans Fluvium ditiones datae erant, valedicit. De his, ante quam in suam Terram redeunt, Census habetur, Principes mox honore afficiuntur, epulae parantur, foedus confirmatur, Sacrificia fiunt, et Nabīḫ rex creatur, rituque solenni proclamatur: Traditur deinde, quibus terminis dignitas ipsius circumscriberetur. Monetur porro, ut Senatum adsciscat, ac Levitarum cohortem in Regno alat. Honorifice tandem hae Tribus dimittuntur, et laete a Tribulibus suis excipiuntur.

Caput XXIV. Postquam Viri, ad Terram dimetiendam missi, redierant, Jūša:a, ut Terrae divisionem rite absolvat, ipsos unâ cum 12 Tribuum Principibus ad se congregat. Acta conventûs ad summum Sacerdotem deferuntur. Hic ea comprobat, et denuo describi curat, atque portiones, juste definitas, sorte dividit. Jūša:a item et Caleb suam accipiunt. Etiam Levitae, quorum officia recensentur. Cuique Tribui porro constituuntur judiciorum Praefecti. Jūša:a deinde condit Samaria*m*, et in Monte benedicto *Templum*. Quid quovis die hebdomadis egerit, mox indicatur.

Caput XXV. Describitur laeta Israëlitarum, pace 20 annorum fruentium, conditio, et Cultus splendidus, in *Monte benedicto* tunc celebratus.

Caput XXVI. Historia *Šaubaci* hinc ad finem Cap. XXXVII narratur. — Šaubac, ut a Jūša:â, qui patrem *Hamām*um interfecisse dicitur, vindictam sumat, Legatos mittit per universam Terram, ut omnes Reges ad Israëlitas perdendos secum conjungat. Socium etiam nanciscitur *Ben-Jāfet*, Gigantem. Foederatorum exercitus colligitur ad urbem *Qaimūni*, unde mercator cum Epistolâ Legatus mittitur ad Jūša:a*m*, ut Israëlitarum res exploret.

Caput XXVII. Tota Epistola inseritur. Graviter in ipsâ Reges foedere juncti in Jūša:a*m* invehuntur, bellumque indicunt post 30 dies in Campo, sito e regione Montis benedicti. Ingens praeterea describitur hostium exercitus, et Gigas horrendus.

Caput XXVIII. Legatus ad Jūša:a*m* pervenit, Festi hebdomadum occasione judiciis detentum. His absolutis, Epistolam a Legato accipit. Hanc statim legit, sed non prius eum Israëlitis communicat, quam Festum ad finem erat perductum. Legatus, Festi videns splendorem, Gentis hilaritatem, Regis prudentiam, Pontificis gravitatem, Deique miracula, in admirationem abripitur. Populo tandem congregato, Jūša:a Epistolam praelegit, et Responsum profert.

Caput XXIX. Hoc Responsum traditur. Dei potentiâ fretus, ac suam causam justam esse, sibi conscius, conviciis, quibus illi ipsum pungere studuerant, alacriter respondet, et hostes evocat ad proelium post 7 dies cum Israëlitis committendum. Fuse deinde enarrat, quae Israëlitae ante fortiter gessissent, et quam paeclare a Deo essent adjuti. Se denique ipse depingit.

Caput XXX. Epistolam, a Jūša:â conceptam, Populus alto clamore comprobat. Hora nondum elapsa est, quin trecenta millia equitum parata adsint. Proficiscitur Legatus.

Caput XXXI. Legatus ad suos redit, animo perturbato, iisque rem desperatam, ac certe imminens exitium nunciat.

Caput XXXII. Mox Epistolae *titulum* praelegit, qui ut hostes jam graviter commovet, ita *argumentum* eosdem dementes et insanientes reddit. Animos tamen iterum erigunt Magorum Princeps, et mater Šaubaci, cum Incantatoribus et Praestigiatoribus accedentes. Ab his reducitur Legatus, ut, quae vidisset, enarret. Quibus quum omnes iterum stupore afficiebantur, Legatus amovetur, Sacrificia offeruntur, artes instituuntur magicae, et ad bellum omnia parantur.

Caput XXXIII. Jūša:a, ante quam proficiscitur, cum 'Il:azaro convenit, petens, ut Exercitui benedicat, solennia peragat, nec precari pro Israëlitis desinat. His peractis clamorem Israëlitae edunt, quo Angeli perterrefiunt.

Caput XXXIV. Israëlitarum Exercitus proficiscitur *Al-Aglū*num. Ubi, simulatque adveniunt, Jūša:a cum Exercitu Magorum praestigiis septem muris ferreis includitur. Quae res quam ob causam facta sit, disquiritur.

Caput XXXV. Jūšaa obstupefactus precatur, ut Nabīh*i* columba advolet, quae, ante quam precandi finem facit, jam adest.

Caput XXXVI. Columba ore accipit Epistolam, a Jūšaâ conscriptam, quâ Nabīh*um* tristem rerum conditionem describit, et ipsius auxilium implorat.

Caput XXXVII. Columba, ad Nabih*um* redux, Epistolam projicit ad pedes ipsius, judicia habentis. Ejus depingitur vestitus. Lectâ Epistolâ vehementer commotus, praesentes alloquitur. Magnam confestim colligit vim, tum equitum variegatorum, tum innumerorum peditum, quibus instruendis mulieres ipsae ac pueri auxilium ferunt. Praeït Nabīh*us*, splendide et magnifice ornatus. Viae Ducem a Deô optanti, ignis ipsi oritur coelestis, aves et feras perterrens. Mater Šaubac*i*, in Monte Sacra faciens, exercitu adventante, lunam sibi videtur conspicere, stellis stipatam. Primum ergo incerta, quid his significetur, ad Filium festinat. Hic ipsam, de malis, quae evenirent, loquentem interficit, et armis indutus ad Nabīh*um* ruit. Post acerbum sermonem, de pugnâ, quam invicem consererent, conveniunt. Ter Šaubac sagittas in Nabīh*um* projicit. Sed frustra. Semel tantum Nabīh*us*, cujus telum, prius in coelum missum, dein vero inde descendens, per totum virum et equum transit, et mox in terram tam alte penetrat, ut fons oriatur. Exercitus Nabīh*i* statim in bellicum clamorem erumpit, quo a Jūšaâ et copiis audito, Sacerdotes tubâ clangunt. Ac jam muri ferrei discinduntur corruuntque, ac Jušaa jubente, sol subsistit, et venti saeviunt, hostes in varias coeli plagas discutientes. Gigas ardente flagello quidem verberat, sed hoc in suos socios convertitur, qui omnes, quotquot supersint, gladio confodiuntur, ita ut equi per sanguinem ad nares usque incedant. Hostibus deletis, Israëlitae Deum celebrant, ac noctem gaudio cumulati transigunt.

Caput XXXVIII. Describuntur Civitatis israëliticae ratio et instituta diebus, quibus Deus peculiari favore Israëlitas prosequeretur. Agitur de Sabbathis et Festis, de Anno sabbathico, de Decimis, Levitis et Sacerdotibus solutis, cet. Praeterea de Servorum jure, de Calendarii et publici Aerarii curâ, de Sacrificiis, Judiciis, de summi Sacerdotis et Levitarum muneribus.

Caput XXXIX. Jūšaa moriturus, ad Populum verba facit, et Sacrificiis oblatis, ac ductâ sorte, ex 12 Principibus Ābīl*um*, filium fratris Caleb*i*, successorem eligit. In viciniâ sepulcri Caleb*i*, hoc tempore item morientis, mox sepelitur. Ābīl per 9 annos regnat, bello, qnod cum Rege Māb*i* gerit, clarus. Ipsi succedit Ťarfīa Ephraïmita, cum Rege Ammān*is* bellum committens. Novem post eum Reges deinceps regnant, ex variis Tribubus oriundi, per annos 215, quorum postremus est Šamšam, cujus forma corporis et animi virtus celebratur.

Caput XL. Ilazar morti proximus Populo valedicit, Sacra peragit, et Fīnhas*um* vestitu sacro induit. Post mortem eodem loco, quo Jušaa, sepelitur, et a Gente luctu solenni

honoratur. Eadem de Fīnhasī filio traduntur. Hunc sequuntur 5 Pontifices. Deinde ʿOzīus, quo juvene, Šamšam moriebatur, cui non alius Rex succedit.

Caput XL. Šamšamo mortuo, Gentes Israëlitas perdendi consilium ineunt, et ex Libris Bilʿāmī edoctae, hoc ipsis cedere non posse, nisi eos ad Idololatriam et scortationem pelliciendo, Viros mittunt, qui Israëlitas doctrinâ suâ nefandâ imbuant. Hi centum ex iis ad suas partes traducunt, et in vertice meridionali Montis benedicti Sacrificia instituunt. Postquam inde migraverant, seductorum numerus duplo augetur. Hinc isti longe lateque mox se propagant per Terram universam. Quam rem dum Principes, aut non curant, aut suo ipsi exemplo probant, Deus, ortâ in ipsâ Fīnhasī familiâ dissensione, iram suam manifestam reddit.

Caput XLII. ʿOzīus enim die quodam, qui omni tempore calamitosus fuerat, Templum intrat, et divinae benevolentiae indicia sublata, et pro magnifico splendore densas tenebras ibi regnantes videt. Templi igitur vasa collecta in speluncâ deponit, quam Deus ipsi monstrat. Speluncam inscriptione instruit, quae vero deinde perit, quare nemo locum postea reperiat. Summum Sacerdotem, de hac calamitate altâ voce plorantem, adeunt Levitae et Tribuum Principes, quotquot in Cultu Dei perseveraverint. Hi, earum rerum certiores redditi, lugent acerbe, et ad Populum verba faciunt, pristinum Gentis splendorem laudant, et praesentem desperatam rerum conditionem vividis coloribus depingunt. His auditis omnes ejulant, ac voto se obstringunt, se hujus *luctûs* memores fore, donec Deus Populo iterum benevolus futurus esset.

Caput XLIII. Lis exsistit inter posteros Fīnhasī et ʿIlīum, ex ʿItamarī stirpe oriundum, et munere sacro inferiore fungentem. Magices peritus, magnas hic opes sibi comparat, quibus, suâ sorte non contentus, alios corrumpit, qui ipsum summum Sacerdotem proclament. Sacrificio peracto, cui *Sal* deërat, ex Monte Garīzīmī cum Sodalibus Silūn*tem* abit, Fanum ibi condit, Templo sichemitico simile, Cultum sacrum instituit, ac nomen suum in precibus primo loco memorari jubet. Duo ipsius Filii haec Sacra profanant, et cum mulieribus coïtum celebrant. Per 40 annos Sacris ille praeest. Quo tempore educat Šāmūl*um*, Levitam, quem, 4 annos natum, Pater ipsi tradiderat. Hunc ʿIlīus Magicen docet, et hujus eum peritissimum reddit.

Caput XLIV. Gentes finitimae scissione, quae inter Israëlitas orta erat, auditâ, Sīlūn*tem* adoriuntur, ʿIlīique Socios clade afficiunt. Clades ut reparetur, novae mittuntur copiae, et cum his *Arca* sacra, quam duo ʿIlīī Filii comitantur. Funditur etiam hic exercitus, capitur Arca, necantur ambo Filii. Pater hac calamitate cognitâ, supinus ex sellâ cadit, fractoque collo moritur, unâ cum Nuru gravidâ, in quam partûs dolores ingruunt.

Caput XLV. Bokٰtanaççar (Nebucadnezar), Persarum Rex, ut vocatur, multas terras

expugnat, in his regionem *Aš-šām*, et urbem *Al-qods* (Hiërosolyma). Elapsis 12 annis Reges rebellant. Biennio tamen post, frustra moniti, devincuntur. *Al-qods* funditus tunc deletur, Samaritanorum regio etiam occupatur, permulti Israëlitae in dissitas terras abducuntur, et Persarum turba in Palaestinam transfertur. Brevi jam manifestatur ira divina. Quâ a novis Colonis ad Regem delatâ, Principes israëlitici in Aulam vocantur. Interrogati, ejus rei causam ii ex Cultu Dei abrogato derivant, petuntque, ut sibi, ac populo universo, permittatur in Palaestinam redire, ac Templum restaurare. De *hujus* loco Judaeos inter et Samaritanos contentio exsistit. Illi eligunt urbem *Al-qods*, hi *Montem Ḡarīzīm*. Res ad Regem defertur. Hi, quo causam coram Rege defendant, Librum afferunt Musae; Judaei Libros recentiores supposititios. Libris praelectis, et lite exortâ *Zorbabal*em inter et *Sanballat*um, Rex permittit, ut alter alterius Libros in ignem conjiciat. Libri Judaeorum tunc statim comburuntur, Samaritanorum vero Codex bis integer ex flammis evadit, ac tertiâ vice, quum Zorbabal hunc in ignem projicit, ac sputum in ipsum conjicit, locus, salivâ contaminatus, solus igne laeditur, Liber vero ceterum illaesus in Regis sinum insilit. Rex protinus 36 Judaeos occidere jubet, et Samaritanos summis honoribus afficit, ac Sanballa*tum* Praefectum creat. Samaritanis Deus deinde benignum se praestat. Persae, in Palaestinam ante delati, Regis jussu in Persiam iterum remittuntur. Restituitur Templum garizimi*tanum* ad normam Templi antiqui. Cultus splendide rursus instauratur, Terra, ut olim, feracissima fit, et eadem, quae antea, beneficia divina in Gentem redundant.

Caput XLVI. Aetas *Al-iscandar*i definitur. Huic, bello contra Persas peracto, Angelus in somnio apparet, vestitu summi Sacerdotis indutus, ac felicem ei expeditionis eventum vaticinans. Persas ille deinde subigit, in quibus tamen neminem videt, ei Angelo similem. Tyro vero expugnatâ, Nabolos*um* tendit, ubi Pontifex cum incolis ipsi obviam venit. Hunc, Angelum quippe, quem conspexerat, referentem, adorat, ideoque in Samaritanos beneficia confert. Orientem deinde et Occidentem expugnat. Iter porro suscipit per tenebrarum regionem, et per aërem, quo peracto in locum descendit, ubi Al-iscandrīa*m* condit. Ad Samaritanos redux, Deum ipsorum, Numen omnium supremum profitetur, et singulari favore eos prosequitur, quo tamen aliorum invidiam excitat. Hi ergo Samaritanos apud Regem accusant, quod Regis simulacrum erigere nollent. Ex Aegypto igitur redux, Rex in hanc causam inquirit. Callide Samaritani se defendunt, quare a Rege, Dei nomen iterum celebrante, ipsi laudantur donisque onerantur.

Caput XLVII. Hadrianus expeditionem suscipit in Aegyptum, et Arabiam petraeam. Hiërosolyma mox obsidione cingit, ubi tunc duo erant Fratres samaritani, *Afrīm* et *Manaššia*, qui ob fraudem, Judaeo cuidam in oppido *Jasūf* illatam, Hiërosolyma delati, ac Templi mancipia facti erant. Hi Juvenes, dum Judaei palaestinenses Judaeos hiërosolymitanos, ab Hadriano in summas angustias redactos, variis modis ad acrem defensionem incitabant, Imperatorem Literis docent, quomodo Judaeos subigere posset. Hic ergo eos arcessit, ac

jam brevi temporo urbs post gravem et diuturnam obsidionem capitur. Hac opportunitate Hadrianus ipse Templum intrat, et cum Sacerdote loquitur. Sibi deinde, et ambobus Fratribus, statuas ponit, et aliis eos honoribus afficit. Postea proficiscitur in urbem *Al-arba:*, sive *Hebronem*, quam pari modo, atque Hiërosolyma, tractat. Inde Nabolos*um* abit, ut hanc deleat, sed a consilio desistit, et novam urbem ac Templum in ipso Monte Ģarīzīm condit, *januis*que hoc ornat *aeneis*, Templo hiërosolymitano olim appensis. Post Imperatoris abitum Samaritani loca, quae ille adierat, lustrant. Quod quum Judaeï nunciaverant, Hadrianus iratus, Samaritanos interfici jubet, urbemque devastari. Multi ergo in locis inaccessis se abscondunt, at gravis tamen clades inter eos editur. Ad urbem vero diruendam Rex non pergit, postquam ex captivo maligna audit Judaeorum consilia, quin gratiam Samaritanis concedit, et urbem novis statuis ornat. Moritur deinde Hadrianus, quod tempus secundum samaritanam Chronologiam definitur, ac Libri enumerantur, ét eo tempore deperditi, ét postea servati.

Caput XLVIII. Nonnulla narrantur, quae Àqbūno Pontifici (Àqbūno II. Vidd. *Commentarii* mei *in Hist. Gent. Samarit.* p. 156, coll. 128) evenerunt, et duobus Sacerdotum Filiis, qui, quoniam Idolorum aversantur Sacra, trucidantur. Àqbūn*i* morientis ad Filium Naťanāl*em* oratio inseritur.

Caput XLIX. Naťanāl*i*, Patri succedenti, 3 nascuntur Filii *Bābā-raba*, *Àqbūn*us, et *Fīnhas*us. Primogenitus in speluncâ clam circumciditur, quia Romani circumcisionem interdixissent. Romanus tamen *Ģarmān*us rem cognovit; se vero Pontifici benignum praestat, quare Samaritani, quotiescunque circumcisionem postea instituunt, Ģarmāno bene precantur. Aliis temporibus Romani Samaritanos graviter opprimunt, Synagogas claudunt, et aditum ad Montem sacrum illis intercludunt.

Caput L. Multi Samaritani, a Romanis vexati, ad Idolorum Cultum transeunt, et Avis describitur, in vertice Montis sacri posita ad Samaritanos inde abarcendos. Itaque Bābāraba Romanos expellendi consilium cum Gente communicat. Quo probato, *Lawī*us, Filius Fratris ipsius Constantinopolin mittitur, speciem referens Monachi. Hic, egregiis praeditus ingenii dotibus, tantos in disciplinis progressus brevi tempore facit, ut omnibus Romanis eruditione antecellat. Ob magnam nominis celebritatem Archiëpiscopus creatur, et ad summam in Civitate dignitatem mox evehitur. Sub finem vero 13 annorum a Rege veniam petit Nabolos*um* adeundi. Ipsum, huc tendentem, Rex cum exercitibus comitatur. Quorum adventu Samaritani perterriti, congregantur, lamentantes de irritâ Lāwī*i* missione.

Has Samaritanorum querelas Codex non absolvit, nec ipse deinde continuatur. Non multa tamen huic Libro deësse videntur. Nam, post ultimam (256), *unâ* tantum *paginâ*

vacuâ relictâ, idem, qui partem Codicis posteriorem (p. 237—256) scripsit, *ab initio* paginae *mox* sequentis Inscriptionem, IV° loco memoratam, posuit: تمّ وكمل هذا السفر المبارك المعروف بسفر يوشع النج. Codicem ergo ille manu tenebat, quo pauca tantum insuper continerentur. Haec fortasse tantum omisit, quia ita malo erant scripta, ut legere ea non potuerit; quare non melius se facere posse existimaverit, quam, si datâ occasione, omissa ex alio Codice melioris notae suppleret.

Quo usque ergo *Liber Jûšaae* procurrerit, non nisi conjecturâ efficere possumus. Ex dictis verisimillimum, Auctorem, *Lawii Historia* ad finem perductâ, non modo expositionem rerum, quae Samaritanis *sub Romanorum Imperio* evenerint, sed *Librum* etiam *universum* absolvisse, omissis iis, quae illis acciderint, hac, quâ ipse vivebat, *Dominationis moslimicae* periodo. Itaque Res samaritanas ille hoc Libro continuasse quodammodo dici possit ad tempora usque Moḥammed*is*.

Perperam certo alii statuerunt, Libri finem *in tempora* cadere *multo antiquiora*. In his Scaliger (1) fuit, et Hottinger*us* (2), qui ad *Hadriani*, aut *Antoninorum*; ac Reland*us* (3), Schnurrer*us* (4), Bertholdt*us* (5) Eichhorn*ius* (6), alii, qui ad *Alexandri severi tempora* Historiam ibi continuatam esse, contenderunt. Hae opiniones probari nequeunt. Ea nempe, quae Capitibus XLIX et L narrantur, *tempore* accidisse, *quo Res christiana in Imperio romano floreret*, non modo apparet ex Pontificum, ibi memoratorum aetate, collatâ cum eorumdem Catalogo (7), sed ex multis aliis indiciis, ibi obviis; ex mentione v. c. *Constantinopoleos*, cujus urbis conditio *talis* depingitur, *qualis* demum fuerit *aetate circiter Theodosii II*, quum nulla ibi Cultus antiqui vestigia amplius supererant, ac *Religio christiana sola* regnabat, *Scholae*que *christianae* ibi florebant. Quae quoniam alibi (8) pluribus exposui, hîc verbo significasse sufficit.

Aliam potius quaestionem appono, ne quis opinetur, in hoc Chronico alia item desiderari, quae eodem contineri Samaritani ipsi monere videntur. Samaritani nimirum in Epistolâ, anno H. 1096 (id est post C. n. 1684) ad Fratres, quos in Angliâ sibi fingebant, scriptâ, *Messiae* mentione factâ, sic pergunt (9): وقد قالو عنه علمائنا انه يقوم هذا للنبى وله

(1) Scaliger *de Emend. Temporum*, p. 627, et *Epist.* Libr. IV, Epist. 362.

(2) J. H. Hottinger*i* *Praef. Epitomes Libri Josuae*, p. 108, et *Smegma orientale*, p. 437.

(3) Reland*i* *Diss. Misc.* II, p. 4.

(4) Schnurrer in *Repert.* Tom. IX, p. 44.

(5) Bertholdt. *Einl.* Tom. II, p. 870.

(6) Eichhorn. *Einl.* Tom. III, p. 413.

(7) Conff. *Commentarii* mei *in Historiam Gentis samaritanae*, p. 128.

(8) Vidd. *Commentarii* laud., p. 151 seqq., collatis pp. 142 seqq.

(9) Textum exhibeo, quem de Sacy*us* edidit in *Not. et Extr.* l. l. p. 205, et primum publici juris fecit Schnurrer*us* in *Repert.* Tom. IX, p. 27 seq.

تنقاد كل الشعوب وبه يامنو وبالتورات المقدّسه وبجبل ࠂࠓࠉࠆࠉࠌ ويظهر دين ࠌࠅࠔࠄ · ࠁࠍ · ࠏࠌࠓࠌ ويكون اول اسم هذا النبى الذى يقوم ࠌ : ويموت ويدفن عند ࠉࠅࠎࠐ · ࠁࠍ · ࠐࠓࠕ ويكون ظهور ࠄࠌࠔࠊࠍ على يده وينصب على ࠄࠓ · ࠂࠓࠉࠆࠉࠌ هكذا مذكور عندنا فى الكتب الموجوده وفى سفر يهوشع بن نون. Id est: *eā de re dixerunt Eruditi nostri, eum nimirum Prophetam proditurum, et ei se subjecturas omnes Gentes, hasque fidem ipsi et Legi sanctae habituras esse, ac Monti Ḉarīzīm; porro manifestatum iri Religionem Mūsạe filii Ắmrānis, ac primam Literam nominis hujus Prophetae, aliquando prodituri, fore M. Ipsum autem moriturum esse et sepultum iri juxta Jūsaf*um, *filium Forati* (1), *ejusque auxilio in publicum prolatum iri Tabernaculum, et hoc positum iri in Monte Ḉarīzīm. Haec perhibentur inter nos in Libris, qui feruntur, et in Libro Jahūšạae, filii Nūn*i.

Haec, licet non *omnia*, attamen *summatim* in Cap. VI (p. 37 Codicis) leguntur. Ex h. l. nempe novimus, Samaritanos *reditum* exspectare *ipsius Mūsạe*, *omniumque Tribuum restaurationem, si omnia ad finem essent perducta.* Dicta porro, supra allata, conferantur cum iis, quae de *Vasis Tabernaculi, ab Ózīo absconditis, neque umquam postea repertis*, in Cap. XLII narrantur (vid. ibid. *Annotat.* not. *d*), quibus cum illis collatis, videmus praeterea, Prophetam, cujus sola *Litera initialis* in Epistolâ significatur, esse *Mūsạ*m (2). Ea igitur, quae in Epistolâ, non vero in nostro Chronico traduntur, ex *aliis iis memoratis Libris* certo desumta sunt (3).

§. 2.

Operis ratio.

Unus est Auctor, Operis dispositio, dicendi ratio.

Ad Operis, quod hoc Codice continetur, rationem describendam pergenti, in ante-

---

(1) Sic Josef*us* vocatur, quia Gen. XLIX. 22 dicitur: בֵּן פֹּרָת יוֹסֵף, id est, *Filius*, h. e. *surculus arboris frugiferae est* Josef*us*. Recte vertit haec Ábū-Saʿīd*us* غُصْنٌ مُثْمِرٌ يوسف. Eodem nomine nuncupatur Josef*us* in Epist. Samarit. ad Scalig., editâ a de Sacyo in Eichh. *Repert.* Tom. XIII, p. 267.

(2) Jūšạ:a*m*, Samaritanis adeo celebratum, *Messiam* esse, nonnulli ex iis statuisse olim videntur, quod ex Eulogii, Patriarchae alexandrini Oratione, Photius refert, l. l. a Relando *Diss. Misc.* Tom. II, p. 15.

(3) *Messias* ille in modo laud. Epist. Samarit. ad Scalig. (l. l. p. 265) dicitur ࠄࠕࠄࠁ, id est, *is qui redit*, ut recte explicuit de Sacy (*Not. et Extr.* l. l. p. 29, et 209 not. 2). Perperam vero Gesenius hoc reddit *conversorem* (*Anecd. sam.* p. 75 seq.). A Samaritanis, quibuscum colloquebatur Robinson*us* anno 1838, dicebatur Messias, Moslimorum more, اَلْمَهْدِى. Vid. *Pal.* Tom III, p. 320.

cessum mihi refutanda est RELANDI de eo Opere opinio. »Non uni," ut inquit (1), »auctori hoc Chronicon tribuendum, sed variis temporibus quasdam historias in schedulis »fuisse adnotatas, quae in unum volumen compactae sint saeculo tertio post Christum »natum. Quod autem non credam ab uno Scriptore contextum hoc opus esse, facit ab»ruptus hic illic stylus, et rarus historiarum nexus; maximo in ultimis Capitibus; »quum longo annorum intervallo una historia ab altera, quacum proxime conjungitur, »sit divulsa. Capita 39 enarrant solam Josuae historiam. Capite 44 moritur Eli P. M. »Capite 45 (quanta παραβάσις;) Nebucadnezar Hiërosolymas capit. Capite 46 sine ullo »cum praecedentibus nexu Alexandri gesta et fabulosum iter aëreum memorantur. Cap. »47 ab Alexandro transitus fit per plurium saeculorum spatium ad res gestas Imperatoris »Hadriani. Cap. 48 et 49 Acbonis P. M. et fil. ejus Nathanaëlis, et hujus filii Baba»rabae historia traditur, quae incidit fere in tempora Alexandri severi. Puto itaque »Dositheum, celeberrimi nominis Samaritanum, Simoni mago aequalem, qui multos »libros composuit, et suis reliquit, uti Photius ex Eulogii Patriarchae Alexandrini ora»tione refert, ipsamque Samaritanorum historiam conscripsit, si aliis credimus, omne »quod de Josua, et forte historia aliquot sequentium saeculorum, in hoc Chronico le»gitur, ex traditionibus, quae supererant, et suis figmentis, conscripsisse, at reliqua »capita variis temporibus ei esse conjuncta? — Nec quenquam moveant phrases Mo»hammedicae (2), ut credat post Alcoranum totum hunc librum conscriptum esse, »quum ab Interprete, qui illum e lingua Hebraea in Arabicam transtulit, hae insertae »esse potuerint, et hanc translationem post Corani conscriptionem factam esse non ne»gemus."

Haec RELANDUS, in quibus, licet maximam partem falsis, hoc tamen verissimum est, quod arabicam Versionem post Mohammedem conscriptam esse statuit. De hac vero Versione non bene etiam judicavit. Arabs Interpres ipsi videbatur Opus Samaritanorum *presse fere* arabice *vertisse*, ac *dictiones Coranicas*, et *fabulosas*, ut ait p. 12, de *Caruno*, *Nebucadnezare*, *Alexandro*, *traditiones*, de suo tantum addidisse. Sed multo plura Interpreti tribuenda esse, cuique, Chronicon paulo accuratius legenti, statim in oculos incurrit. *Primum* enim hae dictiones et fabulae non tam rarae sunt, ut ex RELANDI dictis colligas, ac *deinde* cum reliquis ita copulantur, ut ab his disjungi nequeant. Ut verbo dicam, *ubique*, non in *solis* iis dictionibus et fabulis, quod infra pluribus exponemus, scri-

(1) Vidd. RELANDI *Diss. Misc.* Tom. II. p. 14 et 15,

(2) Ex his p. 12 et 13 citaverat titulum *Mūsae*, كليم الله, et *'Ibrahīmi*, خليل الله; formulam tritam بسم الله الرحمن الرحيم, et dictiones لا حول ولا قوة الا بالله, et انه على كل شى قدير, (in Cod. p. 144).

ptorem loquentem audimus, in mediis Moslimis viventem, horumque dicendi rationi plene assuefactum. Ipsorum traditionibus, paululum plerumque mutatis, Samaritanorumque ingenio adaptatis, et jure civitatis *jamdudum* in hac Gente donatis, Noster passim utitur, et has eo ordine narrat, invicemque ita connectit, ut cum universi Operis ratione arctissime cohaereant.

Minime ergo probanda sunt, quae porro contendit Relandus, Opus *pluribus Auctoribus*, ac *majorem* ipsius *partem* Dositheo tribuendam, ultima vero Capita *variis temporibus* addita esse; quam sententiam amplexus est ob *stylum*, ut ait, *abruptum* et *rarum historiarum nexum*. At causa, quare Historiarum nexus saepius interrumpatur, partim ex *lacunis* derivetur, in *Fontibus*, quos Auctor consuluerit, obviis, partim et maxime ex *consilio* Auctoris, qui, teste Prologo, non *Gentis Historiam* conscribere, sed ea maxime memorare voluerit, quae aptissima censeret ad Cultûs mosaïci studium in Samaritanorum animis excitandum, et Legis neglectum tollendum. Concedo, non eamdem per Librum universum esse dicendi rationem. Samaritani v. c., ut Relandus recte observavit l. l. pag. 62, ad Cap. XLVI usque semper dicuntur بنى اسرائيل, postea vero etiam *aliquoties* occurrit vox السامرة. Sed si ob hanc scribendi varietatem, quae ex aliis item exemplis, quam plurimis, confirmari potest, ultima Capita, ut vult Relandus *ab alio* addita esse opinaris, non haec tantum, sed et alia multa eximenda, et Continuatori tribuenda essent; in his v. c. Cap. XL et seqq. (1). Quomodo ergo de eâ dictionis diversitate judicandum sit, hîc in primis in censum venit. Cui quaestioni verbo jam respondere liceat, hanc diversitatem tantum ortam esse ex variis *Fontibus*, quos Noster consuluit, et *nomine* interdum significavit. Hos Fontes Relandus non attendit, nec *rationem*, *quâ iis uteretur*, aut *interpretandi modum*, quem Noster, in *uno isto Libro samaritano* (quem, eo judice, manu tenebat), *arabice* vertendo, sequeretur.

Singula ergo ut rite exponantur, *primum* probandum est, *unum Opus* hoc Codice contineri; deinde disputemus de hujus Operis *formâ externâ*, sive de ejus *dispositione* et *scribendi ratione*; porro de *Fontibus*, in Opere componendo adhibitis; mox de *Scriptore* ejusque *consilio*; tandem de *Glossis* passim obviis.

Unum Opus hoc Chronico contineri, *ipsi Samaritani* jam statuerunt, scribentes, ut supra jam vidimus in Nota IV, sub finem hujus Codicis adscriptâ, quibuscum ea conferantur, quae, ut dixi in not. 2 ad p. 6, ex Samaritanorum opinione hoc Libro continebantur. Recte eos sic statuisse, *nexus* docet ubique conspicuus, quem Relandus desideravit, et dictae lacunae negare videntur. At *nexum* dicentes, *ordinem* nos intelligimus,

(1) Vid. Annotationis ad Cap. XL initium.

quo singula, *quae traduntur*, *ex mente Auctoris*, disposita sint. Multo plura, si voluisset, sine dubio narrare potuisset; quae quin ipsi innotuerint, vel ex Chronico constat Abû'l-Fatḥi, qui post nostrum Auctorem scripsit. Omissa ergo non adeo transiit, quia haec ignorabat, sed quoniam dicta ipsi sufficiebant. Et haec, accuratius singula contemplanti, revera invicem copulata sunt. Non modo Capita dico XLVII—L, ubi nexus est manifestus, sed etiam *initium* attendatur Capitis XLVII, idque cum *argumento* conferatur Capitis XLVI. Ipsum Caput XLV, quod a reliquis fere disjunctum videtur, desiderari nequit, si Prologum attendis. Hunc si cum sequentibus contuleris, nexus ubique in oculos incurrit. In medio enim I° Capite (1) *Raḥab* et *Ģaba:ûni*, sive Gibeonis incolae, spectantur, de quibus Cap. XIII et XIX fit sermo. Sub ejusdem finem *Samaritanorum calamitates* ac *damna*, *exsilia* et *dispersio*, quae *ob Cultum Dei relictum* ipsis evenerint, memorantur, quae a Capite XXIX ad finem usque demum enarrata sunt. *Alibi* haud raro mentio *praemittitur* eorum, de quibus postea pluribus disseritur. Sic Cap. XII *Nabîḥus* veluti introducitur, de quo Cap. XXIII, ac XXXV et seqq. copiose disputatur. *Verba* deinde probe considerentur nostri Auctoris, quibus quid deinde expositurus sit, declarat. Sub finem v. c. Cap. II, XXV, et XXXV ejusmodi dicta leguntur, et orationi etiam inseruntur Mûsạe (Cap. VI), et Jûša:ae (Cap. X), quibuscum conferantur, quae a Cap. XLI et deinde traduntur. Huc porro referatur *disputatio*, quae Cap. XXXIV continetur, et quâ ille Dei agendi rationem in Jûša:ae fatis moderandis, et Nabîḥi rebus gestis jubendis, defendere conatur. *Bellum* etiam his accenseatur, Jûša:a*m* inter et Šaubac*um* motum, quod Capitibus XXXI—XXXVII describitur, et Cap. XLII (in Cod. p. 207) iterum memoratur. — Eadem denique per Opus universum non modo ratio est *Inscriptionum*, quas Auctori tribuendas esse supra vidimus, sed et *Doxologiarum*, quae in fine cujusque Capitis ponuntur, ubi, peractâ narratione, Dei auxilium invocatur, et laudes celebrantur, cujusmodi formulis Samaritani in Epistolarum initio aliquando etiam usi sunt, ut in Epistolâ anni H. 1096, sive 1684: بسم الله الرحمن الرحيم وبه نستعين (2).

Praemissâ argumenti expositione, disputatio de Operis *dispositione* paucis potest absolvi. Post *Prologum* (Cap. I), de Libri argumento et consilio universe agentem, sequitur a Cap. II ad finem VIII *Introductio*, cujus major pars de rebus Juša:ae disserit, ante Mûsạe mortem, sive discessum, gestis. A Capite IX inde ipse *Juša:ae Liber* demum incipit, cui ergo inscribitur: ابتدا سفر يوشع بن نون تلميذه. Hic Liber extendi videtur

(1) Vid. Ann. ad Cap. I, n. *k*.
(2) Vid. *Not. et Extr.* l. l. p. 203, et in Eichh. *Rep.* Tom. IX, p. 22.

ad finem usque Capitis XXV. Sequentia, quae *bellum Šaubaci* spectant, a Capite XXVI—XXXVII, ex alio Opere desumta sunt. Ex aliis variisque Fontibus reliqua Noster petebat, haec vero minus studiose et diligenter, quam praecedentia, elaboravit. Ad Gentis calamitates describendas animus ei vix superesse videtur. Praecipuâ igitur Libri parte absolutâ, ad finem properat. Hinc fusa in praecedentibus narrandi ratio, hîc brevior et minus alacris; splendidior ista dictio rhetorica, rarior hîc et languidior; Hymni ante frequentes, hîc fere nullae, et orationes, saepius illìc insertae, hîc perpaucae, et ex aliis Scriptis fortasse maximam partem descriptae.. Dictio enim, in universum minus constans et aequalis, inde derivanda, quod a Fontibus hîc magis pendet, et pressius eos sequitur, quare ibi potissimum opiniones reperiuntur, ante dictis contrariae.

Finitâ ergo rerum, quas Jūša:a egerit, narratione, Cap. XXXVIII Gentis vita *publica* et *sacra* depingitur. His annectitur duobus sequentibus Capitibus Historia *Principum*, qui Juša:ae successerint, et *Ministrorum sacrorum* ad mortem usque Šamšami. Mox Capita XLI—XLIV causam tradunt, quare major Gentis pars a Proavorum Cultu defecerit, quae ʿIlī*us* tunc egerit, quae ejus ac sociorum sors fuerit, et quomodo ipse Deus peculiarem favorem suis tunc ademerit. Ab ʿIlī*i* aetate ad Boktonoççar*um* (Nebucadnezarem) jam transit; ac revera haec tempora intermedia, quo clariora interdum *Judaeis*, eo tristiora et ingloria plerumque erant reliquis Israëlitis! Sequitur deinde relatio de Gentis abductione et reditu in Palaestinam, ac de lite Judaeos inter et Samaritanos tunc agitatâ, Cap. XLV; de ʿAl-iskandar*o*, Cap. XLVI; de Hadriano Cap. XLVII; et de aliis Samaritanorum fatis sub Romanorum Imperio.

Plura monenda sunt de Auctoris *scribendi ratione*, quae quaestio, cursim modo agitatâ, hîc deditâ operâ tractari meretur.

Hac de re igitur disputantibus, *primo* loco in censum venit *Orthographia* et *Orthoëpia*, quae in hoc Codice recentioris aevi et pronunciationis vulgaris et corruptae indicia ubique refert. Hanc vero quia jam perlustravimus, Codicem describentes, hîc fere omittere possumus. Multa enim vitia, quae *Librariis* tribuere licet, *Auctori* etiam imputari possunt. In his v. c. *Hamzae*, et *Elif quiescentis*, atque *otiantis*, *omissio*; *scriptio* deinde, quae *vulgarem pronunciationem* potius, quam *Etymologiam* sequitur; similiter *affinium Literarum permutatio*, *plenae vocalis* in *Jussivo* usus, *ultimae vocalis* in vocibus non enunciandae consuetudo, cet. (1). His ergo sepositis, alia afferamus, quae Auctoris haud

---

(1) Vid. supra p. 30 et seqq. Similem sordidam *scribendi* et *dicendi* rationem, quae in nostro Chronico, et in aliis multis Arabum Scriptis item obvia est, in *Libris Druzorum* etiam observavit DE SACYUS. In his Literarum

limatum, et vero sordidum, corruptumque, ac parum insuper sibi constans scribendi genus illustrent.

1°) Attendamus voces, Scriptoribus arabicis improbatas, sed in arabicis *aliarnm Gentium* Scriptis, et *theologicis* ac *christianis* potissimum, eo saepius usitatis. In his formae sunt, exeuntes in ـُوت et ـِيت, earumque derivatae, ut لُهُوت et لهوتىّ, ناسوت et نسوتىّ, الجلوت, ملكوت, الجبروت et ربوبية (1), cet., de quibus vid. Ewald. *Gr. arab.* I, p. 155. — Aliae formae, item corruptae, ac recentiores, rariusve ceterum obviae, iis apponantur; ut, روحانى (n. *b* ad C. II), سماوىّ et ارضىّ (p. 194 Cod.), أَوْلَة pro أُولَى (n. *s* ad C. XLV), بَرًّا *foras* in Cap. XLVII seqq., أَيْش pro اى شىء (n. *b* ad C. XLIX), أَثانة pro أَتَانٌ (n. *h* ad C. III), خمسينة (n. *a* ad C. X), أَفْمام pro أَفْواه (n. *m* ad C. XLVII), نحنا pro نحن (n. *β* ad C. XLVII). In *Verbis* hae notentur formae أَصْتَصْوَبَ *rectum duxit* a صَوَابٌ (Ew. l. l. I, p. 262 seq., in Cod. C. V, p. 32), اسْتَدَّ pro اسْتَدَدْ, أُعْتِلْتَ pro أَعْتَلَلْتَ (p. 129), وأُخَالْتُمْ pro وأُخْلَلْتُمْ (p. 144, et vid. ad C. IX), تهدا pro تَهْدِ (p. 173), تلاومت pro تَلَاءَمْتَ (p. 128), يتناموا pro يَتَنَاوُموا (n. *f* ad C. XXIII), رُضِيُوا pro رُضُوا (n. *i* ad C. XXII), لَقِيُوهُ pro لَقُوهُ (n. *d* ad C. XLVI), أَمْتَلَتْ pro أَمْتَلَأَتْ (n. *e* ad C. XXVII), قَتَلْتُوهُمْ pro قَتَلْتُمُوهُمْ (n. *f* ad C. XXXII), امر pro مُرْ (p. 211, in C. XLIII, et Caussin de Perceval Gr. ar. p. 62).

2) Alia Linguae vulgaris indicia observantur in *latiore* nonnullarum formarem *usu*. *Genitivus* v. c., qui vocatur, etiam *Nominativo* designando inservit. Hinc ubique بنى اسراييل, etiam pro بنو: بنين pro بنون, اعدايك pro اعداؤك (p. 206). Sic etiam iu *Duali*, اخوين pro اخوان. In his tamen sibi non constat; v. c. legitur etiam p. 204 سبعون,

---

س et ص, atque aliae, varias ob causas permutantur (*Exposé de la Relig. des Druzes* II, p. 285, coll. 305 et 656). Grammatices et Syntaxeos regulae saepe violantur, et Linguae vulgaris consuetudo observatur (Chr. ar. II, p. 229, 236 n. 9 et 12; p. 238 n. 21; p. 241 n. 34, p. 244 n. 63, 246 n. 65, 272 n. 121, 124; et *Exposé* I, p. 185).

Formae, ceterum improbatae, usitatissimae, ut القدرة اللاهوتيّة, *potestas divina* (*Exp.* I. p. 37, 75), ملكوت, *mundus coelestis*, et *invisibilis*, de quo item adhibetur adj. ملكوتىّ (ibid. p. 42). *Forma humana* et *visibilis*, *quam induet* Hākimus *die resurrectionis*, s. periodo, quâ Unitariorum Religio superior evasura esset, dicitur الصورة الانبعاثيّة (*la figure resurrectionelle*, *Exp.* II, p 644), cet. De Deo item, ut in nostro Chronico, trita est formula البارى *Creator* (*Chr. ar.* II, p. ٩١٨, coll. p. 192, et ٨٣, coll. 206, et in *Expos.* passim).

(1) Vid. Ann. ad Cap. I, not. *c* et *m*, et ad Cap. XXIX, n. *a*.

15

et p. 13 اخوان (n. *h* ad C. XLVII). Pro *Duali* porro *Pluralis* saepe usurpatur. Vid. modo C. XLVII, p. 238 seq.

Idem latior usus est praeterea: a) *Pronominum.* Nimirum الذى sine *generis* et *numeri* discrimine usitatur, licet saepe etiam التى et الذين occurrit (n. *c.* ad Cap. III); deinde هُ pro ها, et هُمْ pro هما et هُنَّ saepe scribuntur, ubi *logicus sensus* potius spectatur, quam *constructio grammatica* (n. *d* ad C. XLVI); porro هذا pro هذه; v. c. in Cap. XLI, p. 196 هذا جبل: هذا tamen Noster plerumque suo loco usus est.

b) *Verborum*, ubi *3a sing.* et *plur. Imperfecti masc. gen.* etiam de *fem.* (1), et *apocopata Imperfecti* pro *plenâ* formâ interdum usurpatur (2), et formae *mediae*, *passivorum* sensu haud raro frequentantur (3).

c) *Adjectivorum* et *Substantivorum*, quibus *genus* saepe tribuitur *commune*, dum ceteroquin tantum cum alterutro construuntur: v. c. سبْط *masc. gen.*, et sic etiam in C. XII, p. 57, et alibi; subinde tamen, *fem.* generis habetur (4). Similiter masc. وَقْت (5), et تَلّ, et أُول pro أولى, vel, ut Noster scribere solet أُوْلَة (6). In *singulari* numero, et ut *collectivum* occurrit بلَاد (n. *h* ad C. XLV).

3) Ut *Verba* nonnulla, ita etiam haud paucae *Nominum* formae *alio sensu*, in Linguâ eruditâ non recepto, ponuntur. V. c. نَسَلَ, *genuit*, non de *animalibus*, sed etiam de *hominibus*, de quibus Arabes utuntur verbo ولد (n. *a* ad C. X); بقى sensu *adhuc est;* جميع pro كُلّ; سائر, non *ceteri*, sed *omnes* (7); انواع *varius* (not. *b* ad C. XXV); وُحُود pro وَحْد (n. *a* ad C. X); شُبُوب, proprie forma infinitivi, hîc, ut *collect.* vocis شابّ (ibid); أنْفس pro نُفُوس, et أَلْسُن pro لُسُن (n. *e* ad C. XXVII); قربان et قرابين non *sacrificiorum*, sed sensu interdum, quo scribitur تَقْرِيب (n. *r* ad C. XXXVIII), cet.

4) Vocabulorum *constructio* saepissime a consuetâ construendi ratione recedit. Constructio, ut jam vidimus, magis saepe *logica* dici potest, quam *grammatica*, ac praeterea haud raro ita est composita, ut ab *Exteris*, Linguâ arabicâ utentibus, exspectes. Non

---

(1) Vid. Ann. ad Cap. XLVII not. *z*. Librariis videtur tribuenda esse dictio, interdum obvia, كان pro كانت.

(2) Vid. Ann. ad Cap. XXX, not. *e*, ubi يقولو pro يقولون legitur.

(3) E. g. اختار, *electus est*, et اجتمع, *collectus est*, in Cap. XXX, p. 152.

(4) Vid. Ann. ad Cap. IV. not. *b*, et Ewald, *Gr. ar.* II, p. 97.

(5) Vid. Ann. ad Cap. XV.

(6) Vid. Ann. ad Cap. XVII.

(7) Ann. ad Cap. XXV not. *c*, et ad Cap. XLV n. *g*.

mirum ergo, *Hebraïsmos*, sive potius *Samaritanismos* passim esse conspicuos, nec modo in *vocibus*, Arabibus non usitatis, ut بهيمة p. 13, et Coll. بَهَائم p. 96 (בְּהֵמָה), كَرْم Arabibus *uva*, sed hic (p. 18) eodem sensu atque כֶּרֶם (n. *i* ad C. III), مَار, *dominus*, ut مَرْنا (n. *d* ad C. XXVIII), شيرة et شيران, ex שִׁיר orta (n. *h* ad C. XL), أحبار, *doctores* a sing. حبر, eodem sensu atque Chald. חָבֵר (n. *e* ad C. XLI), قُدّام pro بين يدين (conf. Chald. קֳדָם, Syr. ܩܕܡ, Samarit. ࠒࠃࠌ, et n. *β* ad C. XLVII), اجّار, *tectum* (n. *b* ad C. XIII), كاهن et كَهَنَة, ut כֹּהֵן; — sed etiam in *dictionibus* innumeris; v. c. jam in Cap. I, p. 1: المنقولين جميع ذلك الخ, ubi Arabs potius scripsisset, ونُقِلَ هذا الكتاب كُلُّهُ الخ; ac toties repetitum istud فلما كان بعد الخ, ut p. 95, in Cap. XIX; p. 236, in Cap. XLVI et passim. Deinde pro اىّ السبيل, Cap. IV ineunte legimus كيف سبيل, *quae via est?* (1), et p. 251 in Cap. XLIX كما كان, sensu *simulatque peractum erat.* Deinde in Cap. XL, p. 194 verba, وكان شابا وكان ملك ذلك الوقت الخ non minus Samaritanismum referunt, quam usus vocis حيناك (pro quo Cap. XL, p. 195, et Cap. XLII, p. 202, 203, forma scribitur حينيك), quae in initio sententiae ponitur, pari modo, atque Hebr. אָז. Vid. ad Cap. IV. n. *b*. Deinde attendatur in Cap. XLIV, p. 216, *scriptio* مدّمهما pro من دمها, alia.

Haec autem *construendi ratio* quo melius cognoscatur, singulas orationis partes paucis percurramus, *Verba*, *Nomina*, *Particulas*.

a) In *Verbis* constructiones insolitae sunt frequentes; v. c. اتّفق in Cap. XXIV, p. 118, non cum الى rei construitur, sed c. *acc.* (n. *b* ad C. XXIV), علّم cum فى rei, non cum على, sensu *signandi*, in Cap. XLII, et porro *docendi*, ac *certiorem reddendi*, in Cap. XLVIII, p. 247, et XLIX, p. 252, ubi etiam cum ل pers. jungitur (n. *d* ad C. XLII).

b) In *Nominibus* articulus praeter morem saepe omittitur, ubi addi debuerat; v. c. in *Adjectivis post Nomina definita;* et contra *scribitur* interdum in Nominibus per *Suffixum* definitis (2). — *Collectiva* varie construuntur: plerumque ut *feminina*, sed saepissime, ut *masculina* (3). — *Numerorum* vocabulorum construendi ratio, non eadem apud Arabes (4),

(1) Vid. Ewald, *Gr. ar.* Tom. II, p. 210, 214.

(2) Ann. ad Cap. I, n. *a*, et ad Cap. X, n. *b*, et Ann. ad Cap. XX.

(3) Ann. ad Cap. XXII n. *h*, ad Cap. XLVI n. *k*; in Cap. XXIX, p. 149; in Cap. XXXVII, p. 177; in Cap. XLVII, p. 243, alibi.

(4) Vid. de Sacy. *Gr. Ar.* Tom. II, p. 331, 333, 336, et Ewald. *Gr. ar.* I, p. 230 seq., II. p. 97 seqq.

et Samaritanos (1), in hoc Chronico etiam fluctuat, attamen usui plerumque se accommodat, inter Arabes haud insueto. Collocantur ea vocabula semper eodem ordine, quem *ii* sequuntur, et quo *nos* utimur, ut nempe a majori ad minorem numerum procedas, et simplices praecedant denarios. Ad res numeratas designandas a ternario inde numero ad denarium *Collectiva* plerumque adhibentur, sed ad numeros majores significandos, in primis si res numerata ore trita est, ut جارية, الراس, sensu τοῦ رَجُل (2), *singularis* scribitur. In majoribus numeris deinde الف repeti solet (v. c. Cap. XII, p. 59, 60), et haec vocis forma in *singulari* tunc etiam servatur, ac tantum الاف usitatur, si numeri *ternarii* ad *denarium* in *fem.* genere praemittuntur (Cap. XL, p. 194; XLVI p. 228; XLVII, p. 245). His, quae Arabibus item consueta sunt, alia accedunt, minus probanda. Huc non referam usum vocis احد pro اوّل, quia hoc in numeris compositis, si *adjectivorum* sensu scribuntur, frequentatum est (3), neque etiam formam احدا pro اِحْدَى (Cap. XLII, p. 201), nam nihil hîc frequentius est, quam earum Literarum permutatio (4); sed non sibi constantem volo construendi rationem vocis مايَة, quae semper quidem sollenni more servatur in *singulari*, a numero inde *trecentesimo* ad *nongentesimum*, et saepe etiam tunc recte praefixum habet numerale *masculinum* (5), saepe tamen etiam cum *fem.* (6) construitur. Deinde minus accurate post numerum denarium, rem numeratam jungit cum formâ generis alterius: v. c. سنة cum formâ *masculinâ*, si additur numerus 19. Ubi ergo dicit Cap. II, p. 6 عند تمام مايَة وتسعة عشر سنة, scribendum fuisset عند — وتسْع عَشْرَة. Porro Cap. XLVII, p. 245 forma occurrit, ثَلَثَعَشَر, quam Lingua arabica ignorat, quae tantum admittit tamquam formam *masculinam* ثَلٰثَةَ عَشَرَ, et ut *femininam* ثَلٰثَ عَشْرَةَ, quâ Noster ibi uti debuerat, sequente سنة. Usum denique recentiorem spirat mos rem numeratam, si numerus ex multis singulis et diversis Numeralibus, per و copulatis,

---

(1) Uhlemann. *Inst. Ling. Samarit.*, p. 216.

(2) Vid. C. V, p. 33; C. XII, p. 59, 60; C. XXIX, p. 146; C. XXX, p. 152, 153; C. XXXVI, p. 168; C. XLV, p. 226.

(3) Ewald. l. l. I, p. 235.

(4) Noster licet in *Nominativo* s. *casu recto*, genitivo uti solet, et hunc morem etiam sequitur in Numeralibus a *vigesimo numero* ad *nonagesimum*, bis tamen scribitur (Cap. XXXVIII, p. 181, et Cap. XXXIX, p. 191) مائتْى وستون, ubi ut in C. XLII p. 201, videtur scripsisse ستين.

(5) Vid. Cap. XII, p. 59; XV, p. 74; C. XXIX, p. 146; Cap. XXX, p. 152, 153; Cap. XXXVI, p. 168; C. XLII, p. 201; C. XLV, p. 226; Cap. XLVII, p. 245.

(6) Cap. V, p. 33; C. XII, p. 60; C. XLVI, p. 228.

constat, non *saepius repetendi*, quam rationem antiquiores sequuntur, sed *semel* post *ultimum* numerorum vocabulum scribendi (1).

c) In *Particulis*, ne formas memoremus recentiores supra laudatas, بَرّا, أَيْشَ, et, quod vulgari magis, quam eruditae Linguae proprium est, لِلْوَقْت, id est *protinus* (2), *construendi* ratio in primis meretur attendi. Omittitur v. c. أَنْ haud raro post Verba *jubendi* (3), vel أَنْ scribitur, sed sequente *perfecto* (4), quocum, *aliis* item Verbis praecedentibus, haec Particula in nostro Chronico saepissime copulatur; et non tantum, ubi aliquid esse, aut fieri, vel futurum esse, aut factum iri, *narratur*, aut *indicatur*, sed interdum etiam, ubi *casus quidam cogitari jubetur* (5). *Prior* casus obvius est, v. c. in Cap. III, p. 21, بعد ان لقى الرجل, et Cap. XXXIII, p. 164, ساروا الى ان حصلوا, ut etiam in Cap. XXIII, p. 111, الى ان بلغوا; in Cap. XXIV, p. 118, الى ان صحصحوا; Cap. XXV, p. 122, حتى ان كان; Cap. XXVIII, p. 132, الى ان جاز; Cap. XXIX, p. 141, الى ان جازوا cet.; *posterior* vero in Inscriptione Cap. XXIII خبر ما فعل يوشع الى ان عادوا الخ; Cap. XLVI, p. 231, ثم حملته الهمّة الى ان اراد الخ, et alibi saepius. *Imperfectum* tamen etiam sollenni ratione scribitur, ut in saepe repetitâ formulâ, لا يجوز ان يكون, et in Cap. XXIII, p. 115, الى ان يكاتب; Cap. XXVI, p. 126, وراوا ان يكتبوا; Cap. XXIX, p. 148, دعوت ان يطول (6). — Porro memoratu digna est omissio Particulae ان in *Conjunctionibus*, ut in Cap. VI, p. 35, قبل يسير, pro قبل ان; Cap. XIII, p. 68, قبل يندم; in Cap. XLVIII وقبل يتوفى (vid. n. *g*). Deinde notetur لَمْ cum *perfecto*, ut Cap. XLVIII لم زالوا (vid. n. *d*), et negligentia, quae in *confusione* Particularum ف et و, et *hujus omissione* cernitur. V. g. و pro ف scribitur saepe in initio apodoseos, et و Chaldaeorum, Syrorum, et Samaritanorum more reticetur, v. c. ineunte Cap. XX; in Cap. XLV, p. 219 غلاتها pro وغلاتها; in Cap. XLVII, p. 243, يُرِيد, pro وَأَرَاد; p. 245 قال pro وقال (7) cet.

5) Ex dictis jam apparuit, quam *inconstans* hujus Libri sit scribendi ratio. Haec vero etiam accuratius describi meretur, quia via sic munitur ad quaestionem de *Fontibus*

---

(1) Vid. Ew. l. l. II, p. 93.

(2) Vid. Ann. ad. Cap. II, n. *e*.

(3) Ut Cap. V, p. 29, اوحا ينفذ, — et C. XXX, p. 163, أَمَرَ يُنَادُو.

(4) De hoc usu vid. Ewald l. l. II, p. 113.

(5) Sunt verba Cl. Roordae, in *Gr. Ar.*, p. 131. Ceterum de altero casu, conf. de Sacy. *Gr. Ar.* II, p. 20.

(6) Vid. etiam ad Cap. XLVII, not. *β*.

(7) Vid. Ann. ad Cap. XIX, n. *b*.

consummatius tractandam. Nonnullas ergo dictiones, quibus eadem Nomina, eaedemque Notiones passim significantur, in Catalogi formam redegi.

a) *Summus Sacerdos* a Capite I° ad finem Capitis XXII semper vocatur الامام, sive الامام الكبير, ut C. XXII, p. 109, et deinde C. XLVI, p. 229, 235, et C. XLVII, p. 247; et in *plur.* الائمّة الكبار, C. XLVII, p. 246. Cum voce الامام, quod servatur etiam C. XXIII, p. 110, 113, 114; C. XXIV, p. 120; C. XXXIII, p. 163; C. XL, p. 192; C. XLIII init.; C. XLV, p. 221; C. XLVI, p. 228; C. XLVIII, p. 247, 248, 249; C. XLIX, p. 249; — deinde permutantur formulae: الكاهن الكبير, C. XXXVIII, p. 181, sive الكاهن, ibid. p. 182, et C. XLVII, p. 241. Porro الوالى (1), C. XXXVIII, p. 183, 184, 185, et والى الله, C. XXIII, p. 115, 116; C. XXIV, p. 119; C. XXVIII, p. 133; C. XXXIII, p. 162; C. XXXIV, p. 165; C. XXXIX, p. 190; — et الامام والى الله, C. XLII, p. 201; et plur. وُلاة الرب, Cap. XL, p. 192.

b) *Sacerdotes vulgares* vocantur الكَهَنة, C II, p. 7; C. X, p. 47; C. XIV, p. 72; C. XXIV, p. 120; — الكاهنون C. XVII, p. 83; C. XXXVII, p. 177; — أئمّة C. XXXVIII, p. 187; C. XLVI, p. 229; C. XLVIII, p. 247; — اولياء الله, C. XXIII, p. 115, et الاولياء, C. XLI, p. 199.

c) *Tribuum Principes* (2) appellantur اهل الرياسة, Cap. II, p. 7; الجماعة, C. IV, p. 28, coll. C. XIX, p. 93; C. XX, p. 98; C. XXIV, p. 118; C. XXVIII, p. 133; جماعة الاولياء, C. VI, p. 35; sive ut p. 38, جماعة الاولية, et الاولياء, (quâ voce C. XXII, p. 109 designantur *Seniores urbis*), C. XVII, p. 89; C. XXIII, p. 110; C. XXV, p. 123; C. XLII, p. 209. Praeterea الرؤساء C. X, p. 47; C. XVIII, p. 89; C. XIX, p. 93; cujus sing. رئيس occurrit C. XIV, p. 70; C. XXIII, p. 115, C. XXIV, p. 118 seq., C. XXXIX, p. 189; C. XLII, p. 204 (ubi uno tenore etiam memorantur LXX Sapientes الحُكَماء); C. XLVI, p. 234; — et وجوه بنى اسرائيل C. XL, p. 199; XLV, p. 220; XLVI, p. 235; atque وجوه القوم, C. XXVIII, p. 133.

d) *Praefecti militares* (3) designantur formulis, وجوه العسكر, C. VI, p. 35; C. XX, p. 100; et وجوه القوم, C. XVII, p. 84; vel الوجوه, C. XXIII, p. 112 et 113; — porro

(1) De hac voce vid. Ann. ad. C. XXIII, n. *p.*, et de variis summi Sacerdotis nominibus Ann. ad Cap. XL, n. *a.*

(2) De his vidd. dicta in Ann. ad Cap. VI, n. *a.*

(3) Conferantur de iis dicta in Ann. ad Cap. VI, n. *a*, ad Cap. XXIII, n. *h*, ad Cap. XXIV, n. *c*, et ad Cap. XXVIII, n. *c*.

عُرَفَاء الالوف الخ, C. X, p. 47; et العرفاء, C. XII, p. 56; C. XIV, p. 70; C. XXIV, p. 119; C. XXVIII, p. 133; C. XXX, p. 152. *Summi Duces exercitûs* Cap. XX, p. 100 vocantur عرفاء وجوه العسكر.

e) *Mons garīzīm*itanus insignitur nomine vulgari طور بريك, C. XIX, p. 95, et deinde p. 183, 187, 197, et passim obvio; quod permutatur cum جبل البركة, C. XXVII, p. 130, et جبل البركات, p. 138; — الجبل C. XLVIII, p. 248; C. XLIX, p. 252, C. L, p. 255; — جبل نابلس, C. L, p. 256 (ter); — هرجريزيم, C. XLVII, p. 242; C. L, p. 254, 255.

f) *Templum garīzīm*itanum, quod C. XXIV in fine, *Jūšaʿa* condidisse fertur, vulgo dicitur هيكل, v. c. C. XLIII, p. 212, ubi opponitur Fano (نووس νάος), ab *'Ilīo* exstructo; sed etiam كنيسة C. XXIV, p. 121, et C. L, p. 254, 256. — *Tabernaculum* vocatur قبّة الزمان, C. VI, p. 36, sed C. XL et XLIII هيكل, et C. XXIV, p. 121 هيكل الربّ; — *Synagogae* بيوت الصلات, C. XLIX, p. 252.

g) *Lex mosaïca* dici solet التوراة, s. التورية; sed C. XLVII, p. 240, 246, 247, الشريعة.

h) *Hiërosolyma* (1) vocantur sive القدس, C. XLV, p. 217, 218; C. XLVII in *Inscriptione*; sive بيت المقدس, C. XLV, p. 223, 224; C. XLVII, p. 237, 238, 239, 240, 242, 243.

i) *Samaritani* ab initio ad C. XLVI semper appellantur بنى اسرائيل. In dicto Capite, a p. 228 primum occurrit nomen نابلس (C. XLVII, p. 242, 243, 246; C. XLVIII, p. 247), et السامرة, obvium p. 230, et C. XLVII, p. 238, 240, 243; C. L, p. 253, 256. Hoc tamen etiam a Cap. XLVI subinde permutatur cum formulâ بنى اسرائيل (C. XLVI, p. 234, 235, 236; C. XLVIII, p. 247; C. L, p. 253, 254, 255, et semel cum الملّة الاسرائيليّة (C. L, p. 254). Etiam occurrunt nomina وُلْد هرُن ويوسف, C. XLV, p. 222, ubi Samaritani de se ipsi loquuntur, seque opponunt τοῖς يهوده (p. 222), et ولد يهوده (p. 223).

k) *Hiërichus* Capite XVII dicitur يريحا, cui in Inscriptione additur القديمة; sed C. XLVII, p. 239, 240, ريحا. — *David* C. XLV, p. 218 داويد; sed C. XLVII, p. 239 داورد vocatur.

---

(1) De his *Hiërosolymorum* nominibus vid. Cap. XLV, n. d.

1) *Mare rubrum* C. I appellatur البحر الاعظم, sed C. XVI, p. 78 بحر القلزم (Vid. Ann.). *Mare* vero *mediterraneum* البحر الكبير C. XX, p. 98, et XXII, p. 107, ubi hoc illustratur verbis بحر الاحير.

Quae huc usque, de *scribendi ratione* disputantes, attulimus, eam dictionis partem spectant, quae *Grammaticâ*, id est *Orthographiâ*, atque *Orthoëpiâ*, *Etymologiâ*, et *Syntaxi* continetur. Superest pars *rhetoricâ*, ad quam *Stilus* refertur, ut cognoscamus, quomodo singula enarraverit.

Dictio, plerorumque Chronicorum more, brevis quidem saepe est et simplex, sed sterilis etiam et frigida. Haud raro tamen, ubi de rebus fit sermo, quae Auctori graves sunt et dilectae, altius surgit. Ibi ergo longius a Fontibus discedit, et hos per longum tempus subinde missos facit. Liberrime ibi in varias partes divagatur, et Arabum imitatur Prosam poëticam, ita ut altera sententia alteri respondeat, verbaque resonent, et quantum fieri possit, sibi invicem assimilentur. Inspiciantur modo *Orationes*, *Epistolae*, *Hymni*, Carminibus, a Gesenio editis, simillimi. *Orationes* ejusmodi tribuuntur *Bil:amo* (Cap. IV), *Populo israëlitico* (Cap. XI et XXX), *Exploratoribus* (C. XIII), *Levitis* (Cap. XIV), *Ozīo*, Pontifici (Cap. XLII), *Angelo* (Cap. XX), *Deo* ipsi (Cap. XVII), *Jūša:ae* (C. X, XIV, XVII); quibus addantur ipsius colloquium cum *Tribuum* $2\frac{1}{2}$ *Principibus* (Cap. XII), et verba, ab eodem et *Il:azare* ad eas Tribûs, in terras suas abeuntes, habita (Cap. XXIII), aut a *Praecone* proclamata (ibid.), alia. Ex *Epistolis* memorandae Epistolae *Šaubaci* (Cap. XXVII), et *Jūša:ae* (Cap. XXIX et XXXVI). Ex *Hymnis* Hymnus *Juša:ae* in *Mūsam* (Cap. VII), et in *Deum* (Cap. XVI), eaque, quae in Cap. XXIX, p. 144 exhibentur (1). Quae omnia quin ex Libro samaritano, et ex aliis Fontibus non conversa, sed hujus Operis Auctori tribuenda sint, nullum dubium est. Haec nimirum *arabice* primum conscripta esse, *verborum lusus* ostendit, C. XXXVII, p. 174 obvius in verbis: يا نبيح ما لك تنبح. Omnes porro Orationes Auctoris eumdem colorem, idemque ingenium referunt. *Opiniones* deinde in iis traduntur quam plurimae recentioris aevi, quae aetati, quâ Chronicon, quod Noster ob oculos habebat, conscriptum sit, nondum vigebant, et *Interpretationes* occurrunt, quae cum iis, quae ille ex eo Chronico desumsit, aut non bene conveniunt, aut cum iis prorsus pugnant. Ex iis nimirum *Opinioni-*

---

(1) De *Hymnis* iis, quos Noster magnam partem fortasse jam invenit, et in suos usus convertit, conff. dicta mea in *Commentariis ad Hist. Gent. samar.* p. 60 et seqq., ac supra n. 2 ad p. 5. Praeter *Precum* titulum, de quo ibi disserui, et qui v. c. occurrit in Epistolâ ad Ludolfum (*Repert.* Tom. XIII, p. 284), *Carminum* etiam nomen de iis usitatur in Epist. ad Scaligerum (*Repert.* l. l. p. 259).

onibus, tum alia sunt, quae deinde afferam, tum v. g. dicta, quae *Sectas* spectant (1), et *Fabula* de *Legis tabulis* (2). Ex *Interpretationibus* vero ea, quae de Israëlitis dicuntur, Hiërichuntem die 7° *septies* circumeuntibus (Vid. Ann. ad Cap. XVII); porro quae de *Gibeonitis* narrantur, et de *pane*, durante itinere corrupto (Ann. ad Cap. XIX). Ex his igitur *Orationibus*, *Epistolis*, *Hymnis*, videmus, Scriptorem dicti Stili rhetorici non prorsus quidem rudem fuisse (in Cap. v. g. XVI et XLII sententiosa dictio suis luminibus et splendidis effatis nitet); saepe tamen molestis ipsam repetitionibus et longis verborum ambagibus laborare, languere, frigere (3); cujus generis multa sunt in Šaubac*i* et Jûša:ae Epistolâ (Cap. XXIX et XXXVI, v. c. p. 169) exempla.

Et quid *phantasiam* referam, cui quantopere indulgeat, descriptio docet exercitûs Nabi*h̲i* (Ann. ad C. XXXVII)! Quid *dictiones hyperbolicas*, quibus totum Chronicon scatet! Communi nempe istae Orientalium sensui, privaeque Samaritanorum superstitioni accommodatae sunt, ut nemo ipsas *ibi* miretur, ne tunc quidem, si omnem modum excedant, risumque *nobis* excitent. Dicta nimirum de *vi nominis divini* (Cap. II, p. 7 et Ann. ad h. l.), de *praestigiis, per solum Fînh̲as*um *irritis redditis* (Cap. XXXIV), *de muris tubarum clangore collabentibus* (Cap. XXXVII), veteris aevi de magicâ nonnullarum rerum vi commenta referunt. Itaque non inexspectatus mirum in modum auctus tum *hostium numerus* (C. XXVII), tum *Juša:ae exercitus* (C. XXX). Nec inaudita alia, v. c. *Solstitium*, hic *plus semel repetitum* (Cap. XX et XXXVII), vel *Legati abeuntis, animique graviter perturbati, descriptio* (C. XXXI), *hostium*ve *stragis, qui a ventis in 4 Coeli plagas discutiuntur* (C. XXXVII); sive *columbae, quae summam rei gravitatem ipsa persentit* (C. XXXVI), aut *Israëlitarum clamoris*, jam *ad fines Orbis terrarum auditi*, jam *Angelos perterrefacientis* (C. XXIII, XXXVII), vocisve *Nabîh̲*i, quae, per totam Terram propagata, in ipsum Coelum penetrat (C. XXXVII)!

Ex eodem igitur Orientalium ingenio parum exculto, et ad *veri* minus quam ad *rerum mirarum* studium proclivi, *Fabulae* item deriventur, ex nostro sensu *insipidae* et *aniles*. Fabulas volo de *vi mirificâ teli nabîh̲*iani (C. XXXVII); *de Codice Pentateuchi samaritani* (C. XLV); de *rebus gestis Aliscandar*i (Cap. XLVI), aliis. Cujusmodi Fabulae quantopere Orientalibus placeant, notissimum est. Ne enim de *Libri Daniël*is, et aliis Hebraeorum Arabumque Scriptis loquar, ex multis recentiorum Judaeorum Libris cum hoc Chronico tantum conferantur *Itineraria* Binjamîn*is* Tudelensis et Petachia*e*,

(1) Vid. Ann. ad Cap. XXIX n. *d.* (2) Cap. XIV, p. 71, et Ann. ad h. l.

(3) Similis copiosa et turgida dicendi ratio in Druzorum Scriptis observatur. Vid. v. c. *Hymnus* et *Preces* Hamza*e* (de Sacy. *Exposé de la Religion des Druzes* I. p. 52—55), *Epistola* H̲akim*i* (de Sacy. *Chr. ar.* II, p. ۸۴ coll. 205), *Elogium Creatoris* (*Chr. ar.* I, p. ٩٥ init., coll. 216), atque *Edictum* Hamza*e* in Templis suspensum (*Chr. ar.* II, p. ٧٧, coll. p. 200 et 201.

quae prae aliis memoro, quia eorum Virorum aetas ab aetate nostri Scriptoris non multum remota fuerit (1).

Disputatio de *rhetoricâ* Auctoris *dicendi ratione* ad ipsius *dictionem qorânicam* sponte ducit. In hac autem quaestione, quam p. 53 verbo tetigi, jam exponendâ, alia simul attendamus aetatis ipsius indicia, *per universum* item *Chronicon* obvia, quae *Moslimorum Doctrinam*, *Leges* et *Instituta* spectant, ut inde appareat, non *unum* modo illud scripsisse, sed ipsum, viventem quippe tempore, quo Islamismus altas jam radices egerat, invitum secutum esse dicendi, cogitandi et sentiendi rationem, tunc vigentem.

Praeter formulas qor'an*icas*, a Relando citatas, et supra (l. l. notâ 2) allatas, aliae occurrunt quam plurimae, ex quibus nonnullas tantum notemus. Quoties de Deo sermo fit, scribitur الله تعالى, additis sive verbis عزّ وجلّ, aut inversis vocabulis جلّ وعزّ; sive formula الله اسمه (ut C. XVII, XX, alibi). Huc etiam pertinet *Epithetorum divinorum*, in Oratione v. c. Mûsae (Cap. VI) enumeratio, et monitum (C. X), de *Sociis Deo non adjungendis*; tum etiam mentio *Paradisi* s. الجنّة (Cap. XLII ineunte), et *eorum, qui Deo ejusque Legatis resistunt*, qui (Cap. X, p. 50; C. XXXVII, p. 179, et ibi not. *n*; C. XLII, p. 205), more qor'an*ico* الاحزاب, et (C. I) ذو الكفر, dicuntur. Huc etiam referenda sunt verba (C. XIII, p, 68) الى ان يخرج — قبل يندم حيث لا ينفعه الندم, et (C. XLI, p. 197) لا تجدى نفعا فى العاجل ولا فى الاجل, quae nonnullis mutatis ex Qoran*i* usu loquendi sumta sunt; formulae deinde, in describendis Sacrificiis usitatae, العبادة المرضية (C. XXV, p. 122), et الخدمة المرضية (C. XXXVIII sub finem, C. XL, p. 194, C. XLV, p. 222), quae istud Qor'an*i* راضية مرضية (v. c. Sur. LXXXIX, 28 et alibi) cuique in mentem revocant. Sed quid plura! quibus si adderentur dictiones, derivandae ex loquendi usu, qui post Mohammed*em* inter Moslimos vigebat (2), nullus fere esset dicendi finis. Ad hunc enim usum ita se Noster ubique composuit, ut in ipsis Nominibus veterum Hebraeorum, ابرهيم واسحاق ويعقوب, موسى, هارون, قارون (3), aliis,

---

(1) Rabbi Petachia anno 1175, biennio igitur post mortem Binjamîn*is*, natus, iter in Orientem suscepit, et Synagogas judaïcas, per Orbem Terrarum conditas, ut ille, adiit. Itinerarii petachian*i* Compendium, a Discipulo Judâ Chasîdo conscriptum, ac saepius editum, anno 1831 recusum est, gallicâ Versione et Annotatione illustratum, in *Journ. Asiat.* 1831 Oct., p. 257 seqq., et Nov., p. 353 seqq., hoc titulo: *Tour du Monde, ou Voyages du Rabbin Petachia de Ratisbonne, au 12e siècle, traduit de l'Ebreu par* M. Carmoly.

(2) De usu v. c. verbi حمد *Deum colendi* sensu, vid. C. XLV, p. 220, not. *k*; de اركان Cap. XLII, p. 202 not. *c*, de الدين et المذهب Cap. I, n. *l*, cet.

(3) De eo vidd. dicta in Ann. C. I. (n. *g* et *h*), ubi is الى القَرار السُّفْلى, *ad infimam* (Inferni) *regionem* (coll. Qor. IV. 144) descendisse dicitur.

Arabum morem non minus sequatur, quam in *Traditionibus* de iis referendis (1), ubi in mediis, quae Samaritani de suo iisdem addiderint, ornamentis, Traditionis moslimicae efficacia clare pellucet. Vidd. modo dicta ad Cap. XLV et XLVI.

Neque in his solis *dictionibus* et *traditionibus qoranicis*, sed et in aliis Noster aevi sui consuetudini obsecutus est. Reliqua enim *Nomina propria* etiam ad *Arabum Orthographiam* conformata sunt, tum Virorum, ut, بختنصر, الاسكندر, cet., tum Locorum, ut القدس et بيت القدس, de *Hiërosolymis*, بيت جبريل pro بيت جبرين de *Eleutheropoli* (p. 102), وادى موجب, de *Arnone* (p. 2, 94, 206), cet. Occurrunt praeterea *Opiniones* post conditum Islamismum inter Arabes propagatae. Opinio v. c. de *maribus*, *quae Orbem Terrarum cingant* (2), de *Septentrione*, *tenebrarum sede* (3), aliae.

Indicia, quibus Moslim*orum agendi loquendique*, ac *vivendi*, ut verbo dicam, *ratio* significatur, exstant ubique. In *Bellis* describendis *bellicas* legimus *formulas* الله الجبار فى الحروب (C. XX, p. 99), et الله ربنا المحارب عنا (C. XXI, p. 101); et Gibeonitis *clientela* conceditur hac conditione, *ut Sacra Israëlitarum amplectantur* (C. XIX). Ex *rebus civilibus* Jušaʿa est titulus sollennis الملك, et hic revera, ut Mūsa̤ *Regis*, s. potius *Kalifae* munere fungitur. Munus nimirum illius hoc nomine (الخلافة) non modo nuncupatur (Cap. I, p. 1), sed et cum hoc conjungitur Principatus *rerum* tum *sacrarum*, tum *civilium*. Mūsa̤ enim et Jušaʿa *Sacrificia* ipsi in Arâ offerunt, quod non iis, sed *Sacerdotibus* solis Lex mosaïca permittit (4), ac pari ergo ratione ipsi agunt, atque v. c. Ḫakim biʾamriʾlla̤ (regnans ab anno H. 386—411, p. C. n. 996—1020), qui in precibus faciendis et ritibus, cum immolandis victimis conjunctis, ipse praeibat (5). *Summus* deinde Jušaʿa *Judex* (القاضى) est. (Vid. C. II et XXVIII), cui alii Judices subditi sunt, qui C. X *Judices* dicuntur *primarii* (القضاة المتقدمين). De *Praefecto* porro *politiae*, sive *custodiae* C. XVIII (vidd. *Ann.*), et de *Poenis* sermo est, inter Moslimos usitatis, quas Jušaʿa Cap. XXVIII, p. 131 pronunciat. In his l. l. et Cap. III recensentur poena *gladii*, s. *capitis amputati* (القتل C. XXVIII, p. 131; قتل السيف, C. XXIX, p. 140; قتل بالسيف, C. III, p. 14), et poena *carceris* (الحبس C. XXVIII, p. 131). Poena porro *combustionis* (الحريق, C. XXVIII, p. 131; حريق النار C. XXIX, p. 140; الحرق بالنار C. III, p. 13), quae, ut apud Moslimos post capitis amputationem aliquando instituebatur (6),

---

(1) Vid. de Sacy. *Chrest. Ar.* I, p. 338.
(2) Vid. de Sacy. l. l. II, p. 252 seqq.
(3) Cap. XXX, p. 151, et XLVI, p. 231.
(4) Vid. Cap. VI, p. 39, et C. XXXIX, p. 189.
(5) De Sacy. *Exposé de la Religion des Druzes*, Tom. I, p. 144 seqq., 151.
(6) Ḫakim v. c. Christiani cujusdam corpus mortuum, capite amputato, comburi jussit (de Sacy. *Chr. Ar.* I, p. 138 seq., et *Exposé de la Rel. des Druz.* I. p. CCCVI); eodemque supplicio idem affecit Judicem, s. ʾAl-qāḍī*um*, Ḫosain*um*, filium Noʿomāni (Chr. l. I, p. ٥٧, coll. p. 99, et *Exposé* I, p. CCCXVI, et p. 111.

ita C. XVIII *ante mortem* infertur, peracta vero *lapidatione acuitur*, ossibus lapidibus obruendis. Poena denique *Crucis* (الصلب C. III, p. 13) occurrit(1), et *Strangulationis* (موت الخنق, C. XXIX, p. 140), quarum in V. T. nulla fit mentio (2). In his tamen et aliis ejusmodi descriptionibus nonnihil aliquando, (nec mirum!) immiscetur, quod Arabum minus, quam veterum Samaritanorum moribus proprium, et a nostro Scriptore ex Fontibus desumtum est. Huc pertinet poena *Lapidationis* (الرجم C. XXVIII, p. 131; sive الرجم بالحجارة, C. III, p. 13).

Mores Aulae Ḱalifa*rum*, ut observantur in Cap. XLV (vid. n. *s*), ubi *honores* describuntur, quibus Sanballat afficiebatur, ita conspiciuntur in *Inauguratione* Jūša:ae et Nabīhi, in Cap. II et XXIII traditâ. Accipiunt ii etiam in medio Virorum principum, Doctorum, et Sacerdotum conventu sollennem *Investituram* (التقليد). Illi *Ḱalifae* (الخلافة), huic *Satrapae*, s. *Vicarii regii* (الملك), jura et privilegia conceduntur. *Signa* et *vexilla* (الاعلام والبنود) expanduntur, et Nabīho traduntur. Hic, cujus inauguratio, a Jūša:a peracta, p. 113 his verbis describitur: ثم قلّد المَلِكُ مُلْكَ — لنبيح وخلع عليه خلعة الملك والبسه تاجا واركبه بعض حيلة المختارة الخ (3), — hic, inquam, etiam *in pace* et *bello Rei militari* erat *praepositus*, et *Rei sacrae* ac *civilis Praefectus*, *Judex*que *summus*. In mediis enim Israëlitis trans Jordanem *Munere* fungebatur *Antistitis*, qui الخطبة recitaret, ac *Deum* (ac si in *iis* terris summi Pontificis vices subiret) *de rebus gerendis consuleret*, quare *quidquid mandaret*, cuique *acceptum*, ac *judicium*, quod ferret, *sancitum* esse debebat; qui sensus est horum verborum, quae ibid. p. 113 legimus (4): هذا الملك السبطين ونصف المقلد لاحكامهم الناظر فى امورهم المقدم فى عسكر المخاطب عنهم المسائل عن احوالهم وكلّ ما امر به فمقبولا وكلّ ما حكم به فقد قُضى الخ

Ex eâdem recentioris aevi consuetudine alia item explicanda: dicta nempe de Regibus Cana:an*itarum* (Cap. XVI, vid. Ann. ad h. l.), ubi ii, de salute suâ desperantes, *veste ferali induti*, ad pugnam accedunt; de *examine*, cui Jūša:a morti proximus, Principes Israëlitarum submisit (Cap. XXXIX. n. *c*); de Ilīo, jubente *nomen suum commemorari*

---

(1) Ut ex multis afferam exemplum *Tyri* Praefecti, qui devictus, Ḥakimi jussu, Cruci affigebatur, postquam cutis ipsi avulsus erat. Vid. *Exposé*, I, p. CCXC, coll. I, p. 141, et II, p. 563.

(2) Relandus (*Diss. Misc.* II, p. 55 seq.) monuit *Strangulationem*, in Scriptis talmudicis חנק nuncupatam, ibi sic describi: *reum ad genua usque in fimum immergi, ac linteo*, ipsius *collo alligato*, *hinc illinc trahi, donec exspirasset.*

(3) Vid. Ann. ad C. XXIII, n. *e* et *i*.

(4) Vid. *Ann.* ad Cap. XXVIII, not. *d*.

in precibus publicis (C. XLIII, p. 213), de *Epistolarum commercio*, quod mandatur Nabīho (C. XXIII, p. 115), *cum omnibus Tribuum Principibus* habendum, de *coloribus* variis (1), cet.

Auctor ergo, tempora antiqua recentiori aetati sic accommodans, in innumeros incidit *Anachronismos*. Ex historiâ *Terrae divisae*, quae Capp. XXII et XXIV narratur, unum modo exemplum dictis addam (2). Ineunte utroque Capite (p. 105 et 117), ubi enumerantur ii, qui Terram in decem partes distribuerent, Disciplinae spectantur, a *Moslim*is, non vero *Jūša:a*e *aetate*, excultae (vidd. dicta C. XXII. n. *a*). Videntur quidem Hebraei *hoc* tempore, ac tunc praesertim, quum Liber hebraeus, qui a Josuâ nomen habet, conscribebatur, nonnullarum Disciplinarum non prorsus rudes fuisse, et *Mappas* item, qualescunque tandem, habuisse, quae Jos. XVIII. 4—6 et 9 intelliguntur (3), minime vero Viri inter eos florebant, *Geometriae*, *Geodesiae*, *Matheseos*, atque *Agriculturae* tam periti, quam Noster descripsit.

Haec ergo ut Disciplinarum progressus olim ignotos, ita ante dicta *Societatis civilis* conditionem supponunt, qualis sub *Abbasi*dis, *Fatimi*dis, *Ajjūbi*dis, aliis, demum exstitit (4). Sic vero agens, idem Scriptor vitium commisit, in quod omnes Veteres et Recentiores adeo multi inciderunt, quod nimirum antiquius aevum in suae aetatis luce ponunt, alienove ornatu induunt, ac revera deforme reddunt.

---

(1) Vidd. dicta in Ann. ad C. XXXVII (p. 134), not. *a*.

(2) Alia ceterum innumera ejus generis sunt vestigia. Ne dicam *Anachronismos*, quos alii Scriptores etiam facile commisissent, in quibus est v. c. *equorum* et *mulorum* usus *aetate Jūša:a*e (Cap. V, XXI et XXIX sub finem et XXXVII), et Sanballat*us*, *vestibus sericis* indutus (Cap. XLV), — *Templum* tantum addo in Monte Ġarīzīm *Juša:ae aetat*e conditum (Cap. XXIV, in f.).

(3) In loco Jos. XVIII. 9, qui hîc potissimum in censum venit, haec leguntur: וַיִּכְתְּבוּהָ [הָאָרֶץ] לֶעָרִים לְשִׁבְעָה חֲלָקִים עַל - כֵּפֶר; id est: *et describebant eam* [Terram], *secundum urbes* (id est: *ratione habitâ* urbium, *quas solas*, *omissis* oppidis pagisve, *in* illarum *ditione sitis*, *memorabant*) *in 7 partes* (divisam), *in Libro*, sive *Codice* aut *Volumine*. Mappam qualemcunque intelligi liquet, quia non nisi per ejusmodi tabulam, perspicuus sive *terrae*, sive *divisionis* conspectus Josuae offerri poterat. Nec insignis sane ingenii cultura postulatur ad Mappas *imperfectas* pingendas. Hujusmodi enim Hispani, Americam primum invadentes, ac multi Itineratores, eamdem Orbis terrarum partem, septentrionalem et meridionalem, adeuntes, apud Gentes parum cultas, ac barbaras fere, repererunt, apud *Aztekos*, *Toltekos*, *Peruanos*, quin etiam, ut ferunt, apud *Eskimosos*, et *Indianos americanos*. Similes Clappertonus in Africâ interiore apud *Fellatas* vidit. Vid. Herm. Reinganum, *Geschichte der Erd- und Länderabbildungen der Alten, besonders der Griechen und Römer*. Jenae 1839. 8°. I, p. 59 seqq. — Similiter *aliquam* etiam *Palaestinae notitiam* Israëlitae sibi comparaverant ex bellis, ibi gestis; nec minorem certo Viri, qui *ut Terram explorarent*, missi, suâ ipsi ratione tractûs, quos adiërant, describere sane potuerunt. Haec tamen non impediunt, quominus statuamus, *Deuteronomicum*, sive *postremum Pentateuchi* et *Libri Josuae Redactorem*, Mappam cogitasse *perfectiorem*, quam revera parata sit. Vid. Lengerke *Kenáan* I, p. 656 seq.

(4) Vidd. v. c. quae de eorum temporum conditione observavit de Sacy. *Chr. Ar.* I, p. 132 seqq.

§. 3.

Fontes.

Ab *Operis ratione* describendâ ad *Fontes* pergo, quibus Auctor usus sit. Hos partim disertis verbis ipse indicavit; partim ex indiciis, in Chronico obviis, de iis judicandum est. In *hac* ergo disputatione operae pretium est, ut *dissentientes* attendamus de *iisdem* rebus *opiniones* (1), ac *variam* reputemus *scribendi rationem*, quam supra p. 56 et seqq. descripsimus. Concedo, easdem res ac notiones diversis vocabulis formulisque ab eodem Scriptore saepe significari. Nemo v. c. mirabitur, promiscue eum passim usum esse verbis الامام الكبير, et الامام, quo nomine Noster, ut Abū'l-Fatḥus (2), summum Sacerdotem nuncupare solet; nec insolitae etiam vocum permutationes, جماعة الاولياء, الجماعة et الاولياء; aut جبل البركة, et الجبل. At cuique statim in oculos incurrat, *certis* illum *quibusdam locis* voces *prorsus diversas* adhibuisse. *Sacerdos summus* v. c. designatur demum a Capite XXIII inde voce الوالى, et والى الله, atque in solo C. XLIX dicitur ربّيس. *Mons Ġarīzīm*, vulgo dictus طور بريك, a C. XXVII vocatur الجبل, vel جبل بركة; Capite vero XLVII, et praesertim C. L هر جريزيم. *Hiërosolyma* deinde tribus locis dicuntur القدس, sed deinde بيت المقدس. *Samaritani* vocantur semper بنى اسرائيل, sed a C. XLVI *interdum* السامرة. Et pro التوراة sive التورية, in solo C. XLVII (p. 240, 246) scribitur الشريعة.

Sed *diserta* potius *Auctoris* de Fontibus *verba* referamus. Primum hic memoranda sunt, quae Cap. I, (p. 1) leguntur: هذا كتاب سير احبار بنى اسرائيل من وقت ان قلّد سيدنا موسى ابن عمران النبى عليه السلام يوشع ابن نون خلافة على قومه المنقولين جميع ذلك من اللغة العبرانية الى اللغّة العربية كسرعة ترجمة اللسان. Deinde attendantur كُتُب آلسِّيَر de quibus in Inscriptione Cap. XLV, (p. 217) sermo est, quorum *tituli* quidem omittuntur, sed unde ea, quae ibi narrantur, hausta esse constat. Hi autem Libri hìc *speciatim* memorantur, ut a Libro, qui Cap. I describitur, manifesto distinguantur. Ac revera ex accuratiore rerum consideratione patet, ea quae in Cap. XLV traduntur, non ex *illo* Libro, sed aliunde desumta esse, ut sequens disputatio docebit, quae simul confirmet, quae

(1) Vid. supra p. 56. Ex multis speciminis causâ afferam opinionem Scriptoris cujusdam, quem Chronici arabici Auctor enarrat sub finem Cap. XLV de *benignitatis divinae indiciis*, *in Israëlitas post reditum ex captivitate plene iterum collatis*; quae prorsus opposita sunt iis, quae alibi leguntur. Vid. Ann. ad Cap. XLV not. *t*.

(2) Vid. v. c. *N. Repert.* I, p. 120 seqq.

alibi diximus, Samaritanos haud pauca tum graece et samaritanice, tum in primis arabice olim scripsisse (1).

Initium facimus a Chronico, de quo *priore* loco, Cap. I, Auctor loquitur. Primum videamus de ipso *Opere*, mox *quomodo* ipsum ille in suos usus converterit. Quod quam necesse sit, varia de utrâque quaestione Eruditorum judicia jam ostendunt. Audiamus modo E. W. Hengstenberg*ium*, qui aliorum sententias sub examen vocavit (2).

Ipso judice, nulla sunt indicia, Librum quemdam Josuae hebraïco-samaritanum umquam exstitisse. Contendit ergo, Nostrum *Libro* usum esse *Josuae hebraïco*, aut, si alium significare voluerit, eum mendacem declarat. *Liber Josuae*, inquit, quem Samaritani in Epistolâ ad Anglos (3) memorant, *Chronicon* est Abū'l-Fatḥ*i*, cujus exemplar ad Huntington*em* mittebant, nullum, hoc excepto, *Chronicon samaritanum*, amplius habentes (4). Accedit (sic pergit), Ecclesiae *Patres* pariter atque *Judaeos* nullum Librum Josuae samaritanum cognovisse; neque hoc usum esse Abū'l-Fatḥ*um* (5), cui a summo Sacerdote omnia subsidia, quae tunc in promtu essent, suppeditabantur; unde efficitur Librum Josuae ejusmodi, si exstitisset, anno etiam 1352 (sive potius 1355, quo Opus absolvebat), jam interiisse (6). Hujusmodi etiam Liber (haec mox addit), si una cum Pentateucho a Samaritanis aliquando fuisset receptus, *auctoritatem* habuisset sive *canonicam*, sive *deutero-canonicam;* quam si ei tribuissent Samaritani, ipsum religiose servassent, nec sivissent,

(1) Vidd. mei *Commentarii in Hist. Gent. sam.*, p. 54 seqq.

(2) Locum intelligo Libri Hengstenberg*ii*, *die Authentie des Pentateuches* 1 Bd. (Berl. 1836), p. 41 seqq.

(3) Eichh. *Repert.* IX, p. 29. Perperam sic statuisse Hengstenberg*ium* ex iis patet, quae supra diximus p. 4 seqq.; ex quibus videmus manifesto, ut unum hoc nunc repetam, Samaritanos *Librum Josuae*, quem ibi dicunt ࠎࠐࠓ ࠉࠄࠅࠔࠏ, probe distinxisse ab Abū'lfatḥ*i* Chronico, quod in Ep. anni 1099 nuncupant [illegible] تاريخ من ادم الى قيـه. *Nostrum* autem *Josuae Librum* illic spectari, ex iis constat, quae p. 52 eâ de re disputavimus.

(4) Citatur Schnurrer ad l. l. p. 45, qui fretus Huntington*i* hac de re judicio, in errorem ductus est. Falsam esse ejus opinionem supra p. 6 indicavi.

(5) Laudatur *Catalogus Bodlej.* p. 5. Sed vidd. supra p. 41, et quae eâ de re infra dicemus.

(6) Falsam esse opinionem, sec° XIV *nostrum* Josua Librum non amplius superfuisse, patet tum ex aliis Epistolis, ubi hic diserte memoratur, tum in primis ex Epistolâ v. c. anni H. 1096 (1684) ad Huntington*em* et *Anglos* (*Repert.* IX, p. 16 seqq. et *Not. et Extr.* l. l. p. 198 seqq.). Perperam etiam Hengstenberg*ius* (l. l. p. 42), in hac sententiâ (obviâ in *Rep.* p. 19, et *Not. et Extr.* p. 199) ودكرتو اننا نذكر لهم ان كان عندنا صورة حمامة او مصوّرة معلومكم ان نحن ما عندنا شى غير التوراة والكتب الخ, verba ultima quae legit غير التوراة والكتاب, intellexit de *solo Legis Codice.* Sic vero haec reddantur: *et nobis dixistis* (sic scribunt ad Huntington*em*), *nos oportere eos* (Samaritanos in Angliâ, ut putabant, habitantes) *certiores reddere, essetne apud nos figura columbae, (alia)ve quaedam figura: (sed) novistis nihil apud nos esse praeter Legem et Libros.* Quinam intelligantur, de Sacy. (l. l.) indicavit. Spectantur nempe *Preces*, sive *Hymni*, quibus in Cultu sacro utebantur; non vero *Liber Josuae*, quem Bruns*ius*, etiam الكتاب legens, cogitavit.

ut primum *textus* ejus *samaritanus*, ac deinde *Versio arabica* periissent. Causam igitur, quare Josuae Librum adeo olim celebraverint, ex jactantiâ solâ derivat, quâ iis, qui primi eum acceperant, sibi blandiri studerent. Eos in primis nimirum perstringit, qui post RELAND*UM* de eo locuti sunt, praesertim BERTHOLDT*UM*, perperam sine dubio illum *Libro Josuae hebraïco* praeponentem, cui ergo opinioni judicium DE SACY*I* praefert (1).

Sic HENGSTENBERG*IUS*, cujus dictis quot falsa intermixta sint, notae subjectae docent. Vere dixit, nostrum Chronicon pluris, quam par erat, a nonnullis aestimatum esse (2), et *Ecclesiae Patres*, ac *Judaeos veteres* Chronicon *antiquum*, quo Noster usus est, non memorasse. At ex *silentio* effici nequit, ipsum non exstitisse. Nulla deinde causa est, quare statuamus, *hoc unâ cum Pentateucho a Samaritanis receptum*, aut *eodem ipso tempore, quo hic introducebatur, conscriptum esse.* Hoc ergo quia probari nequit, nec verisimile est, quare putemus, veteres Samaritanos tanti vetus illud Chronicon fecisse, ut aliquando in oblivionem abire non posset? Nonne fieri potuit, ut post longum annorum intervallum ejus exempla penes paucos tantum servarentur, et Samaritanum *palaestinensem*, sive *damascenum*, quem Noster in Cap. XLVII consuluit, lateret (3); et contra, ut in *Aegypto*, ubi illud conscriptum sit, et *arabici* Chronici Auctor vixerit, diligentius diutiusque quaereretur, sed tandem, postquam arabicus Jušaae Liber propagabatur, *ibi* etiam interiret? Librum enim *samaritanum* quare tunc diutius magnopere curassent, praesertim quia omnes fere crediderint *arabicam* totius veteris Operis *Versionem* jam praesto esse, et *arabica* a plerisque facilius, quam *samaritana* legebantur? Eadem nimirum *illius* Libri fata fuisse videntur, quae, ut ex Historiâ literariâ novimus, Operum quorumque fere majorum, si *Compendia* ipsorum parantur, esse solent. Hoc autem Opus *arabicum* ex *Judaeis recentioribus* memorarunt Scriptores seculi 16i et 17i (4), ex *Samaritanis* ABU'L-FAT͟H*US*, ipsumque iidem ad nostram usque aetatem religiose servarunt.

Hanc igitur quaestionem ut bene absolvamus, probe distinguenda sunt Chronicon *antiquum* samaritanum, et *recentior* Jušaae Liber arabicus, quae HENGSTENBERG*IUS* quia in *illius* historiam non inquisivit, confudit, *posteriorem* Librum veram *prioris Versionem* esse opinans. Quod ergo ille et omnes ante eum omiserunt, quantum fieri possit, explicare conemur.

A DOSITHEO vetus istud Chronicon conscriptum esse conjecit RELAND*US*, existimans Josuae et aliquot sequentium seculorum res gestas in eo fuisse traditas (5). Haec tamen

(1) Adducit Dissertationem DE SACY*I*, *Mémoire sur l'état actuel des Samaritains*, primum anno 1812 insertam *Repertorio*, cui titulus: *Annales des Voyages*, Tom. LII, deinde germanice versam in STÄUDLIN's *und* TZSCHIRNER's *Arch.* I. 3, p. 46.

(2) Vidd. *Comment. in Hist. Gent. Sam.* p. 66 seqq.

(3) Vid. Ann. ad Cap. XLVII, not ℥.

(4) Vidd. *Comment.* laudati, p. 61.

(5) Vid. locus supra p. 53 et seq. adductus.

opinio non probabilis. Ne dicam, verisimilius esse, eum *graece*, non *samaritanice* scripsisse (1), obstant, nisi fallor, huic sententiae *Dogmata*, in Libro nostro passim obvia, quae an Samaritanis ejus aetatis, ac *Dositheanis*, probata fuerint, dubito. Alia deinde, ut videbimus, cum eâ opinione in concordiam redigi nequeunt. Itaque de Auctoris *nomine* nullam potius, quam vanam et inanem disquisitionem instituamus.

Certior *Terra* esse videtur, ubi vetus illud Opus samaritanum scriptum sit. *Aegyptum* puto, quia ex nonnullis locis [videmus, ejus Scriptorem, non *Textum* Libri Josuae judaïci *hebraïcum*, sed *Versionem* ipsius *alexandrinam* secutum esse: quae agendi ratio *Aegypti* magis, quam *Palaestinae* incolis, ex Israëlitarum Gente oriundis, propria est.

Loci, quos intelligo, sunt sequentes: 1) Capite XIV, p. 72, et XVI, p. 79, de 12 lapidibus sermo fit, positis in *Al-ordonne* (Jordānc) et *Galīlae* (Gilgale). Ex variarum autem traditionum de iis lapidibus conjunctione, in Textu hebraïco confusio orta est, quam alexandrinus Interpres tollere conabatur, voce ἄλλους *Jos.* IV. 9 inserendâ. Hanc glossam Samaritanus ille videtur cognovisse; ita saltem ipsius narratio est composita, ut *alio* loco *alios* lapides collocatos esse, opineris (2).

2) *Jos.* V. 1 in alexandrinâ Versione omittitur vox יָמָּה, quam Noster etiam non legerit, ea conscribens, quae in Chronico arabico Cap. XVI, p. 80 narrantur (3).

3) *Jos.* V. 4 מָל a LXX vertitur περικαθαίρω, quocum convenit dictio رفع نَجَس in Chronico arabico Cap. XVI, p. 80 (4).

4) *Jos.* V. 10 in LXX Versione, omissâ sententiâ וַיַּחֲנוּ בְנֵי־יִשְׂרָאֵל בַּגִּלְגָּל, Israëlitae Festum Paschatis celebrasse dicuntur *in valle Hiërichuntis*, ac si huc, *Gilgale relictâ* se convertissent. Idem traditur in Chronico arabico Cap. XVII, p. 81 (5).

5) *Jos.* VI. 3 multa in LXX omittuntur, et colon 4um prorsus desideratur, unde orta sit, ab alio ibi inserta, narratio, in Chronico obviâ Cap. XVII, p. 83, Israëlitas *semel* (non *septies*, ut legitur in Textu hebraïco) *septimo die* Hiërichuntem circumivisse. Quem errorem *arabs Interpres* deinde tamen emendat p. 85, ubi Jūša:a*m* suis ipse verbis loquentem introduxit (6).

6) *Jos.* VIII. 28 in verbis וַיְשִׂימֶהָ תֵּל־עוֹלָם שְׁמָמָה, tria ultima vocabula ab Interprete alexandrino reddita χῶμα ἀοικητὸν εἰς τὸν αἰῶνα, eodem modo atque in Chronico arabico Cap. XVII, p. 87, transponuntur (7).

7) *Jos.* IX. 5 de *pane* Gibeonitarum hoc dicitur יָבֵשׁ הָיָה נִקֻּדִים, id est, *exsiccatus*

(1) Vidd. *Commentarii* mei laudati, p. 56.
(2) Vid. Annot. ad Cap. XIV, sub finem.
(3) Vid. Ann. ad Cap. XVI.
(4) Vid. Ann. l. l.
(5) Vid. Ann. ad h. l.
(6) Vid. Ann. ad C. XVII.
(7) Vid. Ann. ad C. laud.

erat et *in micas redactus*, sive potius *maculis*, ex corruptione ortis, *distinctus*. Hae voces hebraicae in LXX Versione redduntur ξηρὸς καὶ εὐρωτιῶν καὶ βεβρωμένος, ubi, collato colo 12°, καὶ εὐρωτιῶν ab aliâ manu explicandi causâ videtur additum. Hanc tamen vocem Samaritanus ille jam legit, quia in Chronico arabico Cap. XVII, p. 93 panis *mucidus factus* esse dicitur. Ibi enim exstat verbum عفّن, *mucidus factus est*. Ex quo verbo, et si eumdem sensum tribuis voci βεβρωμένος (quod Fischerus (1) probare conatus est), videmus, veteris Chronici samaritani Auctorem explicationem secutum esse Interpretis alexandrini, quam alii veteres Interpretes, eam vocem aliâ ratione explicantes, non probabant (2).

8) *Jos.* IX. 1 *Mare mediterraneum* vocatur הַיָּם הַגָּדוֹל, et graece ἡ θαλάσση ἡ μεγάλη. Hoc nomen Samaritanus retinuit, et servavit Interpres arabs, scribens Cap. XX, p. 97 البحر الكبير. Ipse tamen ante Mare illud, etiam Hebraeorum more, vocaverat البحر الاخير (3).

Verisimillimum ergo, Chronici samaritani Auctorem, alexandrinâ judaïci Josuae Libri Versione usum esse. Hanc tamen versionem non integram videtur habuisse. Codicem enim manu tenebat, lacunis jam hiantem, et locos nonnullos exhibentem, *alio* quam in Textu hebraïco, sed *eodem* ordine dispositos, quam in alexandrinae Versionis Codicibus hodie servatis. In illius enim Auctoris Exemplo Jos. VIII totum fere desiderabatur, et IX. 1, 2 (4) hoc loco omissa, sed post Cap. IX finitum inserta erant, cujus rei indicia etiam in Codicibus, qui nunc supersunt, reperiuntur (5). Deinde Jos. VIII. 30—35, quae in Textu hebraïco alieno loco posita sunt, in graeco Samaritani Codice suo loco post finem Jos. XI addita erant, quo loco Flavius Josephus haec item legerit, qui Festum, quod l. l. describitur, eodem tempore, quo in nostro Codice, actum esse tradit (6).

Quaeritur porro, *quo usque* Samaritanus aegyptius *Historiam Gentis suae* perduxerit, ac *quo consilio* et *quando* ipsam scripserit.

Ultra *Josuae mortem* ipsius Chronicon non videtur se extendisse, et *a Mosis morte* incepisse. *Hoc* satis constat non tantum ex *titulo*, quem Interpres arabs in nostro Chronico p. 1 significavit, sed etiam ex *Inscriptione* Capitis IX, ex quâ tuto conjicere licet, *illud* etiam Opus nuncupatum fuisse *Librum Josuae*. A Capite ergo IX incipiens, Liber Samaritanus Capite XXV absolvebatur. Quod quamvis Interpres ibi non diserte indicaverit, non unam tamen ob causam est probabile. Interpretem enim alios a Cap. XXVI inde Fontes adiisse, jam videmus ex formulis, quibus saepe utitur, *se ad alia pergere*, v. c. exeunte Cap. XXV et XXXV, ne *disputationem* dicam, quae Capiti XXXIV est

(1) *De Versionibus graecis* V. T., p. 125.
(2) Vid. Ann. ad Cap. XIX.
(3) Vid. Ann. ad Cap. XX.
(4) Vid. Ann. ad Cap. XIX.
(5) Vid. Ann. ad Cap. XX.
(6) Vid. Ann. ad Cap. XXI not *l*.

inserta, aut alia indicia memorem, quae docent, haec primum *arabice* conscripta esse (1). Ac *varios Fontes* eum revera ibi in subsidium vocasse, ut ex iis jam liquet, quae de *scribendi ratione* diximus, ita magis etiam ex sequentibus patebit.

Non *plura* Opus illud complexum fuisse, alia argumenta confirmant. Olim nimirum, quod nemo amplius vix in dubium vocet, Liber Josuae judaïcus una cum Pentateucho erat conjunctus, deinde vero ab eo avulsus est. Ab hoc ille jam disjunctus erat eo tempore, quo Pentateuchus judaïcus a Samaritanis recipiebatur, quod ab aetate quâ alexandrina Versio solius Pentateuchi conscribebatur, non multum distat (2). Haec graeca *Libri Josuae* Versio brevi deinde, sed *seorsim*, parata esse videtur ex Codice, Textum exhibente, qui a Textu nostro masorethico in nonnullis differebat, ac diu exstitisse, ante quam alios Libros V. T. graece interpretari coepissent. Qui quum aliquando, alii post alios vertebantur, vetus illa graeca Libri Josuae Versio, Textui alius Codicis, in haud paucis locis a Codice, quo prior utebatur Interpres, diversi, ita accommodata sit, ut nova ejusdem Versionis recensio existeret; quae causa fuerit, cur in graecis Codicibus magnum subinde discrimen observetur, quod hac ratione facile solvi potest. Fieri igitur potuit, ut Samaritanus quidam, et si sub prioribus Ptolemaeis scripserit, graecâ Libri Josuae Versione usus sit, quam si adierit, non miramur, cum ultra Josuae mortem non progressum esse.

Ejusmodi autem Libro conscribendo votis ille obsequi studuerit, quibus Samaritani pariter atque Judaei aegyptii ferebantur. Utraque Gens nimirum non satis habens, si *solum Pentateuchum*, illa *hebraïcum*, haec *graecum*, accepissent, *Historiam* etiam *Terrae expugnatae* et *divisae* legere optabat. Judaeis ergo aegyptiis ut graecus Josuae Interpres, ita Samaritanus ille Samaritanis succurrit. Hic tamen, ne quid detrimenti caperent Samaritanorum Cultus et Placita, praetulerit Librum novum *samaritanice* conscribere, et cuncta ita narrare, ut ipsorum Ritus ét commendarentur, ét privae Opiniones defenderentur.

Samaritanice eum hunc Librum scripsisse, *tempus* quodammodo designat, quo vixerit. Inde enim videmus, tempore eum floruisse, quo usus Linguae samaritanae nondum inter eam Gentem in Aegypto abrogatus esset, nec locum cessisset Linguae Graecae, quâ aliquando invalescente, necesse erat, ut Pentateuchum Samaritanum *graece* verterent (3). Aliud insuper accedit, quod tum aliam causam, et fortasse *primariam*, indicat, quare, dictis Samaritanorum votis obsequens, *ejusmodi* Opus paraverit, tum etiam sententiam nostram, in *Aegypto* eum scripsisse, novo argumento confirmat. Praeter graecam illam Libri judaïci Versionem, regnante Ptolemaeo philometore, simile Opus, atque Samaritanus ille conscripsit, jam

(1) Vidd. dicta supra p. 55 et seq., et 62 et seqq.

(2) Vidd. mei *Commentarii*, p. 89 seqq.

(3) Vidd. ii *Commentarii*, p. 56.

inter Judaeos circumferebatur. De eo, teste EUSEBIO (1), loquebatur aliquando ad Regem illum Aristobulus quidam, Philosophus judaeus (2), quo monente, eo Opere continebantur 1) *Historia Israëlitarum, ex Aegypto exeuntium* (τά τε κατὰ τὴν ἐξαγωγὴν τὴν ἐξ Αἰγύπτου τῶν Ἑβραίων), 2) *Peregrinatio per Desertum*, sive *Miracula, quae ipsis ibi evenerint* (ἡ τῶν γεγενότων ἁπάντων αὐτοῖς ἐπιφανεία), 3) *Terrae expugnatio* (κράτησις τῆς χώρας), 4) *totius Legis introductae narratio* (τῆς ὅλης νομοθεσίας ἐπεξήγησις).

Hunc Librum Auctor Operis samaritani item cognovisse, ac *similem* fere conscripsisse videtur. Si ergo in *illo* nonnulla, quae in Libro Josuae *canonico* leguntur, omissa, et quaedam *ibi* alio ordine, quam *hîc*, narrata fuerint, ac Samaritanus ille suum Auctorem in his secutus sit, *omissiones* et *transpositiones*, in Chronico nostro conspicuae, inde etiam explicari possunt.

Liber ille Samaritanus quamvis multis Samaritanis tunc placuerit, in *Aegypto* tamen non *magnam semper*, et *minorem* fortasse in *Palaestinâ*, et in aliis exteris Samaritanorum Coetibus, ubi parum etiam notus fuerit, nominis celebritatem nactus est. Quo magis saltem Linguae graecae principatus proferebatur, eo minus de Opere *samaritano* ipsi Samaritani erant solliciti. Et *graece* hoc aliquando conversum esse, ex nullo indicio liquet. Neque auctoritas *canonica*, ut ajunt, sive *deuterocanonica*, ipsi umquam tribui potuit. Samaritanis enim, ut cuique manifestum est, qui hanc Gentem bene attendit, *unum Pentateuchum probantes*, ac *reliquos Libros judaïcae originis* summâ cum severitate *damnantes*, quam *illi* etiam Libro imputare poterant, ac de *corruptione* querentes,

---

(1) Locum descripsit Dr. Z. FRANKEL, *Vorstudien zu der Septuaginta* (Leipz. 1841) p. 13, ex EUSEBII *Praeparatione euangelicâ*, L. XIII, C. 12. p. 663—664, Ed. Viger., et partim p. 410. Quocum. conf. CLEMENS ALEXANDR. *Strom.* L. 1, p. 410 Edit. Potter.

(2) De hoc Viro vid. FRANKEL, l. l. p. 18 seqq. Quis autem fuerit, et quid ipse praeterea egerit, in *hac* quaestione agitandâ nullius est pretii. Verum exinde quod fingit, *Platonem* Opere quod memorat usum esse, minime sequitur, *Opus numquam exstitisse.* Istud enim tantum excogitaverit, ut Regis captaret benevolentiam, ac Judaeorum instituta ipsi grata redderet. *Pentateuchum* certo, *illum* Librum memorans, ob oculos non habet (vid. FRANKEL l. l. p. 16—18). Deinde observatu dignum est, cognovisse Aristobulum *graecam* quidem *Pentateuchi Versionem, regnante Ptolemaeo philadelpho, sub Demetrii phalerei auspiciis* conscriptam, non vero recentiores PSEUDO ARISTEAE *Fabulas*, aut opinionem PHILONIS, qui, iis fabulis etiam omissis, contendit, Interpretes graecos *divinitus afflatos fuisse*, quod PSEUDO-ARISTEAS quoque non tradidit. (Vid. FRANKEL. l. l. p. 43 et 44 coll. p. 5 seqq.). Sententia autem FRANKEL*II*, Interpretem graecum, Pentateuchum vertentem, illo Libro ac potissimum parte ejus, quae ἐπεξήγησις dicitur, usum esse (vid. p. 20), non credibilis est. *Haec* enim pars non adeo longa fuerit, et, si *omnium* Legum brevem conspectum exhibuerit, de iis *raptim* modo videtur disseruisse. *Historiae* enim enarratio *primum* in eo Opere et *praecipuum* locum tenebat, *Legis interpretatio* tantum ad calcem appendicis instar erat apposita. Nimirum non sermo fit de ὅλῃ νόμων, sed νομοθεσίας ἐπεξήγησι. Intelligitur ergo expositio potius de *ratione, quâ Lex mosaïca introduceretur.* In primis fortasse ibi tradita erat *Terrae divisio*, cum quâ conjuncta fuerit *Asylorum descriptio*, *Levitarum Tribûs per Terram universam propagatio*, alia.

quum Textus Pentateuchi samaritani hebraicus graece verteretur (1), — hi quomodo quaeso Librum in *Aegypto* conscriptum, et quem *ex Libro judaïco* magnam partem desumtum esse, haud pauci noverint, illo honore dignum judicare possent! — Sic non mirandum est, Opus illud tandem fere in oblivionem abiisse, idque non memoratum esse, sive a *Patribus Ecclesiae*, sive a *Judaeis veteribus*, quorum tamen permulta Scripta interierunt. Sic denique explicatur, quî fieri potuerit, ut istud etiam ignoraret Scriptor quidam samaritanus, quem in suos usus convertit arabs Interpres, cui in *Aegypto* quippe scribenti, illud Opus, quo casu non constat, innotuit. Hic autem *quomodo* eo, *usus sit*, jam indagemus.

Huic quaestioni ipse respondet in Chronici arabici Introitu. Verba volo ex p. 1, supra p. 70 jam laudata, *omnia ea conversa esse ex Linguâ hebraicâ in arabicam* كسرعة ترجمة اللسان; quorum sensus non alius esse videtur, quam *eodem modo* se in eo vertendo versatum esse, *ac si quis alîus verba ore interpretetur*, id est, eum *verba* minus curasse, quam *sensum*, ut Interpretes facere solent, qui aliorum sermones ad alios perferunt. *Libere* ergo se vertisse testatur, quod universi Chronici ratio item confirmat.

1) Enim *plura* tradit, quam dicto Libro samaritano continebantur. Hunc nimirum *a Jūša:ae inauguratione* incepisse ipse fatetur p. 1, idque a Cap. IX° demum incipere, in hujus Capitis *Inscriptione* diserte indicat. Ea ergo, quae Capitibus *octo* prioribus narrantur, aliunde desumsit. His autem conscribendis Libri sat multi ipsi praesto erant, in quibus *Libri* fortasse, quos Cap. XLI memoravit, *Bil:ami*, de quo Viro major Introductionis pars fuse agit, ac Libellus hodieque exstat in Codice Instituti regii amstelodamensis N. XXVII, quem descripsit Weijersius. Titulum hic habet مقالة فى مُلَخّص شرح سُوَر (diminutivum vocis دُوك, lat. *dux*) بَلَق أمْلاء المعلّم غزال ابن الدُّوَيْك, in quo Auctor Balaq*i* et Bil:ami Historiam illustrare, et in Lectoris utilitatem convertere conatus est (2), unde videmus, quam dilectum argumentum haec Historia Samaritanis item fuerit. Libro autem de *Bil:amo* exponente, si in prioribus octo Capitibus usus sit Chronici arabici Auctor, hunc ibi eodem modo consuluit, quo in sequentibus *Librum*, de quo diximus, *samaritanum*. *Suâ* enim viâ Auctor ille semper incedit, ac suum, in Prologo memoratum, consilium semper ob oculos habet, quae causa est, cur eumdem Scriptorem ubique fere loquentem audiamus.

2) *Libere* nempe eum Fontibus usum esse praesertim apparet, si Orationes, quas, ut supra p. 64 vidimus, ipse finxit, comparamus cum octo prioribus iis Capitibus, et cum aliis Chronici nostri locis. Sub finem v. c. Cap. VIII. (p. 44) de Deo, Jūša:a*m* alloquente, haec dicuntur: ويعرفهم انه كما كان معهم كذلك يكون ما داموا تحت الطاعة; ac C. IX. (p. 46), ubi igitur Opus samaritanum inchoatum est, Angelus Dei nomine ad Jūša:a*m*

(1 Vidd. *Commentarii* mei, p. 56, not. 1.

(2) Vidd. *Commentarii* mei, p. 59.

dicit: كما كنت مع موسى عم كذلك اكون معك; et C. X. (p. 50), ubi Jūša‧a ad Israëlitas verba facit, legimus denuo: وعرفهم كون الله معهم ما داموا تحت الطاعة. — Ibid. p. 51 in eâdem Oratione verba exstant· البارى تقدست اسماؤه, quae in Cap. VI. p. 37: in Mūsae Oratione recurrunt: لله تقدست اسماؤه. — In C. II p. 7, ubi Deus Mūsae mandata tradit, memoratur الاسم الذى يهزم به العسكر, et Cap. X p. 53 in Jūša‧ae Oratione, اسم الملك الاعظم عن نصرتكم (1), cet.

3) *Presse* Auctorem Librum illum *non* secutum esse, exinde etiam patet, quod *nonnulla in Compendium redegit*, et tamen *omissa non satis supplevit* (2).

4) *Alias* insuper *Traditiones* judaïcas, in Libro samaritano non obvias, interdum consuluit, adeo ut, quae ante dixit, cum sequentibus non conveniant. Ad haec referas tum ea, quae de *cursu Israëlitarum septies septimo die circa Hiërichuntem repetito*, ante attulimus (3), tum quae de *Exploratorum numero* traduntur (4).

5) Nonnumquam dicta (non tamen saepe perspicue) suis verbis *interpretatus est*, ut videbimus, ubi de Glossis agemus.

In *Aegypto* scripsisse hujus *arabici Chronici Auctorem* (quod huc usque sumtum, non vero probatum est), non tantum posuimus, quia noster Operis ejus Codex *ex Aegypto* advectus est, et Codices hujus Libri *alibi rari* fuisse videntur. Haec enim quamvis ad eam opinionem excitandam ducunt, ad hanc tamen probandam non sufficiunt. Magis autem haec confirmatur, si animadvertimus Auctorem consuluisse Chronicon, quod, *in Aegypto* conscriptum, *ibi tantum* ad ipsius aetatem servatum esse videtur. Accedit porro eum Scriptorem Versione Abūsa‧īdi, quae *extra Aegyptum* raro legebatur (5), usum esse, quod infra deditâ operâ indicabimus. Deinde in hoc Libro vocabula adhibentur arabica, in *Aegypto* maxime eo, quem Auctor iis tribuit, sensu usitata. In his est vox قبلى (6) *meridionalis* (C. XIX, p. 95, et C. XLI, p. 197). Postremo ex argumento illud efficiendum est *chronologico*. Utitur nimirum Noster *Aerâ mundi creati*, cujus mentionem ex verbis *aliorum* Librorum, quos adiit, non desumsit, sed *ipse* addidit, ut inde apparet, quod per *totum* Chronicon haec Aera observatur (C. XV, p. 74, C. XXXVIII, p. 181, C. XL, p. 194, C. XLVI, p. 228, et C. XLVII, p. 245). Hanc ergo ob causam has notas *Interpreti arabi* potius tribuam, quam *Auctori Chronici samaritani*, cujus Opus ille nimirum ad *Cap. XXV* tantum consulere potuit. Eam autem *Mundi con-*

---

(1) Vid. Ann. ad Cap. II, n. *c*, et ad Cap. X, not. *b*.

(2) Vid. Ann. ad Cap. XXI, not. *b*.

(3) Vid. p. 73, collatâ Ann. ad Cap. XVII.

(4) Vid. Ann. ad Cap. XIII, not. *a*.

(5) Vidd. *Orientalia*, Tom. II, p. 118 seqq.

(6) Vid. Ann. ad Cap. XLI, not. *g*.

diti Aeram Judaei *aegyptii primi* receperunt, in annis ejus computandis Textum sequentes *Versionis alexandrinae.* Ipsos Samaritani aegyptii secuti sunt hoc tantum discrimine, quod in câ definiendâ *Textu* utebantur *hebraeo Pentateuchi samaritani.* Judaei contra *palaestinenses*, iique universe, qui per reliquam Orientis partem vivebant, Aeram receperant *Seleucidarum*, quam demum anno 1040 post Chr. n. (1), per Hispaniam, Angliam, Germaniam, Poloniam, et alias Occidentis partes tunc propagati, permutarunt cum *Aerâ Mundi conditi*, quam tamen *ii* computabant, secundum *Textum hebraicum*, a *Judaeis* probatum. Eamdem *Seleucidarum* Aeram Samaritani item, qui *extra Aegyptum* habitabant, assumserant; postea demum (*quando* non constat) *ii* quoque *Aeram mundi creati* adhibere coeperunt, hanc eodem modo definientes, quo antea Samaritani *aegyptii.* Cum eâ, postquam Moslim*orum* imperio subjecti erant, usum conjunxerunt *Aerae moslim*icae, quam, *lunarem* quippe, cum annis *solaribus* Aerae Mundi ita in concordiam redigebant, ut post quamque 33 annorum moslim*icorum* periodum *unum* annum *lunarem* insererent (2). *Utriusque* tamen *hujusce* Aerae introductio inter Samaritanos *extra Aegyptum*, ac *Sichemiticos* praesertim, moribus antiquis tenaciter adhaerentes, usum *Aerae Seleucidarum* per longum tempus pellere non potuit, adeo ut in Epistolâ Sichemitarum ad SCALIGERUM anni 1589 (3), haec cum Higrâ, et in Epistolâ eorum ad Anglos anni 1672, cum Aerâ Mundi connectatur (4), ac deinde demum magis magisque in desuetudinem abierit (5). — *Aera* ergo *Seleucidarum* quia in *Chronico arabico* nostro *numqaum Aera* vero *Mundi creati* quia per hunc Librum universum *saepe* memoratur, verisimillimum est, ipsius Auctorem in *Aegypto* potius, quam alibi vixisse. Cui sententiae minime obstat locus quidam C. XLV, p. 218, quoniam in verbis ثم إنه عدل الى بلادنا, Samaritanum *aegyptium*, in iis vero, quae sequuntur, اعنى هذه البلاد, *Glossatorem palaestinensem*, loquentem audimus (6).

(1) Vid. JAHN. *Bibl. Arch.* Tom. II, 1. p. 329, et Ann. ad Cap. XV. (2) Vid. HUNTINGTONI Epist. 53.

(3) EICHH. *Repert.* XIII, p. 268. (4) *Not.* et *Extr.* l. l. p. 173 seq., coll. p. 182.

(5) Anno etiam H. 973 (1565) Aerae seleucidicae minime erant obliti, ut videmus ex iis, quae de mentione *Mensium syromacedonum* observavit GESENIUS in *Anecdotis Orient.* p. 5. De Chronologiâ Samaritanorum praeterea diximus ad Cap. XV. GESENIUS insuper in Diss. *de Pent. Sam.* p. 48 seqq., ubi de *Chronologiâ* disputavit *Pentateuchi.* Porro vid. DE SACY., tum in *Not. et Extr.* (Tom. XII, p. 126, coll. p. 113, 114; et p. 166 seq., coll. 178), tum in *Mém. de l'Acad. des Inscr.* (Tom. XLIX, p. 6); HAMAKERUS (*Briefwisseling der Sam.* p. 50 seqq.), et in primis SCALIGER in *Opere de emend. temp.*, cujus 1a editio prodiit Paris. 1583 fol.; 2a castigatior et auctior, cui accesserunt veterum Graecorum selecta cum ipsius Annot., L. B. 1598. Editio 3a parata est ex ipsius notis MSS., et edita Gen. 1609 fol. Multa vitia P. PETAVIUS (in Libro *de Doctrina temporum*) in illo Opere invenit, iniquius tamen de eo judicavit. SCALIGER nempe primus fuit, qui, Periodum julianam sequens, Chronologiam universam certis quibusdam et fixis fundamentis imponere conatus est, et multa item, ante perperam dicta, emendavit. De Samaritanorum Chronologiâ locutus est in ed. 2a, p. 111—114, 223, 352 seqq., et 616—627. (6) Vid. Ann. ad Cap. XLV, not. *h.*

Reliquos, quos Noster adhibuerit, Fontes Libro illi samaritano multo esse recentiores, non tantum constat ex rebus ibi memoratis, quae *Ptolemaeorum aetate seriores sunt*, sed jam perspicuum est ex iis, quae de *Jūša:ā* feruntur, et de *aliis*, qui *ad Ptolemaeorum aetatem usque vixerunt.* Multa enim, quae de iis traduntur, ex Traditionibus adeo turbatis hausta sunt, ut ita ea exornari non potuerint, nisi postquam ipsarum rerum memoria oblivioni fere data, et cum Fabulis mirifice commixta fuisset. Dicta puto de Jūša:ae et Nabīḫo, bellum cum Šaubaco gerentibus; de Boḱtonaççaro, *Persarum rege, tempore regnante, quo Judaei ex Babyloniā in Palaestinam redibant*, de Ăl-iscandaro et ipsius expeditionibus, cet.

Primum autem videndum de Fontibus, quos Auctor consuluerit in Capp. XXVI—XXXVII scribendis.

1) *Fontem*, a Libro ante descripto *diversum*, agnoscimus, si quae de Jūša:â et Nabīḫo his Capitibus narrantur, comparamus cum iis, quae ante tradita sunt. Ille *ante* celebratur summopere. Prophetae insignis instar *ibi* depingitur, divinis dotibus instructi (Cap. II), cui Dei auxilium, ut Musae olim, largitur, cui quaevis praesto sunt, quibus Populi causam strenue vindicet et tueatur (Cap. V, VIII, XIII, XVI). *Jam* vero Dei auxilio prorsus privatur, praestigiis totus capitur, impediturque, quominus aliquid ipse agere possit. Contra *solus* Nabīḫi res nunc agi videtur. Ut *hujus* fama inclarescat, Jūša:ae obscuratur gloria! Ipsum Scriptorem Chronici arabici hic dissensus ita offendit, ut ipsum suo modo tollere conatus sit (Cap. XXXIV).

2) De Fabulae *origine* certi quid tradere nequeo. Virum nomine נֹבַח inter veteres Hebraeos vixisse, et expugnatâ urbe קְנָת inclaruisse, ex *Num.* XXXII. 42 novimus. Ex *Tribubus* trans Jordanem eum fuisse oriundum, in Chronico nostro statuitur, quod licet in Codice hebraeo non diserte traditur, veri tamen simile est ex *situ* illius urbis, quae nempe in *Auranitide* jacebat (1). Fieri ergo potest, ut hujus Viri fama, inter *eas* Tribûs primum propagata, temporis decursu juncta sit cum nomine, trans Fluvium non ignoto, شوبك, cujus rei causam melius explicare fortasse potuissemus, si innotuissent, quae de *arcis* Šaubaci origine ac fatis Indigenae olim fabulati sunt (2). Iste scilicet شوبك Rex dicitur *Persarum.* Inter *Persiae* autem Reges nullus hoc nomine memoratur. Hanc etiam ob causam opiner, Fabulam non *persicae*, sed *israëliticae* fuisse originis, et hanc a Judaeis et Samaritanis, veterum rerum persicarum prorsus rudibus, ac de Jūša:ae bellis extra Palaestinam gestis multa etiam somniantibus (3), postea magis magisque auctam esse et amplificatam.

(1) Vidd. dicta in Ann. ad C. XII, n. *b.* (2) Vid. Ann. C. XXVI. praefixa. (3) Vid. Ann. ad C. XXV, n. *c.*

3) Samaritani Fabulam a Judaeis accepisse videntur. Quod ut jam verisimile est ex collatione aliarum Traditionum, quae ab his ad illos transierunt, ita constat fere ex testimonio R. Schemûél Schûllam, qui Libro יוחסין, anno 1556 primum edito, Šaubac*i* Historiam suis fortasse verbis apposuit, *quam se legisse testatur in Libro quodam Samaritanorum, qui ipsam ex* מדרש *quodam judaïco*, cujus titulum tamen omisit, *desumsissent* (1).

4) Quae in ignoto illo judaïco מדרש legerentur, et vero in hoc Chronico exstant, ita cum Bil:am*i* Historiâ junguntur, ut fere opineris, hujus ac Šaubac*i* Fabulam in unum aliquando redactam fuisse (2): quae invicem conjuncta narratio *recensio* fuerit Bil:am*i* *Librorum*, qui ferebantur, *recentior*, quâ Judaeus ille anonymus usus sit. Multa enim Veteres jam de Bil:amo nugabantur (3), adeo ut vix dubites, quin Scripta Bil:am*i* apocrypha primis Rei christianae temporibus jam exstiterint (4). Haec igitur passim aucta et exornata, recentiorisque aetatis picta coloribus (5), deinceps propagata esse, neque Samaritanos latuisse videntur. Hi Libri in nostro Chronico memorantur Cap. XLI, ubi Bil:am*i* Libros Cana:an*itae* consuluisse dicuntur, quibus cognoscerent, quâ ratione Israëlitas devincerent: quo loco Historia spectatur, quae Num. XXV, et in nostri Chronici C. IV, narratur.

5) Hos tamen, Librumve eum judaïcum, Noster non videtur legisse, sed potius Chro-

(1) Conf. Ann. Cap. XXVI praefixa.

(2) Nexus, quem intelligo, hic est: Bil:am*us* dolum struit, quo Israëlitae capti culpam sibi contrahunt, et gravi clade puniuntur (Cap. IV). Cujus rei vindicta ut sumatur, Israëlitae bellum inferre jubentur Midjanitis eorumque Sociis, quâ occasione ipse Bil:am*us* perit (Cap. V). Hujus aliorumque cladem Socii vicissim non inultam sinunt. In Capitis ergo XXVI principio Šaubac dicitur vindictam sumere voluisse de Patre, quem Jûša:a cum aliis interfecerat. Sub finem deinde Cap. XXXII Bil:am*us* a Šaubaci Sociis, *Dominus noster* et *princeps* vocatur. A nostro Auctore porro in Epistolâ ad Šaubac*um*, quam Juša:ae tribuit, sors Bil:am*i* item illi in memoriam revocatur (Cap. XXIX p. 147). Mater denique Šaubac*i*, conspecto Nabîho, cum exercitu adventante, et *stellae* instar splendente, *stellam* cogitat *in Oriente* (ex Jaqobo) adscendentem (Num. XXIV, 17).

(3) R. Jaqob Aben Habîb v c. in Commentario in Librum *Baba Bathra*, et Origenes in *Homiliam* 13am in Librum *Numerorum*, volunt, Bil:am*um* Vaticinia scripsisse, et Mosen ipsius Historiam, in Numerorum Libro enarratam, ex iis desumsisse. Posterior (*Contr. Celsum* I. § 59, ed. de la Rue Tom. I, p. 374) Magos (Matth. II) ex Bil:am*i* Libris stellae apparentis significationem edoctos esse tradit.

(4) De *eo Viro* ejusque *doctrinâ* 2 Petr. II. 15, Judae 11, et Apoc. II. 14, sermo fit.

(5) Bil:am*us* v. c. in Judaeorum et Arabum Fabulis ortus esse dicitur ex Enaqi Posteris, sive Gigantibus, in Palaestinâ olim habitantibus, et in hac Terrâ ex *Scriptis Abraham*i didicisse *Nomen divinum*, cujus vi futura praediceret. Gigantes ergo, cognitis Israëlitarum exitu ex Aegypto, et victoriis ab his deinde reportatis, ipsum, ut fertur, adibant, ut suo auxilio Israëlitas perderet. Quod primum negabat, deinde vero in se suscepit, precibus commotus Uxoris, quam illi donis corrupissent. Vid. *Encycl.* edita ab Ersch. u. Grüber in voce *Bileam*. De iis Bil:am*i* Libris multi exposuerunt. In his Fabricius *Cod. Pseudepigr.* V. T., p. 807 seqq., Herbelot in voce, Hyde *de Relig. vet. Persarum*, Cap. 31., Maracci ad Qor. VII. 176 seqq., Winer, *Real-Wörterb.* in voce *Bileam*.

nicon quoddam *arabicum*, cujus Auctori, si non ad utrumque, ad posterius Scriptum certe aditus patuit. Nec tantum *hoc* Noster consuluerit in Capitibus XXVI et seqq., sed etiam in *Introductione*, et fortasse in nonnullis, quae in Capp. XXII—XXIV retulit. Ibi etiam, ut in Capitibus XXVI—XXXVII *Sacerdos summus* saepe والى الله nuncupatur (1), unde efficere licet *arabicum* Fontem illum hìc ob oculos habuisse.

Alios *arabicos* Libros Noster, Caput XXXVIII conscribens, adiit, *duos* nempe Samaritanorum in Pentateuchum *Commentarios*, aut *unum* tantum *Libellum*, cujus Auctor duobus Commentariis jam usus erat. Alterutro sumto, non modo *dictionis variëtas* egregie explicatur (2), sed etiam opinionum de iisdem rebus dissensus. Ac fieri posse, ut Noster, sive alius, *plures* Commentarios consuleret, ii facile credent, qui *multos* cogitent *ejusmodi* Libros, olim a Samaritanis conscriptos, quorum multi perierunt (3). Ex Chronico arabico, modo memorato, desumta sit *Epochae Jūšaʿanae* descriptio p. 181, quae alibi non citatur.

Fontem, quem sequeretur Auctor in Capitibus XXXIX—XLIV, a Chronico samaritano item diversum esse, ex dissensu quoque patet eorum, quae *ante* exinde derivata sunt, et quae in *his* Capitibus narrantur. His accenseantur, quae de *tempore*, *per quod Jūšaʿa regnaverit*, quaeque de *arâ lapideâ* traduntur. Haec videlicet Cap. XVI, *Ǥalīl*ae, sed Cap. XLIII *in Monte Ǥarīzīm*i posita fuisset (4)!

Dicta Capita componens Noster non usus est Libro *Judicum* canonico, nec *priore Libro*, qui a *Samuel*e nomen habet, quamvis multa, quae in Libris iis judaïcis exstant,

---

(1) Vid. supra p. 62, et Ann. ad Cap. XXIII, n. *p*. (2) Vid. Ann. ad Cap. XXXVIII.

(3) Videantur dicta in *Comment. in Hist. Gent. samarit.* p. 56 seqq. Quibuscum conff. HUNTINGTONI *Epist.* p. 49, cujus verba descripsit SCHNURRER in *Repert.* Tom. IX, p. 46, qui in Tom. XVI, p. 157 seq. speciminis causâ ex Codice, quem ille l. l. memoravit, Commentarium ad Cap. XLIX Geneseos edidit. Hoc Codice et altero *Commentariolo in Legem*, ut HUNTINGTON l. c. ait, CASTELLUS uti nondum potuit, quia apparatus, ab illo in Oriente collectus, post Collectoris mortem demum in Bibl. bodlejanam delatus est. Ex aliis igitur Codd. CASTELLUS locos selectos ex Samaritanorum in Pentateuchum Commentariis *Polyglottorum londinensium* Tom. VI° inseruit. In Praefatione ad *Annotationem samaritanam* Tom. laud. testatur, *se varias* exhibuisse *lectiones*, *collectas partim ex annotationibus* MORINI, *partim ex* JACOBI USSERII *MSS. Codd. samaritanis*, — *in quibus erat Liturgia Samaritanorum*, *cum foliis quibusdam valde imperfectis*, *et sine ordine compactis*, *Commentarii arabici in partem tantum Sectionis unius vel alterius Geneseos*, *Exodi*, *atque Levitici*; — *partim etiam ex Liturgiâ MS. samaritanâ* ABRAHAMI WEELOCI; quem Codicem ipse memoravi in *Commentariis* l. l.

(4) De *Jūšaʿae regno* cf. C. XXXIX, not. *b*; de *arâ* C. XLIII, n. *b*. Vid. etiam ad Cap. XLI, n. *f*.

in iis Capitibus repetuntur (1). Idem Chronicon arabicum, nisi fallor, hîc evolvit, quod jam appellavi, et quo Israëlitarum Historia post Jûša:ae mortem continuata esse videtur. Librum hìc adhibitum *arabice* exaratum fuisse nomina propria nonnulla *corrupta* manifesto declarant, quorum quippe formae ex *arabicarum* Literarum permutatione tantum explicantur (2). Nec *nomina* modo, sed et *res* subinde ita turbatae sunt, ut hae quoque aetatem monstrent, Islamismo non antiquiorem. Hocce Chronicon *hujus* Libri Auctor hìc non presse sequitur, sed fortasse ea tantum inde *excerpsit* (3), quae notatu digna ac suo consilio apta esse existimaret. Historiam nempe *Israëlitarum a Cultu mosaïco deficientium*, fuse enarrat; reliqua contra, ne omnis nexus desideretur, *paucis* absolvit. Minime vero dissensum componere studuit, in isto Chronico etiam conspicuum (4). Duos enim fortasse Auctor ipsius Libros adierat, alterum de *Sacerdotibus summis* exponentem, unde hausta sit major pars Capitis nostri XL et XLII (5); alterum, *Chronicon antiquius*, ex quo Cap. XXXIX, ultima pars Capitis XL, Cap. XLI, XLIII et XLIV fluxerint. Hicce Auctor ignotus, ut ex nostris Capitibus XXXIX et XL liquet, rationem potissimum habebat *locorum*, ubi ii, de quibus agit, *sepulti* esse dicebantur, quae loca quo honore prosequerentur Judaei, Arabes et Samaritani, omnes norunt (6).

Venio ad Cap. XLV, ubi quare Auctor de Fontibus, de quibus loqui non solet, sermonem fecerit, non liquet. Responsum quidem paratum esset, si statuere liceret, antiquius illud Chronicon samaritanum manu tenuisse Nostrum, ab aliâ manu ad *Iltî aetatem continuatum*. Sed huic hypothesi, quamvis mota difficultas sic statim tollitur, aliquid tamen obstat. Si sumitur nimirum illud Chronicon eo usque continuatum fuisse, simul statuendum, *Continuatorem* etiam *Linguâ* usum fuisse *samaritanâ*, quia Auctor Cap. I testatur *Samaritana* se vertisse. Verum non ex Scripto *samaritano*, sed ex *arabicis Libris* Cap. XXVI et sequentia fluxerunt.

Ac nullum sane indicium est, Chronicon illud *arabice* continuatum esse. Minime profecto hoc ponendum, ne ad sententiam cogamur, *plures* Nostrum Fontes adiisse. Plures enim sine dubio in componendis locis, de quibus disputavimus, in subsidium vocati sunt, qui quare Continuatori aperti, et Auctori nostro clausi fuissent, non video. Huic eos non

---

(1) Vid. Ann. ad C. XXXIX, n. *g*.
(2) Vid. Ann. ad Cap. XXXIX, n. *d*.
(3) Vid. Ann. ad Cap. XLI, n. *a*.
(4) Vid. Ann. ad Cap. XLI, n. *f*. Dissensus ille videtur etiam obvius esse in narratione, quae causam explicet, quare Deus favorem suum tolleret. Ex Cap. XL ineunte, conjicias causam fuisse, *quod Israëlitae Gentium mores et Cultum sequebantur*; ex fine vero Cap. XLI, *quia discordia ortu erat inter Finḥasi Posteros*.
(5) *Majorem* dico *partem* Capitis XLII, quia *Orationes* noster Auctor finxit.
(6) Vid. Ann. ad Cap. XXXIX, n. *f*.

amplius praesto fuisse, quis dicat, qui Abū'l-Fatḥ*um*, recentiorem Scriptorem, cogitat, cui, ut ipse fatetur, *multi Libri* adhuc suppeditabantur? Nostro denique ad plures Fontes aditum vere patuisse, tum ipsa ejus verba, in Capitis XLV Inscriptione posita, declarant, tum sequens disputatio ostendet.

Ne autem Libros, Cap. XLV citatos, ut fecit Scaliger (quod novimus ex iis, quae in margine Codicis hîc notavit), cum Libro Cap. I allato, confundamus, tenendum hîc *unum*, in Cap. vero XLV *plures* Libros significatos esse. Ipsa deinde horum Librorum in hoc loco mentio cuique monstrat, *sequentia* ex *his*, *ante* vero *dicta* ex *aliis* petita esse (1). Ne repetam *opinionum dissensum* de *divino favore*, *post reditum ex captivitate* Genti *restituto*, adversam prorsus ante dictis (2).

Plures hîc Libros intelligi *Stili* docet *varietas*. *Hierosolyma* v. c. p. 218 et 222 dicuntur القدس, sed p. 223 et 224 بيت المقدس, ut in C. XLVIII p. 237, 238, 239, 240, 242, 243. *Samaritani* hoc Capite vel dicuntur, ut ante, بني اسرائيل (p. 219, 220), vel اصحاب طور بريك (p. 223), vel ولد هرون وولد يوسف (p. 223). *Judaei* (dicti p. 243 in Cap. XLVII اليهود), ولد يهوده; ac *Mons Garīzīm* الجبل المقدس p. 220, et طور بريك, ut ante p. 223, 224.

Quos Libros Noster adierit, *titulis omissis*, latet. Sed sine dubio *arabicos*, ac fortasse *duo Chronica*, quae quo facilius in sequenti disputatione distingui possint a Chronico *arabico*, de quo supra jam egimus, et quod Literâ A insigniamus, Literis notemus B et C. Nam alterutrum ab illo non diversum fuisse, nec verisimile est, quia in Inscriptione *hujus* Capitis demum de *his* sermo est, neque etiam probabile, quoniam non eadem est dicendi ratio. *Summus* v. c. *Sacerdos*, in Chronico A dictus والى الله, hîc nuncupatur الامام.

Ex horum Chronicorum priore (B) videtur Noster desumsisse priorem Capitis XLV partem ad verba usque, in fine p. 222, على هذا الباب, quae Noster interposuerit, ut praecedentia cum sequentibus connecteret. A voce inde واجتمع بني الخ alterum Chronicon (C) videtur incipere, cujus Auctor, ut postea videbimus, *Fabulis* mirifice delectatur. Hic fortasse scripsit in *Aegypto*, ubi in mediis Samaritanis Fabella, quae ibi narratur, orta ex Judaeorum Traditionibus de litibus Codicis sacri causâ agitatis, praesertim propagata et exornata sit (3). Certius tamen est, in *Palaestinâ* non scripsisse Auctorem Chronici B, qui fortasse vixit *Damasci*. Hic nempe *Palaestinam* non appellat (p. 218), ut Glossator quidam sichemiticus, هذه بلاد, sed بلادنا (4), nec sine causâ ille queritur paulo post, *Gentem per Terrarum orbem longe lateque dissipatam esse*.

---

(1) Vid. Ann. *a* ad Cap. XLV.

(2) Vid. supra p. 70. n. 1, et Ann. *t* ad Cap. laud.

(3) Vid. Ann. ad Cap. XLV n. *o*.

(4) Vid. Ann. l. l. n. *h*, et supra p. 79.

Praeter formulam modo dictam, Inscriptionem, Orationes insertas, et clausulam nihil Noster de suo addidisse videtur. Presso autem suos Auctores secutus, in ipsorum errores simul incidit, in quibus primum locum tenet opinio, omnia, quae hoc Capite traduntur, Boḱtonaççaro tribuenda esse; quod illum etiam cogitasse, Inscriptio docet. Alia transeo, de quibus in Annotatione exposui (1).

Libros, in Inscriptione Capitis XLV memoratos, Auctor etiam consuluit, sequentia Capita addens, ubi tamen non nisi uno loco de suis Fontibus loquitur.

In Cap. XLVI de rebus gestis Al'iskandari egit, nec unum ibi etiam Auctorem secutus est. Hinc inepta earumdem rerum repetitio (*Regis* v. c. *Samaritanos palaestinenses saepius adeuntis*), et dictionis varietas. Ne dicam rursus de *summo Sacerdote*, qui p. 228 امام, p. 229 امام الكبير, et p. 234, 236, iisdem titulis, *articulo* munitis, ornatur, attendatur modo p. 229 نابلس, pro quo mox p. 233, 235, طور بريك; deinde nomen *Gentis*, quae p. 230 dicitur السامرة, sed p. 234, 235 (bis), et 236 بني اسرائيل.

Eadem ergo Chronica (B et C), quae in XLV, in hoc etiam Capite Auctor videtur consuluisse. Quae enim ab initio inde ad verba ثمّ حملته (p. 228—231) leguntur, ex *priore*, sequentia ex *posteriore* petita sint. Excipitur fortasse tantum Fabula de *itinere per tenebras*, quam aut Noster, aut alius postea inseruerit. Haec saltem orationis seriem interrumpit. Verba enim p. 232, فقال لاصحابه الخ, arctissime cum his cohaerent: ثم حملته البهمة الى ان اراد يشاهد سائر الارض (p. 231).

Cum priore Chronico (B), nonnulla, quae in Cap. XLVII leguntur, conveniunt, adeo ut fere conjicias, illud hîc etiam in subsidium esse vocatum. In Capitis XLVI parte, v. g. quae inde desumta sit, et in Capite XLVII, idem animadvertimus *Chronologiae* studium, conspicuum nempe in definitione, tum *temporis*, *quod ab Ádamo ad Ál'iscandarum* effluxit (C. XLVI, p. 228), tum *mortis Hadriani* (C. XLVII, p. 245): quae definitiones a vero etiam non multum aberrant, ut ex indicato tempore *regni Hadriani* (2), et mox ex annis 20, per quos Samaritanorum afflictio duraverit (3), videmus. In iis porro pericopis usitata sunt nomina نابلس et السامرة, et de summo Sacerdote, formula الامام الكبير (C. XLVI, p. 229, et XLVII, p. 247). Ibidem denique *Sacerdotem* loquentem audimus, *Sacerdotes* plus semel memorantem, ac *Gentis causam* strenue defendentem, 1) ubi Cap. XLVI explicat, quare Samaritani Al'iscandaro nullum praestiterint auxilium (4),

(1) Conff. Ann. ad Cap. XLV, n. *a* et *e*.

(2) Cf. Ann. ad Cap. XLVII, *n. ε*.

(3) Vid. Ann. ad Cap. XLIX, n. *e*.

(4) Vid. Ann. ad. Cap. XLVI, n. *d*.

2) quum de *Judaeorum calumniis* loquitur, Cap. XLVII; 3) Cap. XLIX (p. 252), ubi injurias enumerat, Samaritanis a Romanis illatas.

Scriptorum *Sacerdotem* fuisse, videtur insuper confirmari ex iis, quae Cap. XLVI, p. 246 exstant, ubi Noster haec sui Scriptoris verba affert: وكتبنا سنين حياة الامام الكبير الخ, id est: *et conscripsimus annos vitae summi Sacerdotis*, h. e. *Annales sacerdotales* (1). Ex his *Annalibus* Caput XLVIII et XLIX ad verba usque, وصاروا الروم يعملون الخ, et quae Cap. L legis a paginâ inde 254 (2), traduntur. Hujusmodi etiam Operis parandi opportunitas *Sacerdoti* certo facilior erat, quam *Laïcis*.

Sunt tamen nonnulla, in quibus Scriptor Chronici B ab Auctore differt, quem Noster in Capite XLVII sequebatur. Hic enim non tantum de هر جريزيم, sed etiam de بيت المقدس, non de القدس sermo est (3). Praeterea quaedam idem sibi priva habet, quae nec nostri Chronici Auctori, neque aliis, quibus usus sit, Fontibus propria sunt. Sic v.c. non adhibet formulam ايام الرضا, sed ايام الرضوان (Vid. Ann. n. ζ); de Deo loquens, non scribit الخالق, sive البارى, sed periphrastice, خالق الخلق (p. 241). Porro pro بين يديه, قدّام (p. 244, coll. n. β); pro نحن, نحنا (ibid); pro بريحا, ريحا (p. 239, 240): quae omnia diserte docent, quam presse Noster ejus verba secutus sit.

His ergo rationibus ductus, potius statuam, nostrum Auctorem Caput XLVII ex alio petivisse Libro, quem notemus literâ D, cujus Scriptor, ut ex ante dictis sequitur, Auctor etiam fuit *Biographiarum sacerdotalium*, quas *ante* scripserat. Ex eodem Libro Noster desumserit ultimam etiam partem Capitis XLIX, a verbis supra laudatis (4).

De singulis Scriptoribus, Chronici B, C, et D, nonnulla observanda supersunt. Primum de Chronico B et D, deinde de Chronico C dicemus, quod iis videtur esse *recentius*.

Tres ii Scriptores *arabice* scripserunt. *Primum* Fontes *graecos* habuisse, verisimile est, tum ex *Al'iscandari somnio*, Capiti XLVI inserto, tum in primis manifestum ex dictis, de Regis *Discipulis* (5). Josefum tamen non legisse videtur, sed Librum potius, cujus Auctor, Samaritanus forsitan *aegyptius*, Josefi aliorumque Scripta consuluerit, et scripserit aetate circiter Hadriani, quo regnante rerum, Alexandrum magnum spectantium, studium in Occidente denuo excitabatur. Hujus Libri *versionem samaritanam* vel *arabicam* Chronicum B secutum esse, non opus est, ut statuamus. Notitia nimirum Linguae graecae seculo X°, XI°, et XII° inter *Judaeos* eruditos, nondum interierat. Priores enim Judaeorum Grammatici, Sa:adīa Gaōn, anno p.

(1) Vid. Ann. Cap. XLVII, n. ϑ.
(2) Vid. Annotatio Capiti L praefixa.
(3) Vid. Ann. ad Cap. XLVII, n. α.
(4) Vidd. Ann. ad Cap. XLIX, n. ε.
(5) Vid. Cap. XLVI, p. 229; et in Ann. ad h. l. n. ε.

C. 1037, et ISAAQ-BEN-GIAT-BEN-JUDA, anno p. C. 1089, mortui, tum etiam MOSCHE GEQATILIA HAC-CŌHĒN, florens Cordovae anno 1148, ét *graecae*, ét *arabicae* Linguae erant periti (1). Ii ergo si graeca legebant, quanto magis id sumere licet de Auctore, SA:ADIÀ, ut videtur, antiquiore!

Chronicon D Fontem samaritanum habuerit, Librum fortasse seculo circiter IV° post Christum conscriptum, quem ubi sequitur, res satis accurate exponit, ubi vero a Traditione pendet, Historiam magis minusve exornat, ita tamen, ut quid vere gestum sit, quodammodo adhuc rimari possumus (2). Illo Chronico D arabice scripto, ut diximus, Noster usus sit in Capite XLVII, et sub finem Capitis XLIX. Presse hic rursus suum sequitur Auctorem, ut ex supra dictis liquet, nihil de suo addens, praeter Inscriptionem, ubi Hiërosolyma nuncupat القدس (3), et *verba*, quibus in Capitis exordio sequentia cum praecedentibus connectit (4).

Scriptor D, cujus scribendi ratio vitiis Linguae vulgaris, ut vidimus, adeo contaminata est, opiniones etiam habet, a Moslimis acceptas, sed germanis Samaritanis improbatas. Praeter Mūsam enim et Jūša:am alios etiam Viros *Prophetae* titulo ornat (5).

Praeterea *non cognovit* Jūša:ae Librum, sive nostrum, sive Chronicon antiquum, quod illius Auctor manu tenebat. Quod tamen non mirum. Nostrum enim Chronicon arabicum tunc nondum editum erat, quia hujus Auctor Chronicon D in suos usus convertit, et Chronicon istud samaritanum antiquum non modo Scriptorem Chronici D, sed etiam Samaritanum, cujus Opus vertit, certo jam latebat (6). Ii autem, si hoc cognovissent, sine dubio ipsum enumerassent inter Libros, Hadriani aetate servatos.

Auctor Chronici D ante quam hoc componebat, dictos *Annales sacerdotales* conscripsit, tunc item utens Libro antiquiore ejusdem argumenti, quem ipse memorat, et ex Librorum, Hadriani aetate deperditorum, naufragio servatum esse contendit. Perversa tamen illius de ejus aetate est opinio. Si nimirum ex iis judicare licet, quae ille inde desumsit, Liber *Hadriano multo est recentior*. Ipso deinde, ut Noster ait, *Vitae* Sacerdotum continebantur; quare idem probe etiam distinguatur ab *Annalibus authenticis*, in Loco sacro servatis. In his scilicet *nomina* sola fortasse, et *anni* significata fuerint; aut si plura iis continerentur, *res* tantum memoratu dignissimas, summatim nôtatas, exhibuerint. Auctor Chronici D ex *Vitis* illis *sacerdotalium* multa in *Annalium* Opus transtulerit, eaque aliis auxerit, quae aliunde acceperit.

Idem scriptor D, ubi Fontem illum sequitur, sine dubio fide dignus est, ubi vero *Traditiones* addit vigentes, res confundit et turbat, et, quia Fabulas subinde aniles refert,

---

(1) Vid. FR. DELITZCH, *zur Geschichte der jüdischen Poësie* (Leipz. 1836), p. 1 seq.
(2) Vid. Ann. praefixa Cap. XLVII, et in primis ibidem not. *q*.
(3) Vid. n. *d* ad Cap. XLV.
(4) Vid. n. *b* ad Cap. XLVII.
(5) Vid. ibid. n. *η*.
(6) Vid. supra dicta p. 76 et seq.

superstitionem ipse et ἀκρισίαν manifestat (1). Ex iis, quae inseruit, *dicta* sint *classica* quaedam, ore propagata, aut scripto jam consignata, et verba, quibus nonnumquam Viros loquentes, aut, ut in Cap. L, longiores Orationes habentes, introduxit. Hoc denique, ut videtur, in primis agere studet, ut ea maxime enarret, quae Religionem spectant, et Pontificum pietatem conspicuam reddunt.

Hos Scriptoris Chronici D *Annales sacerdotales* Noster Auctor in Capite XLVIII, ac majori parte Capitis XLIX, et L excerpsit. *Multa*, ut videtur, ibi omisit (2), sed ea tamen, quae recepit, verbotenus plerumque descripsit, ac raro aliquid de suo addidit (3).

Itaque ex nostro Chronico de ejus Operis ratione quodammodo judicare licet, quae, quo supra dicta illustrentur magis, et confirmentur, paucis indicemus. Primum nempe ex dictorum Capitum cum Cap. XLVII collatione apparet, *hîc* eamdem fere atque in iis, quae in *illis* traduntur, obviam esse dicendi rationem, quae si differt, discrimen tribuatur Fontibus adhibitis. *Mons sacer* dici solet الجبل (p. 248, 255), sive جبل نابلس (p. 256), sive, ut in Chronico ipsius, هر جريزيم (4). In graviore oratione *hoc* nomine potissimum utitur, ut etiam formulis بنى اسرائيل, sive اسرائيل (5), aut الملّة الاسرائيلية (6), dum ceteroquin suo more eos nuncupat السامرة (v. c. Cap. L, p. 256). *Summus sacerdos* non modo vocatur الامام, sed etiam, ut in Fontibus ipsius الرّيس (Cap. XLVIII, p. 249, et Cap. XLIX, p. 250). In *Annalibus* porro *sacerdotalibus*, ut in *Chronico* ejusdem Auctoris, scribitur نحنا pro نحن: ac praeterea ut *huic*, sic *illis* Soloecismi insunt complures. In *his* nempe *Collectiva* recte quidem cum *fem. genere* construuntur, sed الذى hîc est *communis generis*. Deinde animadvertimus dictiones أَيْسَ (7), قَبْلَ, pro قَبْلَ أَنْ (8), لَمْ cum *Perfecto* (2), بَرًّا pro خارجًا (10). *Paronomasiâ* denique maxime delectatur (11).

Postremo loco de Chronico videndum, quod Literâ C notavimus, cujus fragmenta inserta sint Cap. XLV, p. 222 inde a verbis واجتمع بنى اسرائيل (12); deinde Cap. XLVI a verbis ثم حملته p. 231 (13); et ineunte Capite L (14).

---

(1) Conf. n. *f* in Ann. ad Cap. XLVIII.

(2) Conf. n. *e* in Ann. ad Cap. XLVIII.

(3) Vid. ibid. n. *c*, et dicta praefixa Ann. ad Cap. L.

(4) Vidd. modo dicta p. 86.

(5) Vid. Nota *c* ad Cap. XLVIII.

(6) Cap. L, p. 254, et vid. n. *a*.

(7) Vid. Cap. XLIX, not *b*, et Cap. L, p. 254.

(8) Vid. Cap. XLVIII, n. *g*.

(9) Vid. idem Cap. n. *d*.

(10) De his et aliis vocabulis conf. Aem. Rödiger, *Diss. de Origine et Indole arabicae Librorum V. T. historicorum Interpretatione* p. 106, et dicta mea in *Letterkundige Bijdragen*, 2e St., p. 74, n. 60.

(11) Cf. C. XLVIII n. *c*, et C. XLIX, *n. a.*

(12) Vidd. supra dicta p. 84.

(13) Vidd. supra dicta p. 85.

(14) Conf. Ann. praefixa Cap. L.

Differt hujus Auctoris dicendi ratio a dictione, tum Scriptoris nostri, tum aliorum, quos huc usque memoravimus. Exempli loco afferam dictum p. 232: ومن ثم ياخذ على ترك الاحد, cujusmodi interpellatio, ut h. l. solo deprehenditur, ita *Proverbium* (1), quod sub finem Cap. XLVI legitur, observatu dignum est. Huic Scriptori *Fabulae* mirifice placent, quae quia de rebus *in Aegypto* gestis agunt (vid. Cap. XLV), aut si alia loca spectant, cum rebus tamen *aegyptiis* deditâ operâ copulantur (2), docent fortasse Virum in *Aegypto* vixisse (3).

Sed quidquid de hac re statuendum sit, satis constat, ipsum varia etiam Scripta consuluisse. In his 1) est *Chronicon* literâ B insignitum, quod secutus, de *Al'iscandari Discipulis* (4) locutus sit. 2) *Chronicon* D, et *Annales sacerdotales* ejusdem Scriptoris, ut videmus ex iis, quae ex Chronico C initio Capitis L inserta sunt. *Ibi* enim, quae in Cap. XLVIII et XLIX jam narrata sunt, vulgo in compendium rediguntur, et *interdum iisdem* verbis repetuntur. Attendantur tantum dicta 1) de *Samaritanis lapidatis* (5); 2) de iisdem, partim *ad Idolorum Sacra transeuntibus*, partim, si hoc recusabant, *trucidatis*; 3) de *circumcisionis interdicto*, ubi Scriptor C dicta de *Custodibus* (6), ita intelligit, ac si ipsi *cujusque domo* fuissent appositi; 4) dictis de circumcisione, in *speluncis peractâ*, de suo subjungit على الشمع. Pluribus alia etiam exornat, quae ex *Chronico* D desumsit, quod potissimum animadvertimus ex loco, e Chronico C, sub finem Cap. XLIX in nostrum Librum translato. Narrationem volo de *aditu ad Montem sacrum*, *Samaritanis praecluso*. Lectis scilicet non contentus, Fabulam ille addit, ex Traditione ortam, de *ave loquente*, et graecam vocem ἑβραῖος (ابريوس) enunciante; cujus generis Fabula quomodo in Oriente exsistere possit, cuique perspicuum est, qui *infantes* cogitat *recens natos*, atque *animalia*, et vero *lapides*, in Moslim*orum* *Legendis* saepius loquentia (7).

De *Fontibus* nostri Auctoris disserenti, ultimo loco dicendum est de *Versione*, quâ locos Pentateuchi describens, usus sit. Quae quaestio gravis sane est, quia haud parum conducit ad Auctoris aetatem quodammodo definiendam (8).

Scaliger opinatus esse videtur, eum hos locos ex Versione Sa'adiae citasse. Verbis enim: واخذ الرجل فى ابتدا عمله وخدمته وعبادته, quae p. 20 leguntur, et quibus ab

(1) Vid. Ann. Cap. XLVI n. *q*. (2) Vid. Ann. ad Cap. XLVI n. *i*. (3) Conff. supra dicta p. 84.

(4) Vid. Ann. ad C. XLVI, n. *e*. (5) Conf. Ann. Cap. XLVIII, n. *h*. (6) Vid. Ann. C. XLIX, n. *h*.

(7) Vid. G. Weil, *Bibl. Legenden der Müselm.* De *infantibus* p. 134 seqq., 283 seqq.; de *animalibus*, p. 143, 159, 189, 233 et seq., 237 seqq., 246 seqq., 263, 268; de *lapidibus* p. 202 cet., similia ibi referuntur.

(8) Multa hic tamen omitto, inserta Commentationi *de Versione arabico-samaritanâ* cet., quam inserui *Orientalium* Vol. II, p. 113—157.

eo *puncta* supposita sunt, in margine addidit: *πλεονασμός ex int. Saadiae.* Contuli ergo locum Num. XXII, 20, ubi verba exstant; at in neutrâ ejus Versionis editione reperi. Editiones cogito, quarum altera *Polyglottis pariss.* et *londinn.* inserta, et a Christiano, aut Samaritano, ab homine saltem, alia placita atque SA:ADIA profitente, passim corrupta est (1). Altera, hac in multis praestantior, Constantinopoli prodiit anno 1546, cujus lectiones, ab illâ diversas, unâ cum alìus Codicis lectionibus variantibus, CASTELLUS Tomo VI *Polygl. londinn.* addidit.

Quia tamen constat, Samaritanos SA:ADIAE Versione per longum tempus usos esse, ac multos eidem tenaciter adhaesisse (2), operae pretium mihi videbatur, si omnes Pentateuchi locos, in Chronico obvios, cum illâ Versione conferrem. Cujus rei initio facto, mirum sane in *Bil:ami Historiâ* consensum inter Textum Chronici et ejus Versionis verba in dictis *nonnullis* animadverti. Vocabulum v. c. ملاك (p. 17), SA:ADIAE more per امر الله explicatur. Verba nimirum Exod. XIX, 17: *et eduxit Mosche populum* לִקְרַאת אֱלֹהִים, reddidit SA:ADIA ليتلقا امر الله, id est: *ut obviam iret ei, qui Dei mandatum perfert.*

Mox vero, aliis locis collatis, permagnum tum in *formulis sollennibus*, et *locis classicis*, tum in *nominum propriorum Orthographiâ*, discrimen a Versione sa:adianâ observavi. Quod quia neque explicari potest ex magnâ Codicem varietate, neque exinde, quod eâ Versione liberius usus sit, SCALIGERI conjecturam missam facere haud dubitavi.

Aliis fortasse magis placet opinio, Textum *Codicis hebraeo-samaritani* Nostrum ubique *suo Marte* arabice interpretatum esse; quae sententia probari etiam *videtur* ex iis locis, qui nec cum *sa:adianâ*, nec cum *arabico-samaritanâ* Versione verbotenus consentiunt. Sed aliis locis ea conjectura improbatur, qui Versionem arabico-samaritanam, ab ÀBU-SA:IDO conscriptam, *presse* sequuntur. Locos non intelligo, quos quisque, si *hanc* Versionem vel non cognovisset, eodem tamen modo enunciasset; sed *formulas* volo, et *verba*, quae aliâ ratione facile reddi potuissent, et revera a SA:ADIÂ aliter translata sunt, verum cum Versione ÀBU-SA:IDI accurate conveniunt; qui consensus, si immensas consideras Linguae arabicae divitias, in oculos sane incurrit (3). Nec *formulae* modo, aut *verba*, hìc memoranda

(1) Vid. DE SACY. in *Mém. de l'Acad. des Inscr. et belles Lettres*, Tom. XLIX, p. 67.

(2) Vidd. *Orientalia* l. l. p. 134, 135.

(3) Unum exemplum hic sufficiat. Formula אֹהֶל מוֹעֵד a SA:ADIÂ vertitur خباء المحضر, *Tabernaculum conventûs;* sed ab ÀBU-SA:IDO, non *locum*, verum *tempus* cogitante, قبة الزمان; quibus verbis Chronici Scriptor p. 25 et passim utitur. Vidd. etiam dicta de voce ثنى in Ann. ad Cap. III, n. *m.* De loco *Exod.* XV, 1. 4 et 11 in Ann. ad C. XVI, et de *Deut.* XXVIII. 64 in Ann. ad C. XLV n. *i* dixi. Praeterea Cap. III (p. 19) vocabulis utitur non *vulgaribus*, qui locus cf. cum Num. XXII. 28

sunt, sed et *loci* et *pericopae*. In Cap. XL v. g. (p. 195) locus citatur Deut. XXXII, 15, qui cum *hac* Versione prorsus consentit (1).

Caveamus tamen, ne ex dictis efficiamus, *ubique* hanc Versionem Abū-Sa:īd*i* in subsidium vocatum esse. Saepe enim, ubi alia Scripta Noster consulit, ibi etiam, ut in C. XXXVIII, aliam sequitur interpretationem, *in his Libris* obviam (2). Nonnumquam item sententias, quae memoriter tenebat, suis ipse verbis arabice convertit, et si quando illa Versio minus ipsi placebat, dubiumque sensum exhibebat, aut *Textum hebraeo-samaritanum*, aut *Versionem chaldaeo-samaritanam* fortasse adiit. Fieri tamen potest, ut loci, quos Noster citavit, quique a *lectione nobis cognitâ* differunt, cum *ejus Codice* convenirent. Constat enim, ipsius Codicem multis in locis diversum fuisse a Codicibus ejus Versionis, qui *hodie* supersunt. Conferamus modo Codicem leidensem (n. 1222), ad quem mihi aditus patebat (3). In loco v. c. Num. XXIII, 2, 4, ubi in Versione Sa:adia*e* legimus ثورا وكبشا, in Versione Abū-sa:īd*i* exstat رَتّا وتنيّا (*vitulum et arietem triennem*), ut exhibent Codd. pariss. n. 2, 4, 12, et Codd. barber., tayl. et leid. (4). Noster legit, ut apparet ex p. 21, عاجلا وتنيّا, ubi ergo pro insolentiore voce رَتّ (5) usitatior vox عاجل, in nullo tamen Codice hodie obvia, substituta est.

Ut dicta illustremus, locos inspiciamus, quos Noster ex Pentateucho citavit, ibique Sa:adia*e* Versionem conferamus, tum ut appareat, non *hanc* Nostrum adiisse, tum etiam ut *discrimen*, quod utrique Versioni intercedit, cuique manifestum sit.

1) Attendamus *Sectiones*, in quas Abū-Sā:īd suam Versionem divisit. Pentateuchi nimirum hebraeo-samaritani Sectiones, quae, ut notum est, a Sectionibus *judaïcis* diversae sunt (6), ille retinuit. In Codicibus hujus Versionis harum tituli vocibus samaritanis, e Pentateucho hebraeo-samaritano desumtis, significati sunt (7).

De his *Sectionibus* ter mentio fit in nostro Chronico; in Cap. XXXIII, p. 163, Cap. XL, p. 195, et C. XXII, p. 106. Hìc memoratur سورة التخوم, quae incipit a Num. XXXIV, 1, et cui in Versione arabico-samaritanâ inscribitur [illegible],

(1) Vid. Ann. ad Cap. XL, n. *h*, Ann. ad Cap. XVI, et ad XXXVII, n. *q*.

(2) Vidd. supra dicta, p. 82, et Annotatio, Capiti XXXVIII praefixa.

(3) De Codicum hujus Versionis varietate conff. *Orientalia* l. l. p. 123 seqq., ubi etiam indicavimus, quam misere ii Codices ex collatâ Versione Sa:adia*e* olim corrupti sint. Talem Codicem corruptum, et ab omnibus superstitibus Codicibus saepissime diversum, hujus Chronici Auctor consulebat.

(4) Vid. de Sacy. *Mém. de l'Acad.* cct. Tom. XLIX, p. 166, coll. p. 159.

(5) Vid. Adler. *Bibl. krit. Reise*, p. 145, et Eichh. *Einl. in 's A. T.* Tom. II, p. 592 seq.

(6) De hac voce vidd. dicta in *Orientt.* l. l. p. 119.

(7) Vid. de Sacy. in Eichh. *Allgem. Bibliothek der Bibl. Liter.* X, p. 24, et in *Memoires de l'Acad.* l. l. p. 10 seq., et van Vloten, *Spec. Philol.* p. 27.

a quibus verbis inchoatur colon 2 in Codice hebraeo-samaritano. Sectionum tituli nempe, non semper sumuntur e *Sectionis exordio*, praesertim, si ibi formulae leguntur *saepe repetitae*, ut vs. 1, ࠅࠉࠃࠁࠓ. Tunc enim, ut l. l., ex *sequentibus* titulus sumitur.

2) *Nominum propriorum Orthographiam* consideremus, quâ in re nostrum Chronicon cum dictâ Versione facit, sed a Versione SA:ADIa*E* discedit.

Hebr.	פִּינְחָס,	SA:ADIa	فينحاس,	ÀBŪ-SA:ĪD	et	*Chr.*	فينحس.
»	לֵוִי,	»	ليوى,	»	»	»	لاوى.
»	רְאוּבֵן,	»	رأوبين,	»	»	»	راوبن.
»	גָּד,	»	جاد,	»	»	»	جد.
»	מְנַשֶּׁה,	»	مَنَشّا,	»	»	»	منشه.
»	יְהוּדָה,	»	يَهُوذَا,	»	»	»	يهوده.
»	אֶרֶץ הַכְּנַעֲנִי,	»	موضع الكناعَنِيِّين,	»	»	»	ارض الكناعنى.
»	מוֹאָב,	»	مُوآب,	»	»	»	ماب.
»	חֶשְׁבּוֹן,	»	حَشْبُون,	»	»	»	حشبان.
»	אַרְנוֹן,	»	ارنون,	»	»	»	موجب.
»	מִדְיָן,	»	مديان,	»	»	»	مدين.
»	שְׂדוֹם,	»	سَدُوم,	»	»	»	سدم.
»	יָם הַמֶּלַח,	»	البُحَيْرَةُ المَيِّتَة,	».	»	»	البحر المالح.

3) Veniamus ad *locos* et *pericopas*, quae Auctor ex Versione ÀBŪ-SA:ĪD*I*, sive *tota* sive *maximam partem* descripsit.

Hujus generis multa sunt, quae leguntur Cap. III. Hìc enim Noster Chronicon quidem arabicum, quem A diximus, secutus esse videtur (vid. supra p. 77 et 78), sed praeterea verba Pentateuchi passim obvia, Versioni arabico-samaritanae *plerumque* accommodavit. *Interdum* enim reperta retinuit, v. c. ubi pro ملاك الله, et الله, quae in illâ Versione leguntur, verbis utitur, سبب الله, et البارى. Posteriorem enim dictionem non mutavit, quia *hoc* nomine Deus in Chronico samaritano, quod ipse arabice vertit, nuncupari solebat; *priorem* servavit, quoniam deditâ operâ ibi de سبب الله sermo fit (1).

(1) Vid. Ann. ad Cap. III, n. g.

Loci, quos specto, sunt sequentes (1). Primo loco posui Textum Chronici, deinde Versionem Abū-Saīdi, postea Versionem Saadīae. Ubi ergo Noster cum Saadīâ convenit, ibi aut verba Chronici A, quod Saadīam secutum sit, intacta reliquit, aut suum Abū-Saīdi Codicem adiit, ibidem ex Saadīae Versione, ut alibi, jam corruptum.

Liber Jūšaae.	Versio Abū-Saīdi.	Versio Saadīae.
P. 11 (cum quo loco conf. p. 23: (لاعنك — مبارك):	Num. XXII. 6, coll. XXIV. 9.	
وان الذى تباركه مبارك ومن تلعنه ملعون ۞	ان من تبارك مبارك ومن تلعن ملعون (2) ۞	ان من تبارك عليه مبارك ومن تلعنه يُلْعَنْ ۞
P. 18: فاشتدّ وجد البارى — فامّا هى ان التمحت سبب البارى عزّ وجلّ منتصبا فى الطريق وسيفه مسلول بيده ۞	Num. l. l. Col. 22: فاشتدّ وجد الله الخ Num. l. l. Col. 23, 25: فنظرت الاتانة ملاك الله منتصبا فى الطريق وسيفه مسلول بيده ۞	ثمّ اشتدّ غضب الله الخ ولما رأت الاتان ملاك الله قائما فى الطريق وسيفه مصلت بيده
P. 19: وزاد سبب الله عبورا ان توقف فى موضع ضيق لا سبيل الى زواغ يمنة ولا يسرة	Col. 26: وعاود ملاك الله عبورا ووقف فى موضع ضيق لا سبيل الى العدول يمنة ولا يسرة ۞	ثم عاود ملاك الله فجاز ووقف فى موضع ما ليس طريق يمال عنه اليه يمنة او يسرة ۞
P. 19: فانطق الله على لسان البهيمة ثم قالت لبلعام ما صنعت بك حتى ضربتنى هذه ثلثة دفعات (3) ۞	Col. 28. فانطق الله فآ الاتانة وقالت لبلعام ما فعلت بك ان ضربتنى هذه ثلاث دفعات ۞	ففتح الله فاها فقالت ما ذا صنعتُ بك ان ضربتنى هذه المرة الثالثة ۞
P. 20: اليس انا اثانتك الذى ركبت علىّ منذ خلقت (4) ۞	Col. 30: اليس انا اتانتك التى ركبت الىّ (علىّ .l) مذ كنتَ الى اليوم هذا ۞	الستُ اتانك التى ركبتنى مذ كنتَ الى اليوم ۞

(1) Locos omisi, quos in Annotatione explicui: V. c. Deut. XXVIII. 64, laudatum in Capite XLV, p. 219. Vid. Ann. ad hoc Cap. not. *i*, et Num. XXXV, 1 seqq., de quibus mentio fit in Cap. XXII, p. 109. Vid. Ann. ad hoc Cap. n. *i*. De Deut. XXIX, 18, citato in Cap. X, p. 50, vid. Ann. ad hoc Cap. n. *b*.

(2) In Cod. barberino legitur تباركه, et تلعنه.

(3) Ut quisque animadvertit, hîc observatu dignum est verbum انطق, pro quo in Hebr. exstat וַיִּפְתַּח, quod Saadīa retinuit. (4) Noster ut istud: مُذْ كُنْتَ, quod respondet vocabulo מעודך (*ab ortu tuo*), expli-

Liber Jūša:ae.	Versio Abū-Sa:īdī.	Versio Sa:adīae.
P. 20: فكشف الله لعين باعام حتى نظر سبب الله ملاكا منتصبا فى الطريق وسيفه مسلولا بيده فطرح نفسه بين يديه ✿	Col. 31: فجلا الاه عينى بلعام فنظر ملاك الله قائما فى الطريق وسيفه مسلولا بيده فخرّ وسجد لوجهه ✿	ثم كشف الاه عن بصر بلعام فراى الملاك واقفا فى الطريق وسيفه مصلت بيده فخرّ بين يديه ساجدا ✿

Cap. XVII, p. 82 Angelus ad Jūša:a*m* haec verba facit, quae leguntur Exod. III 5.

انزع نعايك عن رجليك فان انموضع الذى انت قايم عليه موضع مقدس ✿	انزع نعليك عن رجليك ان الموضع الذى انت قايم عليه ارض قُدْسٍ هى ✿	وانزع نعلك من رجالك فان الموضع الذى انت واقف عايه مقدس ✿

In Cap. XXXIII, p. 162 locus exstat Deut. XX. 1, de quo vid. Ann. ad hoc Caput.

اذ خرجتم فى الحرب على اعدايكم ونظرتم خيلا ورجلا وقوما اكثر منكم (adde فلا تخافوا منهم) ان الله الهك معك المصعدك من ارض مصر ✿	ان تخرج فى الحرب على اعدايك وتنظر خيلا وركبا وقوما اكثر منك لا تخف منهم ان الله الهك معك المصعدك من ارض مصر ✿	واذا خرجت للحرب على اعدايك فرايت خيولا ومراكب وقوما اكثر منك فلا تخفهم فان الله ربّك معك المصعدك من بلد مصر ✿

Sub finem Cap. XL, p. 195 *initium* inseritur loci Deut. XXXII. 15 (1).

ياكل يعقوب ويشبع يسمن اسراييل ✿	ياكل يعقوب ويشبع، يسمن اسراييل ويمرح، سمِنتَ عبلتَ حسنتَ، وترك القادر صانعه، واسقط ولى مَغُوثَته ✿	فلما سَمِنَ الموصوفُ كذلك بَطِرَ اذ قيل له قد سَمِنْتَ وغَلُظْتَ وجسأتَ فترك الله الذى صنعه واُسْقَطَ مُغْتَمَدَ غَوْثه ✿

caret, scripsit مُنْذُ خَلَقْتَ. In Saadīae Versione non legendum est كُنتَ, quod in *Polygll.* exstat, sed كَنتَ, quia respondetHebraïco מְעוֹנָךְ.

(1) Locus dignissimus est, qui h. l. pro instituti et consilii nostri ratione accuratius consideretur, quam ob

Superest una Pericope, quae exstat in Cap. XXII, p. 106 seqq., sumta ex Num. XXXIV. 2—12, de quâ vid. infra Ann. ad Caput XXII (1).

Liber Jūša:ae.	Versio Abū-Sa:īdi.	Versio Sa:adīae.
ان انتم دخلتم ارض كنعان	Col. 2: انكم داخلون الى ارض	انكم داخلون الى ارض كنعان

causam in Lectoris gratiam *Textum judaeo-hebraicum*, *Versionem chaldaeo samaritanam*, et *graeco-alexandrinam* appono.

וַיִּשְׁמַן יְשֻׁרוּן וַיִּבְעָט שָׁמַנְתָּ עָבִיתָ כָּשִׂיתָ וַיִּטֹּשׁ אֱלוֹהַ עָשָׂהוּ וַיְנַבֵּל צוּר יְשֻׁעָתוֹ	ࠉࠀࠊࠋ · ࠉࠏࠒࠁ · ࠅࠉࠔࠁࠏ · ࠉࠔࠌ · ࠔࠉࠓࠄ · ࠅࠉࠔࠓࠇ · ࠔࠌࠕ · ࠏࠁࠕ · ࠀࠔࠐࠓࠉࠕ · ࠅࠀࠒࠃ · ࠇࠉࠅࠋࠄ · ࠃࠁࠅࠓࠄ · ࠅࠉࠓࠔࠌࠅ · ࠕࠒࠅࠐ · ࠐࠉࠅࠕࠄ ·	Καὶ ἔφαγεν Ἰακὼβ, καὶ ἐνεπλήσθη, καὶ ἀπελάκτισεν ὁ ἠγαπημένος, ἐλιπάνθη, ἐπαχύνθη, ἐπλατύνθη, καὶ ἐγκατέλιπε τὸν θεὸν, τὸν ποιήσαντα αὐτὸν, καὶ ἀπέστη ἀπὸ θεοῦ σωτῆρος αὐτοῦ.

Versio igitur arabico samaritana hîc ab omnibus allatis Versionibus et Textu judaïco in multis discedit. Abū-Sa:īd nimirum sic vertit: *Comedebat Jaqūb et saturabatur; saginabatur Isrāīl et recalcitrabat; saginatus, obesus, pulcher factus es: sed reliquit Omnipotentem, qui ipsum creaverat, et missum fecit Dominum auxilii sui.* Sa:adīa contra: *Postquam pinguis reddebatur laudatus ille, simul petulans factus est. Quum ei dicebatur: »jam pinguis et gravis et obesus factus es," deseruit Deum, qui ipsam creaverat, et abjecit fulcrum auxilii sui.* Versio denique chaldaeo-samaritana haec habet: *Comedebat Jaqūb, et saturabatur, saginabatur probus ille, et recalcitrabat. Saginatus, pinguis, pulcher redditus es! — Sed reliquit summe Potentem, qui ipsum creaverat, et ad iram provocarunt munimentum salutis suae.* Verba igitur: ياكل يعقوب ويشبع, in Textu masorethico, ideoque a Sa:adīâ etiam omissa, in Textum tamen hebraïcum recipiantur. Nec tantum, quia in LXX, et Textu hebraeo-samaritano, ac praeterea in Versione chaldaeo- et, arabico-samaritanâ leguntur, sed etiam quia in ipso Textu judaïco desideratur versûs pars, quae articulo, qui nunc *primus* est, respondeat. Ibi ergo verba inserenda sunt: יֹאכַל יַעֲקֹב וַיִּשְׂבַּע. Deinde יְשֻׁרוּן a LXX, Sa:adīâ, et in Versione chaldaeo-sam., simili fere modo redditum (*amatus*, *laudatus*, *probus*), Onqelos, Syrus et Abū-Sa:īd, *Israël* verterunt, quod nomen illi cogitaverint etiam. Auctor Versionis chald.-sam. deditâ operâ fortasse scripsit ࠔࠉࠓࠄ, ob oculos habens *lusum* verborum; nam si ࠔࠅࠓࠄ legeretur, Samaritanus facile cogitare poterat suum ࠔࠀࠅࠓࠄ (*saginabatur*) ut bos. Verbum porro ويمرح non ex Arabico مَرِحَ, i. e.: *valde agilis, superbus fuit*, explicandum, sed ex *recalcitrandi* notione verbi hebraïci בָּעַט, quam Samaritani tribuerint suo verbo ࠔࠓࠇ, et Sa:adīa enunciavit verbo بَطَرَ *petulantem se gessit.* Pro Hebr. כָּשִׂיתָ in Versione chald.-sam. mox legitur ࠀࠔࠐࠓࠉࠕ, pro quo certo, ut jam conjecit Uhlemannus (*Institutt. Ling. Sam.*, in Glossario p. 90) legenda est forma passiva ࠀࠔࠕࠐࠓࠕ, quod Abū-Sa:īd etiam legit, pronuncians sine dubio حُسِّنْتَ. — Ex his ergo non dissensus modo Versionum judaïcarum a samaritanis, sed etiam ipsarum samaritanarum varietas manifesta sunt. Quare ex Nostri eo in loco cum Abū-Sa:īdo consensu non dubium est, quin *ibi* ille hujus Versione usus sit.

(1) Auctor nostri Chronici hunc locum, multis omissis, *in compendium redegit.* Ex ipsius tamen verbis,

Liber Jūšaae.

فهذه الارض التى تقع لكم فى
النحلة بتخومها فيكون لكم
ناحية الجنوب من بريّة صين
على اماكن ادوم — ويكون لكم
التخم من الجنوب من اقصى
شرقى بحر المالح الى ناحية
مصر ويكون خروج هذا التخم
من الخليج يعنى لسان من
البريّة يعنى ضيعة الحجاز
والشام ومعبر خلّجة مضيق
ينتهى الى البحر ويكون
خروجه جنوبىّ قدس الرقيم
يعنى قبلى موضع يقال له
قدس برنا على تخوم الشام
والحجاز وكان قصدة عند
اهل ذلك الزمان الى ان ياتى
الخوف الى ان ياتى نيل مصر

Versio Abū-Saīdi.

كنعان هذه الارض التى تقع لكم
بنحلة ارض كنعان بتخومها ۞
فليكن لكم جهة الجنوب (Col. 3
من بريّة صان الى بلاد ادوم
ويكون لكم تخم الجنوب من
طرف بحر المالح شرقا ۞
ويحول لكم التخم من (Col. 4
الجنوب الى فوق عقّربّيم ويعبر
الى صان فيكون خروجه من
جنوب الى قدس برنع ويخرج
الى ارض ادر۞
ويعبر عَصْمُونَه ويحول (Col. 5
التخم من عصمونه الى نهر
مصر ويكون خروجه الى بحر
وتخم الغرب يكون لكم (Col. 6
البحر الاكبر بتخمه هذا
يكون لكم تخم الغرب۞

Versio Saadiae.

فهذه حدود البلد الذى يحصل
لكم نحلة۞
فيبتدى لكم الحد الجنوبىّ
من بريّة سين الى جانب ادومَ
فيكون من طَرَف البُحَيْرَة المَيّتَة
الشرقىّ۞
ثم يستدير لكم الجنوب الى
عقربين ويعبر الى صين فيكون
خروجه الى جنوب رقيمَ بَرْنَع
ويخرج الى رَقَحَ۞
ويصير الى مازل ويستدير من
مازل الى وادى العريش ويكون
خروجه الى البحر۞
والحد الغربىّ يكون لكم البحر
الكبير وتخمُه وهذا يكون لكم
الحد الشمالىّ۞

---

collatâ Versione SAADIAE, apparet, cum non hac, sed *arabico-samaritanam Versionem*, et *Codicem ex illâ Versione corruptum*, in suos usus convertisse. Variantes plerumque sunt levissimae. In Colo 2. v. c. pro انكم ارض, داخلون الى ارض, Chr. اذ انتم دخلتم ارض; pro بنحلة, hoc فى نحلة, omittens praeterea كنعان. In Colo 3 pro جهة, ناحية; pro صان, صين (s. سين); pro الى بلاد, على اماكن, et pro الى, الى نهر مصر. In Colo 5 pro من طرف بحر المالح شرقا, من اقصى شرقى بحر المالح ناحية مصر. His dictis, Noster suo modo disserit de locis, Aegyptum inter et Mare mortuum sitis, per quae termini transibant. In Pentateucho judaïco terminus meridionalis procurrere dicitur *a Mari salso ad* מַעֲלֵה עַקְרַבִּים. Hacc Noster omisit, locum tamen memorans, ex quo terminus meridionalis procedebat, quod nomen deinde Glossis illustratur, de quibus vidd. dicta in Ann. ad Cap. XXII. — מִדְבַּר צִן (Colo 4), per quam terminus transibat, vallis est *Aqabae*.

Liber Jūšaae.	Versio Abū-Saīdi.	Versio Saadīae.
وهو الوادى خروجه البحر الذى يمتد ساحله من مصر الى فلسطين والى الروم وتخم الغرب يكون لكم البحر الاحير والبحر الاحير من مصر الى شام وتخم الشام من البحر الكبير ينتهى الى الجبل الجبل والى اينان حمص يريد الملك الاجارة بجبل اللبنان الى اخره الى تخم ضيعه من عمل دمشق الى ان يجى شرقا يحيط به ويرد منحدرا الى الاردن ويكون خروجه الى البحر المالح الذى هو حدّ السورة فى مبتداها	وهذا يكون لكم تخم (Col. 7 الشام من البحر الكبيَر تحددّون لكم جبل هور ✿	من البحر الكبير تحدّون الى جبل هور✿
	ومن هور تحددون (Col. 8 مدخل حماه ويكون خروج التخم الى صَرَدّه✿	ومنه الى حماة فيكون خروجه الى صَدادَ ✿
	ويخرج التخم زِفْرِيَه (Col. 9 ويكون خروجه الى ارض عينن هذا يكون لكم تخم الشام ✿	ويخرج الى زَفْرونَ وينتهى الى حصار عينان ✿
	ولتحددوا لكم تخم (Col. 10 الشرق من ارض عينن الى شَفَمَه	وتحدون لكم الحد الشرقى من حصار عينان الى فاميّة ✿
	وينحدر التخم من (Col. 11 شفمه اربيله من شرقى العين وينحدر التخم وينتهى الى رُكْن بحر جنّسر شرقا ✿	وينحدر من فاميّة الى دَفْنة من شرقى العين وينحدر ويضرب الى جانب بحر جَنْسَرْ شرقا✿
	وينحدر التخم الى (Col. 12 الاردن ويكون خروجه الى بحر المالح هذه تكون لكم الارض بتخومها دايرًا	وينزل الى الاردن ويكون خروجه الى البحيرة الميّتة هذه تكون لكم حدود البلد مُسْتَديرَةً

§. 4.

De Scriptoris aetate *atque* Consilio, *et de* Glossis, *Libro additis.*

Disputatione de *Fontibus* ad finem perductâ, de Chronici *Auctore*, quid statuendum sit, videndum. De ipsius tamen *nomine*, quod nullibi memoratur, omnem disquisitionem omittimus. In *Aegypto* eum scripsisse, supra jam monitum est (1). Ac probabile

(1) Vid. p. 78, coll. p. 3 et 40.

Munere eum functum esse *sacerdotali*. Haec fortasse causa est, quare Ordinem sacerdotalem laudibus celebret, et summi Sacerdotis sanctitatem praesertim praedicet (Cap. XXVIII, p. 132, 133), *primum*que ipsi, *secundum* vero *Regi* locum tribuat (Cap. XXIII, p. 116). Sacerdotes scilicet praecipuas in hoc Chronico partes agunt. De his copiose, et summo cum animi ardore, Scriptor disserit (Vid. C. XLV, XLVI, XLVII, p. 241, alibi), et omnia, quotquot *Religionem*, *Cultum*, *Sacra* spectant, studiose persequitur.

De *tempore*, quo scripserit, alii aliter judicarunt (1). Has vero sententias potius transeo, quia leves sunt conjecturae. Ad certiora ducunt tum Notarum, Codici additarum, consideratio, tum alii indicia, de quibus singulis jam dicendum est.

Ex Notâ II, quam explicuimus p. 35, novimus *priorem* hujus Codicis partem absolutam esse anno H. 764 (1362—63 p. C.). Hunc autem annum inter et aetatem Auctoris, sine dubio aliquod tempus, *unius* circiter, sive 1½ *seculi* fortasse, practerlapsum est. Is enim, qui hanc Codicis partem descripsit, Exemplo jam utebatur *non pleno*. Ut p. 22 et 25 vidimus, *Literae* subinde et *Vocabula* in eo omissa, ac *Literae*, quarum Figura samaritana ab aliis non multum differt, invicem *confusae*, *Glossae*que ab aliâ manu jam adjectae erant. Omissa porro, et vitiose scripta iste Librarius ex alio Codice suppleverat (Vid. p. 22). Nec Codices omnes *samaritanis*, sed *arabicis* item Literis exarati, tunc jam ferebantur (Vid. p. 25).

Ac seculo XIII *medio* aut *ineunte*, Auctorem vixisse bene convenit cum aliis indiciis in Chronico obviis.

1) Cum eo consentiunt, quae de *Codice* Versionis Abū-Saīdi, quo usus sit, observavi. Hic nempe ex Saadiae Versione ita erat corruptus (2), ut longum temporis intervallum decurrere ante debuerit, quam Versio arabico-samaritana in istiusmodi conditionem delabi posset. Probatâ autem nostrâ sententiâ, huic rei superest seculi spatium, aut quod excurrit, quia anno circiter 1070, vel seculi XII initio, ea Versio scripta est (3). Si ergo anno fere 1200 Chronicon editum sit, fieri potest, ut Auctor non legerit emendatam Abū'l-Baracāti dictae Versionis Recensionem, et Commentarium, anno circiter 1202 ab eodem compositum (4). Quod si vel sumatur, quid obstat, Nostrum interpretationem nonnullorum locorum, quae in eo Commentario item recepta est, cognovisse (5), aut Glossatores temporis decursu *Glossas*, ex eo Commentario desumtas, Chronico postea addidisse?

2) Samaritano, notato tempore viventi, item prorsus convenit *ea scribendi*, et *cogi-*

(1) Munterus v. c. (*die jüd. Kriege*, p. 69) opinatur, Librum *aetate circiter Hadriani* conscriptum esse, quia, ut putat, finis ipsius in *Hadriani* aetatem cadit!

(2) Vid. supra dicta p. 91 seqq.

(3) Vidd. *Orientt.* II, p. 117 seq., et 154.

(4) Vidd. *Orientt.* l. l. p. 155.

(5) Conf. Ann. ad Cap. XXII, n. g.

tandi, ac *sentiendi* ratio, quam supra (p. 65 seqq) descripsimus, quae ei aetati tantum propria esse potest, quâ Islāmismus altas jam radices egerat, ac magnam tum in omnium, tum etiam in Samaritanorum Vitam *publicam*, *privatam*, *sacram*, vim exseruerat.

3) Accedunt alia indicia *historica*. Vixit nimirum Auctor *diu post propagatum Druzorum Doctrinam*, cujus partes, in publicum pervulgatae, nonnullis Samaritanis *primo obtutu* aliquando placuerant, postea vero, repudiatae licet, vestigia reliquerant, in nostro Chronico conspicua (1).

Suam porro *aetatem* Auctor semper ob oculos habet, cujus conditionem, quia in pristina tempora ipsam transtulit, invitus indicavit. Sic v. c. non tantum *nominibus propriis*, suâ aetate vulgatis, utitur (2), sed etiam *statum* Terrarum spectat *sui aevi*. De urbe nimirum موصل Cap. XLV loquitur, ac si Nebucadnezar ibi habitasset, in quo errore Recentiores maxime perseveraverint, quia haec urbs *sub Atabecis*, ad annum usque 1259 regnantibus, florebat (3). Sic etiam vivo Ilīo incolae *Lydd*ae, et *Bait-gibrīni* societate juncti esse dicuntur, ut Israëlitas bello peterent, quae ei aetati apta sunt. *Hoc* enim nomen ut sub Moslim*orum* dominatione pro graeco *Eleutheropoli* iterum invaluerat, ita eae urbes, olim ignobiles, Nostro vivente, cum *Jāfā* et *Gazā*, partes agere poterant ejusmodi, quae Cap. XLIV ipsis tribuuntur (4). *Aegyptum* denique cogitans, mentionem fecit urbis مصر الكبرى, quod nomen ut tempore, quo ambae urbes Al-qāhira et Al-fostāt exsistebant, tantum introduci, ita non ante annum 1153, et vix amplius seculo XIV, usitari potuit. Al-qāhira enim, quae urbs illo nomine designatur, anno 968 condita, anno 1153 vix inclaruerat; et seculo XIV Al-fostāt jam in nihilum erat redacta (5). Vixit ergo Auctor tempore intermedio, quum de urbe *majori* et *minori* sermo esse poterat, id est seculo circiter XIII.

4) Tunc scribens, varios idem, quos supra indicavimus, Scriptores, qui de rebus samaritanis exposuerant, consulere, et alii contra, postea viventes, ipsius Chronicon adire potuerunt. In his, qui *Libro Jūšaae* usi sunt, est, ut ipse fatetur, Abū'l-fatḫus anno 1355 Chronicon scribens, qui, teste de Sacyo, ex illo Libro multos locos iisdem verbis descripsit (6), alibi vero, ac maxime in rebus chronologicis (7), alios Fontes etiam in subsidium vocavit, quos ipse enumerat (8).

Al-maqrizīus, mortuus anno H. 845 (p. C. 1441), Chronicon nostrum etiam videtur

(1) Vidd. infra dicenda de *Sectis Samaritanorum*.

(2) Vid. dicta supra, p. 67.

(3) Vid. Ann. ad Cap. XLV n. *a*.

(4) Vid. not. *a*.

(5) Vid. Ann. ad Cap. I, n. *e*.

(6) Vid. *Chr. ar.* Tom. I, p. 333, et supra p. 41.

(7) Reland. *Diss. Misc.* II, p. 89.

(8) Vidd. ea, quae de Abū'l-fatḫo ipse observavi, tum in Ann. ad Cap. XLVI, not. *a*, tum in *Comment. in Hist. Gentis sam.* p. 63 seqq.

cognovisse. Ipsius, ut aliorum multorum Librorum, quos consuluit, titulum non quidem memoravit (1), sed nonnulla narravit, quae cum Chronici nostri dictis conveniunt, et a quibus ipse alibi, ubi alios Auctores sequitur, dissentit (2).

Alius praeterea est Scriptor samaritanus, quem memorat Rabbi Schemûél Schûlam sub finem Libri *Jûchasîn*, conscripti a R. Abraham ben R. Schemûél Zacût, Hispano, nato exeunte seculo XV, et ab illo anno 1556 primum editi. Samaritanus enim, cujus mentionem facit Rabbi illê Schemûél, licet aetas ipsius et nomen ignorentur, hoc tamen multo est antiquior. Ex citatis autem verbis efficiendum est, Samaritanum illum aut *eumdem Fontem*, quem nostri Chronici Auctor secutus sit, adiisse, aut *nostro Chronico* usum esse, cujus dicta, hoc posito, tantummodo ex iis, quos simul consuluerit, Libris nonnumquam mutaverit, et auxerit (3).

Quae de Auctoris *consilio* monenda sunt, modo dicta illustrant (4). Seculo enim XIII magna Islâm*ismus* detrimenta ceperat. Pristinus Religionis ardor jam dudum exstinctus erat, dissidia et bella civilia Moslim*orum* vim fregerant, Sectarum lites et tricae non minus, quam Christianorum occidentalium a seculo inde XI exeunte, invasiones, victoriae, progressus, omnia olim subvertere minitabantur. Grave istud rerum discrimen novam vitam inter Moslimos excitaverat. Non tantum heroës orti erant, qui rem civilem labentem restituerent,

---

(1) Pericopen de *Judaeis* et *Samaritanis*, quam intelligo, edidit de Sacy. *Chr. ar.* Tom. I., p. ٩٩ seqq., coll. p. 293 seqq. Fontes ibi laudat Masûdî*um* seculo X, et Birûnî*um*, seculo XI florentem (p. ١١٣, coll. p. 305 et 345), et *Euangeliorum Commentarium* (شرح الاناجيل), sive Librum de *Sectis*, ab Arabe christiano ex Scriptis *Patrum Ecclesiae*, in primis Epiphanii, conflatum (١١٤, coll. 305 seq. et 345 seq). Porro Josefum Gorionidem, seculo XII scribentem, (quem Abû'l-fatḥ*us* item adiit vid. ib. p. ١١٥, coll. p. 347), et alios, quorum nomina tamen omisit (Vid. p. ١١٥, coll. p. 307). Exinde ergo varia etiam explicatur scribendi ratio. Sic v. c. *Hiërosolyma*, p. ٩٥—٩٨ بيت المقدس, et deinde plerumque القدس nuncupatur.

(2) Dicta nimirum (p. ١١١, coll. p. 303) de Nebucadnezare, incolas Sichemi, Hiërosolymis expugnatis, abducente, cum Cap. XLV conveniunt. Dissentiunt dicta de Al-iscandaro, et condito Templo garîzîm*itano*. Hoc nuncupat هيكل طور بريك, Templique non *primordia* tantum, sed *thesaurum* et *devastationem* memorat, quam, ut Josefus, *Hyrcano*, non vero, ut perperam Abû'l-fatḥ*us*, ipsius Patri, *Simoni* tribuit (*Chr. ar.* I, p. 333 seq.). De Fabulâ, quae Samaritanos ex Persiâ derivat, locuti sumus in *Commentariis* nostris, p. 35 n. 4. Huic tamen Al-maqrizî*us* fidem non habet, eam Gentem *Sectam judaïcam* vocans, *post Hiërosolyma a Chaldaeis eversa ortam* (p. ١٠٤ et ١٠٩, coll. p. 297, 299). In multos tamen errores incidit. Vid. de Sacy., p. 309, 312, 314, p. ٩٩ coll. 293 seq., et, ubi loquitur de *Mischna*, p. ١٠٢ coll. p. 296, 322; et ١١٠ coll. p. 303; uti etiam de *Cyclo judaïco*, p. 311 seq.

(3) Vidd. supra dicta p. 31, et *Commentarii* laud., p. 63 seq.

(4) Vidd. etiam iidem *Commentarii*, p. 65, et supra p. 54.

et defenderent, sed etiam Religionis Vindices, qui suppressos Fidelium animos erigere, et antiquo fervore imbuere studerent. In his Scriptores prodierant, qui splendidam Moḥammed*is* et ipsius Sociorum aetatem, rebus quibusque praeclare gestis inclytam, denuo conscribebant, ex cujusmodi Libris *Expugnatio* est *Syriae*, *Aegypti*, *Mesopotamiae*, quod ejus generis non *primum* specimen fuisse videtur (1).

Simile studium inter Samaritanos item exarsit. Avitae Religionis Cultûsque tenacissimi quique vehementer etiam dolebant plurimorum socordiam. Pericula, quae Moslim*orum*, ipsorum item Sacris imminere videbantur. Viderant, quae fuisset Sectarum moslim*icarum* in Samaritanos vis et efficacia, noverantque, quantopere multi a pristinâ simplicitate et germanâ ipsorum Doctrinâ recessissent.

Haec Noster aegre ferens, hunc Librum conscripsit. Ut igitur Legis mosaïcae studium commendet, et Populares ad Cultum strenue tuendum inflammet, Jūša:a*e* aetatem splendidis coloribus delineare studet, Historiam Terrae expugnatae et divisae exponit, Reip. depingit felicitatem, Lege observatâ, sed et calamitates, Lege neglectâ, variis temporibus persequitur. Omittens, quae non amplius perstringenda erant, in his *Idolorum Cultum*, ea contra, quae ipsius aetate reprehendenda sunt, perpetuo ibi ob oculos habet. *Christianorum* Cultum *externum* attendens, Moslim*orum* more, Deum *unum* semper laudat, *omnium Sociorum* prorsus *expertem*; *Moslim*os spectans, Mūsa̤m *Prophetam unicum* celebrat (Cap. VII): et *Samaritanorum* cogitans Religionis neglectum, *Legem* ubique in memoriam revocat, ad cujus normam singula fieri finguntur (2); *Montem*que Ḉarīzīm*i*, ut *solum adorationis locum*, *Deo gratum*, designat, et Al'iscandar*um* item haec profitentem inducit (Cap. XLVI).

In his singulis monendis et describendis Auctor, ut ante ostendimus, se accommodat sui aevi ingenio, societatis moslim*icae* consuetudinibus et moribus assuefacto. Inseruit ergo, quae Lectoribus grata erant, Proverbia (3), et praecipue Hymnos, et Orationes, quas, quo melius omnium animos caperet, Viris tribuit sanctis, et prae ceteris honoratis, Mūsa̤*e*, Jūša:a*e*, Nabīḫo. De *aliorum* sermonibus minus erat sollicitus, quos partim ex aliis Libris desumsit, partim minore cum diligentiâ scripsit. Populares praeterea Traditionibus et Fabulis non delectari non poterant, sed et has legentes, summâ invitos imbuere conatur Dei omnipotentis reverentiâ, quam Miraculis enarrandis praesertim excitare volebat. Quia denique, ut Moslim*is* quaecunque de Moḥammed*e* ferebantur, ita Samaritanis principum Virorum descriptiones mirifice placebant, Jūša:a*e* delineavit *formam*

(1) Vid. H. Ewald. *Libri* Wakedii *de Mesopotamiae expugnatae Historiâ Pars*, p. IX.

(2) In his est *Terrae divisio.* Etiam in bello Šaubac*i* ad Legis praeceptum Lex bellica proclamatur (Cap. XXXIII), et deinde de *circumcisione, accurate peractâ*, fit mentio (Cap. XLVIII), cet.

(3) Vid. Ann. ad Cap. X, n. *b*; ad Cap. XLV, n. *v*; ad Cap. XLVI, n. *q*; et ad Cap. XLVIII n. *c*.

externam, *habitum*, *vestitum* (1), ac *vivendi rationem*, quaeque *singulis* egerit *cujusque hebdomadis diebus* (2).

Scriptor Chronici, dictum consilium exsecuturus, ex variis, quos in suos usus convertit, Libris multa non tantum in priore Libri parte *vertit*, et in parte posteriore *verbotenus descripsit*, sed etiam tam hìc quam illìc *explicuit*; et quae *ipse* nondum explicuerat, *alii* post eum explicare conati sunt. De his *Interpretamentis*, et *Glossis*, verbo monendum restat. In magno nempe harum Notarum numero, saepe difficile erat *Auctoris* et *aliorum* animadversiones certo dignoscere, et in *Textu* edito ita disjungere, ut, *illis* ibi servatis, de *his* in Annotatione tantum referrem. Ne ergo, ubi de ipsarum origine haud constabat, *his* vel *illi* aliena tribuerem, *omnes* eodem loco, quo in Codice legebantur, retinui, sed de iis, quibus aliquid observatu dignum inesse videbatur, in Annotatione exposui. Quae vero de his *universe* dicenda sint, hìc absolvamus. Primum de *Auctoris*, deinde de *aliorum* commentariis disseramus.

Auctor has animadversiones apponens, neque *iisdem formulis* semper usus est, neque *eamdem rationem* sequitur. Saepe incipiunt a verbis يعنى بذلك; ut Cap. II, p. 6, ubi vult: *hac re significat* Deus (الله). *Subjectum* enim ex praecedentibus supplendum, quod alibi, ut C. XXII, p. 108, ipse designat, scribens يريد الملك (*vult Rex*). Dictam Capitis II animadversionem, quae ad vocem عدد extenditur, ipsius esse Scriptoris, eaedem recentioris aevi opiniones, quas in hoc Capite ipse enunciat, et quibus postea Jūšaaiie res gestas illustrat, ostendunt (3). *Longiores* ejusmodi disputationes alibi aliorum dictis item addit. Inspicias modo dicta Cap. III, p. 16 seq., a verbis وانه الخ (4). *Breviores* sunt aliae; v. c. C. V, p. 29: يعنى بذلك قبل وفاته (5); C. IX, p. 46: بالبيت المقدس (6); C. X, p. 49: وهى شرح الشريعة الخ (7); C. XV, p. 75: وهذا التاريخ الخ (8); C XXI, p. 101: وهو وقت الخ (9). Şic etiam C. XXII, p. 107 illustrat الخليج verbis: يعنى لسان من البرية, et deinde dictionem البحر الاحير, et porro p. 108, descriptionem *terminorum Áš-šāmi*, addens: يريد الملك الخ (10). Sub finem ejusdem Capitis, p. 109 formulam مدن رد explicat: يعنى ملجاء, et mox dicta de iis, *quibus Asyla assignata essent*, يعنى اتفاق الخ (11). Interdum, *nullo interposito indicio*, suam interpretatio-

---

(1) Vid. Ann. ad Cap. XXIX, nota *p*.
(2) Vid. Ann. ad Cap. XXIV, n. *g*.
(3) Vid. Ann. ad Cap. II, n. *c*.
(4) Vid. Ann. ad Cap. III, n. *g*.
(5) Ann. ad C. V, n. *a*.
(6) Ann. ad C. IX.
(7) Ann. ad C. X, n. *a*.
(8) Ann. ad C. XV.
(9) Ann. ad C. XXI, n. *a*.
(10) Ann. ad Cap. XXII, n. *e* et *g*.
(11) Ann. ad C. XXII, n. *i*.

nem subjungit. Sic C. XXIII, p. 116: الاعشار — القرابين (1), et C. XXXVII, p. 177, ubi *ulnae regiae* definiuntur verbis: تكون — الذراع (2).

Aliorum Glossae sunt innumerae, quae testantur, hoc Chronicon a multis olim, nec *in Aegypto* tantum, sed *alibi* item quaesitum, et *ante annum* H. 764 (1362—63), quo prior Codicis pars scripta est, saepius lectum fuisse. Samaritanos enim, ex *variis* regionibus oriundos, in iis Glossis audimus loquentes. In C. XLV, p. 218 obvius est Samaritanus *sichemita* (3), in C. XXII, p. 207 contra *aegyptius* (4). *Opiniones* deinde *scribendique ratio*, a *cogitandi scribendique* ratione Nostri *diversae*, aliam subinde manum designant. *Illius* generis Glossa est in verbis C. XXII, p. 107 يعنى ضيعة الحج; *hujus* vero, quae ibidem mox sequuntur, يعنى قبلى الحج (5), et dicta C. XVII, p. 83 et seq., in quâ pericope Glossator *Sacerdotes* كاهنين, Auctor كهنة vocat (6). Ad haec pertinet etiam animadversio C. IV, p. 27, ubi السبط, quod ceterum, ut vulgo alibi, *masculinum* est, *feminine* construitur.

Glossas *aliorum* esse *Auctorum*, exinde praeterea animadvertimus, quod *orationis nexum* interdum *interrumpunt*. Verba v. c. C. X, p. 50: يعنى — معه (7); C. XVII, p. 83, يكون — الارهاج, et deinde: يضربوا الكاهنين بالبوقين (8). Nonnumquam *alieno loco* ipsae inseruntur, ut C. IV, p. 27, ubi verba اعنى هذه الشبط spectant منهم, a quâ voce, Glossâ interpositâ, disjungitur vocabulum واحدة.

Aliae, et pleraeque, incipiunt ab اعنى (pro أعْنِ, id est *intellige*); aliae a يعنى (*significat* Auctor); aliae a وهو, aut وهى; aliae *sine copula* adduntur. Fieri potest, ut haec *varia* dicendi ratio ex Glossatorum *varietate* interdum explicanda sit.

Glossae nonnumquam sunt *longiores*, ut C. XXII, p. 107 (9). Vulgo tamen *breviores* sunt, ut C. III, p. 20, ملاكًا, quod explicat سبب الله (10); C. XVIII, p. 92, الروسا, quod refertur ad الولى جماعته (11).

Aliae illustrant *voces* minus usitatas, *mores* aliae, vel *opiniones*, aliunde item notas. *Illius* exemplum est C. II, p. 8, ubi explicatur *verbum* ينتخب his verbis: يعنى بذلك يختار منهم (12); *istius* generis Glossae sunt multae: v. c. C. XXXVIII, p. 181: اعنى الشهود والاعياد (13), et C. XIV, p. 71: صندوق الذهب; *hujus* autem exemplum sit ex eo-

(1) Vid. Ann. ad C. XXIII, n. *r*.
(2) Ann. ad C. XXXVII, n. *l*.
(3) Ann. ad C. XLV, n. *g*.
(4) Ann. ad C. XXII, n. *f*.
(5) ibid. n. *g*.
(6) Ann. ad. C. XVII.
(7) Ann. ad C. X, n. *a*.
(8) Ann. ad C. XVII.
(9) Ann. ad C. XXII, n. *e*, *f*, *g*.
(10) Ann. ad C. III, n. *g*.
(11) Ann. ad C. XVIII.
(12) Ann. ad C. II, n. *e*.
(13) Ann. ad C. XXXVIII, n. *b*.

dem Capite, et *ejusdem* fortasse Auctoris: وهو صندوق العهد الكاين , et verba deinde vocibus الجوهر العلوى adscripta : وهو الالواح التى كتابتها من النور اللاهوتى ان انها الجوهر العلوى (1).

Multae tamen Glossae sunt *vix necessariae*, aut *prorsus supervacaneae*. Sic judicandum est de verbis C. IV, p. 28, اعنى ابنة الملك ; de Cap. VI, p. 36, الستر البيت المقدس ; de C. XX, p. 99, ubi ملوك explicatur اعنى الروسا ; de Cap. XXII, p. 110: اعنى — بالاراضى ; de Cap. XXXVII, p. 171: الذى هى اقطاعهم (2).

Ut ex allatis, ita ex aliis exemplis videmus, Glossatores Glossarum verba saepius desumsisse ex orationis *nexu*, vel ex *aliis* Chronici *locis*. C. III v. c., p. 17: اعنى امر من اموره ex sequentibus sumta sunt, ubi Auctor ipse de امر الله loquitur. Ita etiam C. XXXVII, p. 173: اعنى نبيح طالع من الشرق ; C. XLII, p. 203: ثما — قبة الزمان (3), et C. XLVI, p. 234: اعنى الامام الكبير.

(1) Vid. Ann. ad C. XIV. (2) Ann. ad C. XXXVII, n. *c*. (3) Ann. ad Cap. XLII, n. *d*.

CAPUT III.

Quaestiones, quae hoc Chronico illustrantur.

Eruditi, qui *Fragmenta* quaedam hujus Chronici tantum cognoverunt, varias de eo sententias tulerunt. *Nullius* pretii ipsum ducebat Hengstenbergius (1); *summi* vero Brunsius, Bertholdtus, Munterus (2), sperantes fore, ut *Historia* inde insignia incrementa acciperet. *Prudentius* judicarunt alii, qui Chronicon totum legerant, et attentius consideraverant, J. J. Scaliger (3), J. H. Hottingerus, Constantinus l'Empereur Ludovicus Cappelus (4), et Hadrianus Relandus (7), observantes, multa cum Librum exhibere Commenta, sed falsis tamen vera etiam esse immixta, quare multae variaeque inde utilitates redundare possent.

Disputatione ergo de *Codice*, ac de *Opere*, ejusque *Auctore* absolutâ, operae pretium est, de usibus, quos Chronicon praestet, ultimo loco disserere. Ne tamen longiores simus, *duas* modo quaestiones, aliis quae moveri possent omissis, expendamus. Prior sit de *Traditionibus*, posterior de *Dogmatibus*, quae hìc memorantur.

§. 1.

Samaritanorum Traditiones.

Chronicon, licet veterum Hebraeorum et antiquorum Samaritanorum res gestas parum illustret, ac multornm votis minime satisfaciat, nullius tamen pretii non est, et sane utilissimum ad *recentiorem hujus Gentis conditionem* explorandam. Ex omnibus enim Libris, vel Fabulis refertis, tempori, quo conscripti sint, aliqua saltem lux affunditur. Fabulae nempe, Gentium ingenii progressûs, animique sensûs depingunt, humanitatisque gradum,

(1) *Authentie des Pent.* I Bd., p. 41 seqq., et supra p. 71 seqq. (2) Vidd. Commentarii mei laudati, p. 66 et seqq., et supra, p. 15 et 98, n. 1. (3) *De Emend. Temp.* Ed. Gen. 1629, p. 669.

(4) Horum judicia leguntur in *Praef.*, quam J. H. Hottingerus *Epitome Libri Josuae* praefixit.

(5) *Diss. Misc.* II, p. 12 seq., et supra p. 53.

ut verbo dicam, quem aliquando attigissent, ostendunt. Quidquid ergo de nostro Chronico statuatur, Tabulam hoc nobis repraesentat *suae aetatis*, sive *seculi p. C. XIII*, et Samaritanorum de rebus ibi relatis eo tempore cogitandi rationem patefacit. Nec prorsus ineptum ipsum esse ad *secula antecedentia* aliquantisper illustranda, si iis, quae de his dicuntur, prudenter utimur, in *Commentariis ad Historiam Gentis samaritanae* passim indicare conati sumus. Haec vero, *ibi* quippe exposita, silentio hîc transimus. Nunc tantum videamus, quomodo de iis, quae Auctor hoc Libro tradidit, temporis, quo vixit, ratione habitâ, judicandum sit.

Mirae profecto sunt, tum Nostri, tum aliorum Samaritanorum, qui sub Moslim*orum* principatu vivebant, de *antiquâ Historiâ* opiniones. Jûša:a iis auctoribus non Palaestinam tantum expugnat, et dividit, sed Templum etiam in Monte Ġarîzîm*i* condit, victorias per exteras terras profert, cum ignoto Persarum Rege bellum gerit, in angustias redigitur, et Praefecti Nabih*i* alacritate, Deoque auxiliante, ex hostium manu salvus evadit. Jûša:a*e* succedunt Reges, quorum *nomina* temporis decursu ita corrupta sunt, ac *Res gestae* sensim fere in oblivionem adeo abierunt, ut Historiam שׁוֹפְטִים ibi vix agnoscas. Ultimus ipsorum, Šamšam, *ultimus* ibi *Rex* vocatur (1) *regni*, quod *Jûsaf*, Jaqûb*i* filius, a Patre accepisse dicitur (2). Post eum de *Synedrio 70 Sapientum* fit mentio (3), et de *Gentis scissione*, cujus Auctores, *Ilîus* et *Šamûl*, atro carbone notantur (4). Splendida mox describitur, post reditum ex captivitate, Civitatis, sed potissimum Rerum sacrarum conditio (5). Postea Al'iscander *cum discipulis* (6) ipsos plus semel adit.

Sic Samaritani seculi XIII antiquam Gentis Historiam narrabant! Hae relationes, utut confusae et turbatae ac falsae, cognitu tamen haud indignae sunt. Paucis ergo considerentur, ut in causam inquiramus, quare Samaritani *medii aevi* de Historiâ ita fabulati sint. Cujusmodi disquisitiones si in universâ Traditionis Historiâ explanandâ instituerentur, tradita non modo plenius cognosceremus, sed de eorumdem originibus et incrementis non minus, quam de ipsorum inter varios populos consensu et discrimine accuratius etiam judicare possemus.

Hae Fabulae scilicet quomodo inter Samaritanos oriri potuerint et propagari, et vero qui fieri possit, ut iisdem fides habita sit, neminem non latet, qui cogitat, hos, ut omnes olim Semitas *Historiae proprie sic dictae* studium ignorasse. *Veri* sensu parum acuto instructae, Gentes semiticae res ante gestas accurate referre parum saepe curabant; praesertim ubi harum memoriam *delectationis* causâ tantum recolebant, aut alios *erudiendi* con-

---

(1) Cap. XXXIX, XL, XLI. (2) Cap. XXXVII, p. 175. (3) Ann. ad Cap. XLII, n. *e*.

(4) Vidd. dicta, quae Annotationi ad Cap. XLIV praemittuntur.

(5) Vid. Cap. XLV, p. 130 seqq. et Ann. ad hoc Cap. n. *u*. (6) Cap. XLVI, p. 133 seqq., et Ann. n. *e*.

silio Historiâ utebantur ad *abstractas* notiones explicandas, quod agentes, vel inviti, novis ipsam augebant inventis. Judaeis *veteribus* quam grata fuerit haec *docendi* ratio, ex Libello, qui a *Jonâ* nomen habet, aliisque manifestum, unde videmus, ipsos solitos esse, priscos Heroës, Reges, Prophetas, si ipsorum apud Posteros nominis celebritas magis magisque inclaruisset, lucidiore in dies splendore induere (1). Tempora autem antiqua, quo longius a serioribus seculis distarent, eo pluribus gravioribusque involucris onerata fuisse, *recentiores* Judaei testantur, in quorum Scriptis talmudicis luculenta ejus rei indicia exstant.

Multa, quae ibi leguntur, in *Moslim*orum Fabulis recurrunt (2). Judaei enim diu ante Moḫammed*em* per Arabiam etiam dispersi, ea quae de Viris V. T. ferebantur, inter Arabes ubique propagaverant. Hi brevi tempore ea in suos converterant usus, nec pauca, v. c. quae de Abrahamo dicebantur, cum suis de Templo meccano Traditionibus copulaverant. Hujusmodi narrationes ad Moḫammed*is* pervenerunt notitiam. Has prouti ipsas acceperat, plerumque ipse tradidit (3). Post eum inter Arabes temporis decursu eaedem in dies magis amplificabantur, et Moslimo*rum* sensui accommodabantur, et ad ipsorum ingenium conformabantur (4), ac deinde sic auctae, tum in Qor-an*i* Commentariis, tum in Libris de Traditione exponentibus, cujusmodi WEIL*IUS* consuluit, enarratae sunt.

Hae Arabum Fabulae, si cum *veterum* Judaeorum Traditionibus conferuntur, idem fere has inter et illas observamus discrimen, quod *Poësi hebraïcae* et *arabicae* intercedit. Hebraïca enim Poësis ut simplicitate et sublimitate eminet, ac res, quales esse solent accurate depingit, Arabum contra ut splendidis quibusque luminibus micat et fulget, et per res circumducitur saepe, quae *cogitantur* potius, quam *cernuntur*, ita in Traditione excolendâ Judaei *veteres* terminos plerumque non excedunt rerum, quae fieri possunt, Arabes vero, et sic etiam *recentiores* Judaei saepissime, *ideales*, ut ajunt, conditiones sistunt, quas vivida ipsorum et exsultans imaginatio suppeditat. Inspiciamus modo, quae de *Salomone*, et ejus *itineribus* (5), quaeque de *infantum recens natorum* (6), tum (7) *animalium* etiam, et *lapidum* (8) sermonibus feruntur.

His tamen aliisque ejus generis Fabulis, quarum aliae *delectandi* causâ tantum primum fictae erant, aliae contra, *utile dulci* miscentes, *moralia praecepta* simul com-

---

(1) Vid. Dr. ZUNZ, *die gottesdienstlichen Vorträge der Juden, historisch entwickelt.* Berl. 1832, p. 35, 118, 120. (2) Dr. G. WEIL, *Biblische Legenden der Muselmänner*, p. 14, 168.

(3) Vid. WEIL. l. l. p. 4 et seq.

(4) Vid. v. c. quod de *Libellis scripto mandatis* legitur ibid., p. 35, 124, 125, 167 seq., 268. Praeterea conff. quae p. 201 traduntur de iis, quae in Proelio *bedrensi* acciderunt, et in Talūt*i* (Saūl*i*) historiam transferuntur.

(5) Vid. WEIL, l. l. p. 225, 235 seq. (6) Vid. WEIL, l. l. p. 134 seq. de *Mūsa*, et p. 283 seqq. de *Christo*.

(7) Ibid p. 143, 159, 189, 233, 234, 237 seqq., 246 seqq., 263, 268.

(8) Ibid. p. 202 seqq.

plectebantur (1), his, inquam, Fabulis Moslimi superstitiosi fidem habebant, quare ab iis hae tum invicem, tum etiam cum Arabum Historià connexae sunt, ac si de narratorum veritate ne ullus quidem dubitandi locus superfuisset (2).

Quae de Moslim*orum* Fabulis diximus, haud parum conferunt ad *recentiorum Judaeorum* Narratiunculas, ipsarumque ortum et progressûs explicanda. A Moslim*is* nempe ii Judaei vix erant diversi, sive memoratum spectes phantasiae abusum, sive tenuem Historiae notitiam, sive incredibilem fere credulitatem. Quae si quis perpendit, causam non amplius quaeret, quomodo factum sit, ut Doctores talmudici Mythos et Fabellas, quae, quia insulsa, inepta, anilia, videntur, Occidentalibus risum saepius movent, fingere potuerint. Utriusqne enim Gentis Scriptis invicem collatis, luculenter patet, istiusmodi somniis non *solos* Judaeos delectatos, ejusque rei *causam* ex *eodem* fonte derivandam esse.

Quaestionem, quae causa sit, cur Judaei recentioris aevi a Proavorum simplicitate adeo discesserint, Historia, nisi fallor, plane solvit. Paulatim nempe illi, moribus ac studiis mutatis, eo pervenerunt. Simplex ea veterum Hebraeorum narrandi ratio jam ante Regnum judaïcum eversum artificiosior fieri coepit. Arctior, quae ab hoc inde tempore Judaeis cum Assyriis, Babyloniis, Persis, ac deinde cum graecis Seleucidarum ac Ptolemaeorum Regnis, cumque Graecis ipsis, intercedebat necessitudo, hoc effecit, ut ab eà Patrum virtute in dies magis declinarent. Liber cui *Daniëlis* nomen inscribitur, nec pauca, in Scriptis V. T. apocryphis obvia, haec confirmant. In serioribus Libris nitor pristinus pejus etiam contaminabatur. Perpetua scilicet novarum rerum contemplatio, et quotidianum cum Peregrinis indolis fervidissimae consortium, Judaeorum inflammabant imaginandi vim, *mirarum*que rerum studium identidem excitabant alebantque. Mirifice ergo statim plerisque placebat *allegorica interpretatio*. Quae quum principatum aliquando tenebat, actum erat, tum de *grammaticâ* V. T. *explicatione*, tum etiam de genuino *Historiae* studio. Corruptum deinde priorum post Christum seculorum ingenium, ubique conspicuum, sive Vitam spectas civilem, sive Rem sacram, sive Literas, vim suam in Scripta judaïca pari modo exseruit. Judaeorum vero barbariem consummatam reddidit sors ipsorum calamitosissima. Ex Palaestinâ ejecti, et per universum Orbem Terrarum dispulsi, libertate erant privati, et assiduis persecutionibus, saevissimisque afflictionibus pressi. Sic a Proavorum sinceritate magis etiam degenerabant, et sensibus imbuebantur, servili isti et abjecto statui propriis. Istiusmodi homines quomodo de statu Gentis antiquae, quem non amplius intelligebant, quomodo de Palaestinâ, quam

(1) Vidd. ap. Weil ibid. *preces Salomonis*, p. 232 seq., *facinus Davidis*, p. 211; Fabula *vermis in fundo maris*, p. 189; *sermo Salomonis cum formicarum reginâ*, p. 237 seqq.

(2) Vid. l. l. p. 48, 165, 268, 274.

numquam viderant, recte judicare possent? Mirumne, Eruditos, in Scholis veluti sepultos, pleraque perverse adeo considerasse, opinionumque monstra edidisse? (1).

Ex hac de veteribus Hebraeis, et Judaeis recentioribus, ac Moslim*is* disquisitione, liquet, quomodo de mutatis *Samaritanorum* studiis, et de hujus Chronici Fabulis judicandum sit. Itaque non dubitamus, quin major quoque ipsorum in Traditione excolendâ *olim* fuerit temperantia et sobrietas. Ut nempe in Quaestionibus Legis mosaïcae controversis ante receptam, et Judaeis primum probatam, sententiam servarunt, quin diu etiam recentiorum Rabbinorum interpretationem repudiarunt (2), ita ab Historiâ alienis figmentis augendâ primum non abhorrere non poterant. Hanc tamen veteris aevi tenacitatem plerique paulisper laxarunt, mutatâ temporum conditione propulsi. Arabum tandem consuetudini assuefacti, diligere coeperunt, quae iis vehementer adeo placebant; ac tunc etiam, quae a Judaeis temporis decursu desumserant, Moslim*orum* inventis ornarunt. Hinc ergo Fabula de Qarūno (3), de Jūšaːae expeditionibus per Orbem Terrarum susceptis. Hinc iidem anachronismi in Samaritanorum, qui in Arabum fictionibus. Ut in his v. g. quarumcunque munitissimarum moenia corruunt, pronunciatâ formulâ الله أكبر (4), et ut omnes, qui in Fabulis arabicis loquentes introducuntur, dictionibus qorʾan*icis* utuntur, ita in samaritanis, iisdem verbis enunciatis, moenia cadunt Jariẖae (C. XVII), et Jūšaːa semper Qorʾan*um* memoriâ tenere videtur. Iisdem fere etiam utraque Gens delectatur descriptionibus. Ut Jūšaːae occupationes cujusque diei enumerantur, ita eodem fere modo ea, quae Davides egerit, Arabes describunt (5). Ut fons subito exsistit Cap. XXXVII, ita apud illos nihil hac re frequentius (6). Sed quid plura! Quae si quis aliis augere velit, rerum verisimilium terminos excedentibus, dictum Caput, et alia, adeat, quibuscum tum Rabbinorum, tum Moslim*orum* figmenta, in majus aucta, optime conferri possunt (7).

In magno hocce Samaritanorum cum Judaeis recentioribus et Arabibus *consensu*, *dissensus* tamen etiam attendatur. Hi enim, ut, cognitâ Judaeorum Historiâ, de iis lubentius disserebant, quae suo maxime placebant sensui, cujusmodi sunt bellicae Saūli et Davidis expeditiones (8), ita Samaritani, omissis atque oblivioni datis, quae ipsis ingrata essent, pauca tantum receperunt, et haec ita mutarunt, ut salvae essent ipsorum de Rebus sacris opiniones (9).

---

(1) De multis, quae hîc verbo significavi, pluribus et egregie disseruit Zunz in Opere laudato. De vi v. c. quam misera Judaeorum prioribus Aerae nostrae seculis conditio in ipsos exercuerit, vid. p. 40 seqq.

(2) Vidd. quae statuerunt de *Asylis*, *Decimis*, *Primitivis*, *fructuum Primitiis*, et *Sacrificio quotidiano*, ap. Reland. *Diss. Misc.* II, p. 53, 44 seq., 47 seq., 54, et Ann. ad Cap. XXXVIII passim.

(3) Vid. Ann. ad Cap. I, n. *e*.

(4) Vid. Weil l. l., p. 192.

(5) Vid. Weil l. l., p. 208 seq., coll. Ann. ad Cap. XXIV, n. *g*.

(6) Vid. Weil, p. 113, 116, 175, 200, 284

(7) Vid. Weil, p. 234, p. 240 seq.

(8) Vid. v. c. Weil, p. 199 seqq.

(9) Vidd. *Commentarii* mei, p. 68 seq.

Arabum ergo de 'Al'iscandaro Fabulas colore veluti samaritano suffuderunt (1). Bil'ami porro Historia ita enarratur, ut a Moslim*orum* Fabulis plane differat (2), et cum Pentateuchi relationibus magis conveniat. Sunt praeterea Fabulae, quae in Palaestinâ natae, ex cognitâ locorum opportunitate ortae, et a Judaeis, vel a Samaritanis fortasse, excogitatae sint. Inde fluxerint dicta de Israëlitarum transitu per vallem الموجب (3). *Samaritanae* certo originis sunt traditio de *arâ lapideâ*, in Monte *Ġarīzīmi* olim positâ (4), et omnia, quae Samaritanorum Cultum spectant, ubi a Judaeis recedere non dubitant.

§. 2.

Samaritanorum medii Aevi Sectae et Placita.

In praecedenti Paragrapho disputavimus de vi, quam habuerit Rerum publicarum passim mutata conditio in Samaritanos medii Aevi, *priscam Gentis suae Historiam tradentes.* Superest, ut illius consideremus efficaciam in *Vitam* ipsorum *sacram.* Quam nuncupantes, *Cultum* nolumus *Religionis externum*, sive *Festorum* descriptionem, quae quomodo eâ aetate celebrata sint ex hoc Chronico vix novimus (5). Sed *Placita*

---

(1) Vid. Ann. ad C. XLVI, n. *i*.

(2) Vid. Weil, p. 183 seqq., coll. p. 128, 143, 147.

(3) Vid. Cap. XLII p. 206, et in Ann. n. *f*.

(4) Vid. Cap. XLIII, p. 210 et 211, et Ann. n. *b*.

(5) Samaritani, de Festis suis in Epistolis passim loquentes, eadem vulgo iisdem fere verbis repetunt. Numerus eorum ad *septem* refertur in Epist. 3â ad Ludolfum (*Repert.* T. XIII, p. 282 seqq.), et in Epist. 2â ad Samaritanos europaeos (*Repert.* T. IX, p. 8 seq., et *Not. et Extr.* T. XII, p. 162 seq. et 183 seqq.), cum quibus conf. locus, quem ex Epistolâ anni 1808 inserui in Ann. ad Cap. XXVIII, n. *a*. *Primum* est *Festum Paschatis*, s. *Panum azymorum*, quibus per 6 dies vescuntur. Sequitur 2) *Peregrinatio sollennis*, quae ab *Azymis* nomen habet, ad Montem Ġarīzīmi, quae incidit in diem ejusdem Festi septimum. Primo mane adscendunt, Lectio instituitur Legis, deinde Preces funduntur, et Benedictionem recitat Sacerdos. 3) *Festum Pentecostis*, die 50° post Sabbathum, quod in unum dierum paschalium incidit, celebratum, cujus Festi ultimo die, ut in Festo Paschatis, in Montem sacrum tendunt. 4) *Festum Clangoris*, dictum عيد الاذكار للتواقع (id est: *Festum commemorationis Tubarum*), sive brevius يوم الاذكار; quibus verbis respicitur זִכְרוֹן תְּרוּעָה (Lev. XXIII. 24). et تواقع Collectivum esse videtur vocis תְּקוֹעַ (Vid. *Not. et Extr.* l. l. p. 136 seq. et 154). Etiam dicitur *dies convocationis sacrae* (ibid. p. 165 et 177), et incidit in primum diem mensis septimi. 5) *Festum Expiationis*, (ibid. p. 137) dictum يوم الاستغفار من الذنوب النغار (*Festum condonatorum peccatorum turpium*), die 10° ejusdem mensis agitur. Per totam noctem, et totum diem sequentem, Lex legitur, Preces habentur, Hymni cantantur, et ad jejunium omnes obligantur, ex quo infans lactens solus excipitur. 6) *Festum Tabernaculorum*, quod in diem cadit 15um ejusdem mensis, et per 7 dies celebratur, per quos sub tentoriis degunt, et Montem quotidie adeunt. In *Tabulâ Neomeniarum*, additâ Epistolae, Salāmae anni 1820, dicitur الحجّ, et حجّ جميع البركات (*Festum omnium benedictionum*). Vid. *Not. et Extr.* l. l. p. 135—137. 7) *Dies* hujus Festi *octavus*, dicitur ࠏࠑࠓࠕ (ut apud Judaeos עצרת), et عيد الحبس (la fête de la retraite). Vid.

volo, sive *Dogmata*, quae tunc profitebantur, et *Sectas* temporis decursu inter eos exortas, et medio Aevo superstites. Hae quaestiones plus semel in hoc Libro aguntur. *Illa* potissimum. *Hanc* vero praesertim addimus, quia cum *illâ* intime connexa est, et ad *illam*, ut par est, illustrandam, vix omitti potest. Quae ergo de utroque argumento in Chronico traduntur, aliis testimoniis collatis, jam expendamus.

Plerosque veteres et recentiores Scriptores, qui de Samaritanorum Placitis exposuerunt, enumeravit GESENIUS, tum in *Commentatione de Samaritanorum Theologiâ ex Fontibus ineditis*, Hal. 1822 4°, tum in *Anecdotis Orientalibus* Lips. 1824 p. 12, not. 1, ubi monita in dictâ Commentatione paucis repetiit p. 11—15. Post GESENIUM, anno 1831 DE SACYUS Dissertationem scripsit, praefixam *Epistolarum samaritanarum Commercio* (1).

Ex Antiquioribus nonnullos GESENIUS omisit; in his HEGESIPPUM (2), THEODORETUM (3), JOH. DAMASCENUM (4), alios (5).

Ex Arabibus, praeter ÁBŪ'L-FARAGIUM, Christianum (6), mortuum anno 1286, et Samaritanum ÁBŪ'L-FATḫUM (7), ex Moslimis memorandi sunt MASŪDĪUS (8), mortuus anno Higrae 345 (956 post Chr. n.), ŠAHRISTĀNĪUS (9), mortuus a H. 549 (1154), ÁBŪ'L-FADAUS (10), mortuus anno H. 732 (1331), ÁL-MAQRIZĪUS (11), mortuus anno H. 845 (1441), praeter alios, MASŪDĪO et BIRŪNĪO, mortuo anno H. 430 (1038), fontibus utens.

Multi horum Scriptorum Samaritanos Judaeorum Sectis perperam annumerant. Gravior tamen nonnullorum recentiorum error est, qui de Samaritanis ita disputant, ac si inter ipsos una semper eademque, neque umquam mutata, Doctrina recepta fuisset. Falsum hoc esse, verbo ante jam indicavi (12), et vero ex collatis veterum et recentiorum

---

l. l. p. 136. coll. 150 et 154, et 166, 5 a. f., coll. 178. — De *Lustrationibus* classicus exstat locus in Epist. anni 1672. Vid. l. l. p. 168, coll. 178.

(1) *Not. et Extr.* Tom. XII.

(2) HEGESIPPI verba retulit EUSEBIUS H. E. Libr. IV, C. 22.

(3) THEODORETI *Haeres.* I. 1. Ed. SCHULZ. Tom. IV. p. 286—289.

(4) COTELERII, *Eccl. Gr. Monum.* 1, p. 282 seq.

(5) BASNAGEUS in *Hist. et la Rel. des Juifs*, et CELLARIUS *Coll. sam.* p. 34 seqq., memorant ORIGENEM περὶ ἀρχῶν Libr. IV. C. 2. ed. paris. p. 470, et φιλοκαλ. C. I, p. 14; PHILASTRIUM, de Haer. p. 4; LEONEM BYZANTINUM *de Sectis*, Act. 11. p. 502; NICETAM I, C. 35 p. 63. (*Bibl. Patrum* XXV, p. 63).

(6) *Hist. Dyn.* p. 116, ubi ille inter *judaïcas* Sectas Samaritanos 7° loco resenset, addens ipsos non nisi Legem (التّورية) recipere, *eamque proprio sensu sumtam.* Sic nempe vertenda sunt وهى مُجَسِّمَة, quae verba POCOCKIUS perperam reddidit p. 74: *suntque iidem corporeitatis* (in Deo) *assertores.*

(7) Vid. DE SACY, *Chr. ar.* I, p. 133 seqq.

(8) Vid. DE SACY. *Chr. ar.* 1, p. 342 seqq.

(9) Vid. DE SACY, l. l. 1, p. 363; in ed. CURETONIS part. I, p. ١v.

(10) Vid. a FLEISCHERO edita *Hist. Ante-islam*, p. 160, coll. DE SACY. l. l. p. 344.

(11) Vid. DE SACY. *Chr. ar.* p. ١١٣, coll. p. 305.

(12) Vid. *Commentarii* mei, p. 9.

Samaritanorum Placitis manifestum est. Haec autem diversitas quia ex Sectarum Historiâ illustratur, paucis primum de his Sectis, de quibus huc usque raptim tantum egimus (1), videndum.

Multa tamen hîc omitto, de quibus huc usque nihil certi constat. In his Sectae sunt, quarum non nisi *nomen* innotuit, v. c. *Sebuaei* (2), *Gortheni*, alii (3); tum ea etiam quae de *Zadoqo* et *Baitho*, Judaeis, feruntur, qui, ex Judaeâ profugi, Sadducaeorum Placita inter Samaritanos propagasse dicuntur (4); quamvis fatendum, profugos Judaeos magnam in Samaritanorum res efficaciam habuisse, et credibile est, varias Sectarum judaïcarum sententias nullam vim in eos exercere non potuisse.

De duabus potius Sectis verbo hîc loquar, quae quam saepissime memorantur, et quarum opiniones *praecipuas* partes designant, in quas Samaritani abierunt. Altera nimirum eorum, quae veteris Aevi Samaritanis placuissent, tenacissima erat, altera a melioribus, temporis progressu probatis, recipiendis haud aliena. Illa cum Sadducaeis et Qaraeis, haec cum Pharisaeis et Rabbanitis quodammodo conferri potest. Duas Sectas volo, quarum priorem arabici Scriptores, supra laudati, appellarunt *Dostānos*, id est *Dositheanos*, posteriorem *Cūšāni*tas. Arabice illi vocantur الدُستان, et الدستانيّة; hi الكوثان, الكوشانيّة, الكوشجان, et الكوسانيّة (5). Alio *illos* nomine nuncupat ABŪ'L-FADA*US* (6), ipsos dicens القانيّة; quod nomen illustratur ex loco ŠAHRISTĀNI*I* (7), qui tamen hoc nomen minus recte pronunciat الالفانية. Sed mox addit: ومعنى الدستانية الفرقة الكاذبة ومعنى الكوشانية الفرقة الصادقة الخ. Fabulosa quidem sunt, quae de Viro quodam ante retulit, qui inter Samaritanos 100 circiter annis ante Chr. prodiisset, ac *Prophetam* se esse jactavisset, a Mūsa nunciatum, et *Stellam*, cujus in Lege (Num. XXIV. 17) mentio fit: quae ficta esse videntur, postquam nomen *istud* invaluerat, et significatio ejus apud Vulgum in oblivionem abierat. Sed a vero ejus nominis sensu non multum aberat ŠAHRISTĀNI*US*, hanc *Sectam* dicens *mendacem*. Nimirum vocem القانيّة (sic videtur scribendum esse) derivem a لَقَا (*ius diminuit, neglexit*), ita ut significet Religionem *depravan-*

(1) Vid. supra, v. c. p. 37, n. 2.

(2) Dicti esse videntur a voce שְׁבוּעִים (*hebdomades*), quia, ut dicunt, annum incipientes a mense *Tischri* eoque mense *Festum* agentes *Paschatis*, *Festum Pentecostis exeunte autumno* celebrabant.

(3) De *Gorthenis*, quos NICETAS *Serothenios* nuncupat, locutus est HEGESIPPUS, apud EUSEB. H. E. IV. C. 22, vivens ante EPIPHANIUM, cujus locus merito princeps est. Porro THEODORETUS, l. l. p. 283.

(4) Vid. Liber יוחסין p. 23, et CELLARII *Collect.* p. 32, LIGTFOOT Opp. I, p. 464, et J. J. HOTTING. *Diss. de Samarit. Pentas*, p 416.

(5) Vid. DE SACY. l. l. 1, p. 341.

(6) *Hist. ante-isl.*, p. 160 l. 13, coll. DE SACY, l. l. p. 344.

(7) Ed CURET., p. ١٧٠, cum quo loco conf. DE SACY, l. l, 1, p. 363.

tes, sive *corrumpentes*. Altera dicitur *Secta veridica*, qui titulus latere videtur in voce corruptâ الكوشانية. Hacc nempe orta sit ex voce القُشْطانيّة. Minime enim, ut conjecit DE SACY*US* (1), nomen illud mutandum est in الكوثانية, ac si a כּוּתָה (2 Reg. XVII. 24) derivandum esset. Conferendum est קֻשְׁט, *veritas*, cujus loco Arabes, hoc non intelligentes, et *Cūtāni*tarum nomen cogitantes, *similibus* Literis permutatis, illud substituerunt.

Quomodo ABŪ'L-FATḫ*US* hocce nomen scripserit, non liquet. In loco enim, ubi *Dositheanos* perstrinxit (2), nomen non occurrit. Ipse tamen fuisse videtur القشطانىّ, sive الموسوىّ, quae nomina promiscue usitata fuerint. *Dositheani* nimirum dum a DOSITHEO nomen habebant, altera Secta suam originem ad Mūsa*M* referebat, quo nomine nullus alius titulus honorificentior ipsi visus sit (3).

Dositheanis tamen, atro carbone quippe notatis, multa perperam imputantur. In his, quae ABŪ'L-FATḫ*US* l. l. excitat, ipsos *abolevisse Festa legitime sancita* (اعياد الحقّ), et *omnia Instituta, a Patribus tradita*. *Hoc* certo falsum, *illa* vero accusatio cum aliâ ipsorum consuetudine fortasse cohaeret, quae deinde memoratur, *Tabulas astronomicas* [a Sacerdote summo sichemitico editas] *missas facere* Dositheanos, et *omnes menses* ad numerum redigere *30 dierum:* quod si facerent, necesse erat, ut Festa alio tempore, atque reliqui Samaritani, celebrarent. Falsa etiam sine dubio est querela, ab EULOGIO tradita, DOSITHEUM *Mosis Octateuchum* (?) *innumeris fere locis corrupisse*, quae orta sit ex *aliâ* multorum locorum interpretatione, quam is, sepositâ receptâ opinione, probaverit (4).

Ea, quae ABŪ'L-FATḫ*US* ceterum enumerat, collatis aliorum dictis, certo vera sunt. Dicuntur nempe Legis Instituta religiosissime observare, in primis praecepta de iis, quibus cavendum est, ne quis *immundus* fieret, adeo ut *ipsis* praesertim conveniat nomen لامساسية (5). Summa ergo cum cautione versabantur in cibis eligendis et parandis. Nomen ࠉࠄࠅࠄ non enunciabant, sed ejus loco substituebant ࠀࠋࠄࠉࠌ. *Jejunia* tamen (*recentioris* quippe originis) omittebant, pariter atque תענית. Ne *Sabbathi quietem* violarent, jumentis alimentum et potum die Veneris apponebant; *suum Pontificem* habebant, de cujus ortu reliqui Samaritani parum honorifice loquebantur. Negabant denique, ut tradit ABŪ'L-FADẖ*US* l. l., *Vitam futuram*, et praemia ac poenas ad *hanc* Vitam tantum referebant. Verbo igitur, *Sadducaeorum* instar, solius Pentateuchi effata

(1) l.l. I, p. 341. (2) DE SACY. l.l. p. 334. (3) Vid. supra p. 37. n. 2.

(4) *Sic* nunc potius statuo, quam ut hanc criminationem derivem ex *graecâ Versione*, quam DOSITHEUS parasset, quod conjeci in *Commentt. in Hist. Gent. samarit.* p. 56, n. 1. Collatâ saltem *Dositheanorum tenacitate priscorum Institutorum*, quâ *Sectae conditor* non minus conspicuus fuerit, quam *Sectatores* deinde viventes, *Versio* Legis illi vix tribui potest. (5) Vidd. DE SACY. l. l., p. 334, et dicta EPIPHANII, *de Haeres.* I, Haeres. IX.

probabant, et quae temporis decursu introducebantur, et recepta erant, rejiciebant.

Quo igitur *tempore* circiter *Dositheanorum* nomen exstiterit, gravi dubio obnoxium esse nequit. Quia scilicet priscis ii Institutis et Placitis adhaerebant, fieri non potuit, ut prius ortum sit, quam novorum Institutorum novorumque Placitorum Patroni prodiissent, qui, quum majorem in dies auctoritatem nacti essent, eo processissent audaciae, ut aliter sentientes damnarent, et *haereticorum* notâ insignirent. *Dositheanorum* ergo nomen nondum invaluit, quum Sadducaei et Pharisaei litigandi *initium faciebant;* hoc enim tempore, si *Dositheani* a reliquis se separassent, hi potius, ut Sadducaei, qui *justos* (צַדִּיקִים) se vocabant, hoc aliove ejus generis titulo se ipsi ornassent. *Dositheanorum* enim nomen ipsis, ut *Christianorum* Christi Asseclis, ab adversariis datum esse videtur, tempore igitur, quo inter Judaeos Pharisaei superiores, ac Sadducaei inferiores evaserant, et illorum Socii, sive potius studii Rerum sacrarum, recentioris aevi postulatis accommodandarum, Patroni inter Samaritanos item principatum tenebant. Nam fieri aliter non poterat, quin studia, *orta ex temporum conditione*, quae hanc ob causam Judaeos excitabant, in Samaritanos etiam suam vim exsererent, praecipue postquam ipsa fervebant inter Judaeos, quos Samaritani vel inviti imitabantur, et quibus perpetuo aemulabantur

His igitur studiis se opposuit Dositheus, Vir, ut ex multis Scriptis apparet, quae edidisse dicitur (1), sine dubio doctus. Aetas ipsius ex Abū'l-fatḥi opinione in eadem fere tempora, quae indicavi, incidit, *sub Joh. Hyrcano*, Simonis filio; et eodem tempore Šahristānīus narrat, prodiisse *Al-lafān*um, cujus *nomen* quidem fictum, et quae de eo referuntur, fabulosa sunt, sed Fabula *rei vere gestae* innititur. Minime ergo cum Simone *Mago* ille confundatur, nec duo Viri statuantur, nomen Dosithei gerentes, quorum alterum *Sanheribi*, alterum *J. C.* aetate vixisse, nonnulli contenderunt (2).

Dositheani, postquam aliae Sectae jam dudum oblivioni fere traditae erant, superfuerunt. Memorati apud Hegesippum, Epiphanium, Tertullianum, Origenem, Hiëronymum, et alios graecos latinosque Scriptores, apud Moslimos etiam, et ipsum Abū'l-fatḥum (sec. XIV medio), occurrunt. In nostro quidem Chronico de iis non fit mentio, verum, quia Auctor non *Dogmaticum*, sed *Apologetam* egit, nec *universam* Historiam, sed tantum *partes selectas*, ipsius consilio aptas, narravit, hoc non mirandum est.

Nec mirum item, etiam si in exiguo Samaritanorum numero nulla amplius hujus Sectae vestigia *nunc* reperiantur, tamdiu eam *olim* fuisse superstitem. Haec enim quia studium, quod diximus, repraesentat, necesse erat, ut identidem novos animos acciperet, ubi rerum novarum introducendarum ardor denuo excitaretur. Ut ergo olim prodiit, ut *his* rebus

(1) Vidd. *Commentarii* mei l. l.

(2) De his Judaeorum somniis, in Libro יוחסין narratis, et a Recentioribus exornatis, vid. Cellarii *Collectt.* p. 35.

se opponeret, tempore quo Judaei in varias partes scindebantur, ita denuo surgere debebat sub Moslim*orum* dominatione, quum timendum esset, ne germana Samaritanorum Placita a formâ antiquâ, et a priscâ simplicitate magis etiam degenerarent.

Dolemus profecto Dositheanorum Scripta, quibus ipsorum opiniones continentur, nondum esse reperta; quam ob causam de iis, quae *universe* indicavimus, sigillatim exponere non possumus. Illa tamen verissima esse, apparebit, credo, si reliquorum Samaritanorum, qui *veridicos*, sive *orthodoxos* se esse jactabant, *Instituta* et *Dogmata*, *temporis lapsu mutata*, consideraverimus.

Multa, ut hinc exordiamur, quae Abu'l-fatḥ*us* in sui temporis Dositheanis perstrinxit, Samaritani, qui *veridicorum* titulum sibi arrogabant, cum illis *olim* habebant communia. *Primum* illi ab his non distincti esse videntur *novis Institutis* ac *Placitis*, sed *severiore* et *rigidiore Praeceptorum mosaïcorum observatione*. Doctrinam v. c. de *Angelis*, de *corporum Resurrectione*, et *Vitâ futurâ*, testibus Ecclesiae Patribus (1), Samaritani sine discrimine *olim* negabant; *postea* vero plerique, quod ex *Carminibus*, a Gesenio editis, ex *Chronico* nostro, et ex *Epistolis* efficias, certo probarunt.

Nec recentiore aetate Dositheanorum adversarii *eadem omnes* profitebantur. Plures enim de singulis Religionis capitibus opiniones in eâ Gente circumlatas fuisse, ex Opere novimus Abū'l-ḥasan*i* Tyrii, *de Ritibus et Dogmatibus Samaritanorum*, cujus Codex MS. servatur in Bibliothecâ bodlejanâ, a Gesenio paucis descriptus (2). Vixit nempe, ut videtur, Abū'l-ḥasan seculo circiter X medio, aut ad finem vergente, ac certo post Sa'adīa*m*, mortuum anno 942° p. C., cujus Versionem, ante quam Abū-Sa'īd novam Versionem conscripserat, collato Codice hebraeo-samaritano, Samaritanorum usibus accommodavit (3).

His tamen dissensionibus, ut in mediis litibus Islām*ismus*, ita Samaritanorum Cultus et Religio non tollebantur. Salvis modo Placitis de *Dei Unitate*, de *Cultu in Monte garīzīm*itano *celebrando*, de *solius Pentateuchi* auctoritate, reliquis Libris sacris Judaeorum et ipsorum Traditione sepositis, de *Mūsâ unico Prophetâ*, — his, inquam Placitis, sive *omnibus*, sive *plerisque*, quibus ab aliis, et a Judaeis potissimum, distincti erant, servatis, opiniones, quas olim non curaverant, et cum Doctrinâ aliquando receptâ conjungere poterant, recipere non dubitabant, quibus vel probatis *Samaritanorum* nomen servabant.

Ac multae fuerunt causae, quibus effectum est, ut iis maxime temporibus Samaritanorum de Rebus sacris opiniones adeo mutatae et amplificatae sint. Multa nempe ii, ut vidimus, a *Judaeis* mutuare haud desinebant. Reputemus modo, quae in hoc Chronico de *vi miraculosâ Nominis divini* (Cap. II), de *gemmis Pectoralis pontificii lucentibus*, si quae

(1) Vid. Gesen. *Anecd. sam.* p. 94 in notâ.

(2) l. l. p. 13 u. g.

(3) *Orientt.* II, p. 117 seq.

Tribus bene egisset, sed *obscuratis*, si in culpam incidisset (C. XVIII), *de lectione Codicis sacri ad noxia quaevis arcenda* (Cap. XXIII), traduntur.

Quanta porro *Islām*ismi universi in Samaritanos fuerit efficacia (1), tanta speciatim etiam *Sectarum*, quae inter Moslimos deinceps ortae sunt. Quarum contentiones ut aliter sentientium ingenia excolere, ac mentem acuere solent, ita Samaritanos moverunt, ut ea, quae ante vix attenderant, diligentius considerarent, et severiori submitterent examini.

Quam vim hae Moslim*orum* Sectae in *Judaeos* habuerint, *Mūscabi*tarum (المُوسكابيّة) exemplum docet. Hi, sic dicti a *Mūscā* (موسكا) quodam, et in Mesopotamiâ orti, statuebant non *ipsum Deum*, sed *Angelum* ad Mūs*am* locutum esse, et *Mohammed*em Prophetam agnoscebant, verum non ad *Judaeos*, sed ad *Arabes*, et *reliquos Populos* missum (2).

Similia fere inter *Samaritanos* propagata esse, ex multis liquet. Opinionem puto v. c., in nostro Chronico (Cap. XLVII sub finem) obviam, *praeter Mūsam alios item Prophetas* fuisse; tum etiam Poëtae cujusdam (3) dictum, *Adam*um *e pulvere Safrae montis esse creatum*; et Moslim*orum* sententiam, quam, *Samaritanis scribens*, perstrinxit Abū'l-ḥasan, de Qor'ano *divinitus demisso*, *et non creato;* unde efficiendum est (nisi statuas eum *sine causâ* refutasse errorem, inter Samaritanos non receptum), ad *Mūscabi*tarum exemplum inter Judaeos, ita inter Samaritanos nonnullos fuisse, qui Moḥammed*i*, et Qor'ano insignem auctoritatem tribuerent (4).

Sectarum potissimum, quae in *locis*, *ubi degebant Samaritani*, in Palaestinâ volo, Aegypto, Damasci, fremebant, vis non otiosa fuit, ac earum maxime, quae ét *magno Doctrinae suae propagandae ardore ferebantur*, ét vero hac in re *prudenter* agebant, ac *Placita* profitebantur, quae *Samaritanis*, primo saltem obtutu, *grata* ac *vera* esse viderentur. In his Secta fuit *Druzorum*. Hi enim Dei *Unitatem*, tam alacriter defendere studebant, ut ipsi *Unitarii* (المُوَحِّدُون), et Religio ipsorum *Dei Unitatis Professio* (التَّوحِيد) dicerentur. Quae porro de *Deo*, ejusque *Naturâ*, *ab hominibus haud intelligendâ*, aut *definiendâ*, statuebant, Samaritanis item placere debebant. De Prophetis, Adamo, Noacho, Abrahamo, ea tradebant, quae ipsis minori erant offensioni, quam Judaeis,

(1) Supra dictis p. 66 et seqq. addendae sunt *Preces*, saepe in Chronico nostro memoratae. Summum his ibi pretium statuitur, v. c. C. XXXVIII, Cap. XLVII et ineunte Cap. XVII, ubi Jūša'a *Preces nocturnas* statuto tempore effudisse fingitur. Credibile quidem est, Preces apud Samaritanos et Judaeos cum Sacrificiis junctas, aut separatim pronunciatas, per aliquot secula jam usitatas fuisse; sed ét *Preces*, ét *Jejunia*, ét *Peregrinatio in Montem Garīzīmi*, cujus in Epistolis saepius fit mentio, vigente Islām*ismo*, Moslim*orum* exemplo diligentius observata, et magni habita sunt.

(2) Vid. locus Šahristāni*i* ap. de Sacy. *Chr. ar.* I, p. 362. Exemplum efficaciae *Christianorum* in Judaeos videmus in *Cypricis*, qui *Sabbathum die Solis* celebrabant. Vid. Binj. Tudel. *Itin.* ed. l'Emper. p. 30.

(3) Vid. Gesen. l. l. p. 101 seq.

(4) l. l. p. 13.

Christianis, Moslim*is*; et quae de Mūsā, ejusque Vicariis, Hārūno et Jūša:â ab iis ferebantur, Samaritani non probare non poterant. Grata plerisque sine dubio erant, quaecunque in Druzorum Libris adducebantur ad celebratam Mohammed*is* auctoritatem infringendam, et nomen praesertim, quod Moslim*is* pariter, ac Judaeis, et Christianis dabatur, nomen *Errantium*, et *Idololatrarum*. *Praecepta* deinde *moralia* Samaritanis primâ fronte displicere non poterant, Praeceptum in primis princeps *vera dicendi* (1). *Privilegia* denique, quae tum aliis, tum iisdem, ab Hākimo concessa sunt, ipsorum animos cum eâ Religione magis conciliare debebant. Quo gravior enim, tradente Al-Maqrīzīo, tam Judaeorum et Christianorum, quam Samaritanorum ante fuerat afflictio, eo laetior anno H. 408 ipsorum conditio fiebat. Tunc enim sublatum est Mohammed*is* decretum de Incredulis debellandis, atque omnibus, tum Moslim*is*, tum Christianis et Judaeis, data est facultas suam Religionem profitendi, et iis, qui vi olim coacti fuissent ad *Islām*ismum amplectendum, ad Sacra sua redeundi, ac Synagogas restituendi (2).

Hamzâ auctore ista Druzorum Doctrina primum propagata est. Hic praeterea docebat, Deum, postquam olim variis modis per Prophetas, ac deinde per Mohammed*em* se manifestasset, per Hākim*um* postremo loco conspicuum se reddidisse, et hunc, anno quippe H. 411 mortuum, hoc tantum consilio disparuisse, ut postea rediret ad consummatam victoriam suae causae parandam. Sibi (Hamzae) interim Religionis propagandae curam commissam esse, ut omnes ad hanc amplectendam moveret (3).

Druzorum Doctrina brevi etiam per regiones vicinas percrebruit (4). Haec enim summâ cum prudentiâ et astutiâ tradebatur, quâ in re ejus Religionis Ministri, exemplum *Bate-*

---

(1) De *Druzis* de Sacy. deditâ operâ exposuit in *Chrest. ar.* I, p. ٥٠, coll. p. 93 seqq., et 112 seqq., ubi Historiam tradidit Kalifae Hākim-bi'amri'lla, ab Al-Maqrīzīo conscriptam, et ibid. II, p. ٩٨, coll. p. 191 seqq., ubi druzianorum Librorum fragmenta exhibentur. In primis vero inspiciatur Opus ipsius postumum, *Exposé de la Religion des Druzes*, 2 voll. 8°, Paris 1838. Hic vid. II, p. 361 seqq., 523, cet. de Doctrinâ de *Deo*. De *Prophetis* vid. *Chr. ar.* II, p. 250 seqq., et *Expos.* I, p. CVI seq.; de Praecepto *veracitatis* ibid. I, p. CCCCLXI et CCCCLXIV, II, p. 268 seqq., 304, 647 seqq. Hujus tamen Praecepti sensus non erat, *vera dicere*, sed *profiteri Religionem*, *quae Veritas dicebatur*, ac *nullo*, in commercio *cum Druzis*, *uti mendacio*. *Mentiri* enim licebat, si necesse esse videretur, et in colloquiis cum hominibus, Druzorum societati non adscriptis.

(2) Vid. *Exp.* II, p. 515 seqq., et I, p. 158. Praeterea *Chr. ar.* II, p. 240, n. 32, et *Exp.* I, p. CCCXCV seqq.

(3) de Sacy. *Exposé* I, p. I seqq., CCCLXXXVII seqq., p. 1 seqq.

(4) De hac Doctrinâ, Hākimo regnante, per Aegyptum, Palaestinam, et Damasci, propagatâ, vid. de Sacy. l. l. I, p. CCLXXII seqq., et (ubi de turbis *Accone* motis, fit sermo) I, p. 142, II, p. 160. In Palaestinâ et Damasci hanc Doctrinam docebat Šeik *Morthada*, sive *Sikkīn*, cui additi erant 18 Ministri, quorum 12 titulum gerebant الداعى, et 6 dicebantur المأذون. Ipse Morthada mandatum ab Hamzâ acceperat Doctrinae propagandae per tractûs Jordanis, in terris Māb*itarum*, 'Ammānit*arum*, Emessae, Palmyrae, Salamîae, Damasci, per Batanaeam, et Hauranitidem. Vid. de Sacy. II, p. 336 seq., ubi aliae etiam *διοικήσεις* memorantur, aliis alibi assignatae.

*ni*tarum, et praesertim *Ismaëli*tarum, callidissime in suos usus convertebant (1), quorum Doctrina a Druzorum Placitis parum differebat (2). Eos ergo Druzi sequentes, varias artes machinabantur in novis sociis adsciscendis (3). Dubia primum movebant, quibus fides, Placitis habita, quae quis ante amplexus esset, labefactaretur. Mox sua, ac primnm, quae cuique probata erant, et facile poterant intelligi, adducebant. His deinde nonnulla paulatim interponebant, ei Religioni priva; verum abstrusa, et quae plerisque offensioni essent, aliis *diu*, aliis *semper* reticebant. Cujusque porro Religionis rationem habebant. Coram Moslim*is* isti summam fingebant Moḥammed*is* venerationem; in mediis Christianis Christianos, inter Judaeos Judaeos se esse simulabant (4). Sagacissime Qor'ano, Euangeliis, Pentateucho, utebantur, quorum tamen Librorum sensum pervertebant, et misere torquebant (5).

Tradebatur haec Doctrina aut publice, *orationibus habendis*, aut privatim, *sermonibus* cum hominibus instituendis. Samaritani ergo, vel inviti, Druzorum Legatis occurrebant, cujusmodi quam bene ipsi noverint, ex Cap. XLI hujus Chronici videmus, ubi *Gentium Legati*, et ipsorum *munus*, atque *agendi ratio*, coloribus depinguntur, ex Islām*ismo* sumtis, et cum Druzorum الحُجَج s. الدُعاة convenientibus.

Nec *ore* tantum ii Druzorum Ministri docebant, sed et *Scriptis*. Haec vel *erudita* erant, quae ab *Initiatis* solis intelligi poterant (6), vel propter rerum et dictionis simplicitatem *vulgari captui accommodata* (7). Frequenter utebantur *Parabolis* (8), et saepe *Epistolae* propagabantur, quarum haud pauca specimina exstant. Nec *Viros* in iis tantum alloquebantur, sed etiam *Foeminas*, ad quas *solas* ipsae interdum mittebantur. Superest v. c. Epistola *major* et *minor* ad *Puellas aegyptias* (9), et ad *Mulieres unitarias* (10).

---

(1) de Sacy. l. l, I, p. LXXIV seqq., in primis p. CXLVIII seqq. De Ismaëli*tis* loquens, eos cogito, qui a Gallis dicuntur *Ismaéliens*.

(2) de Sacy. l. l. I, p. CCXXVII—CCXL, et p. 84 seqq., 112 seq.; II, p. 19, 30, 275 seq., 314, 319, 384, 388 seq., 470 seq.

(3) de Sacy. *Chr. ar.* I, p. 157, n. 39, coll. p. 140, 184 n. 65, et *Exposé* II, p. 397 seqq.

(4) Vid. *Exposé*, II. p. 383.

(5) Vid. *Exp.* II, p. 399, 501, 667 seqq. De Qor'ano exempla passim occurrunt. V. et N. T. mentio saepe fit, sive *sensum* locorum, sive ipsa *verba* tradunt. De V. T. vid. II, p. 148, 180, 356, 501, 522, 528 seqq. De N. T. II, p. 96, 105, 147 seqq., 199 seqq., 293 seqq., 327 seqq., 340, 468, 481, 483 seqq., 528 seq., 534 seqq.. 559, 578, 583, 636. De Euang. *Joh.* vid. p. 253 seqq., 531 seq., 551. Etiam *Symbolum* citatur *apostolicum* II, p. 532 seq.

(6) *Chr. ar.* II, p. ٧٩ seqq., coll. p. 202 seqq., et 243 n. 60.

(7) *Chr. ar.* II, p. ٩٩, coll. 221 et 275 seq., et p. ١٠٠, coll. p. 222, et *Exposé* II, p. 608.

(8) *Chr. ar.* II, p. ٩٣, coll. 215 seqq.

(9) *Chr. ar.* II, p. ٩٨, coll. 219 seqq., et ١٠١ seq., coll. p. 223 seqq., et 277.

(10) *Exposé* I, p. 107 seqq.

Non unam ob causam memoratu digna est Epistola ad Israëlitas (1), quae in multis Druzorum Scriptis (2) unicum quidem, sed disertum est testimonium, Hamzae Sectatores non inter Moslimos tantum et Christianos, sed inter Judaeos item socios nactos esse. Ex titulo id jam elucet: الرسالة الاسرائليّة الدامعة لاهل اللدد والجحود اعنى الكفرة من اهل شريعة اليهود, id est: *Epistola ad Israëlitas, quae pudore suffundit* (s. *refutat*) *graviter litigantes, et tenaciter negantes*, (id est *Druzis se opponentes*), *nimirum ad eos, qui ex Judaeorum Gente, quae Legem sequitur*, (*Druzorum Doctrinae*) *fidem non habent*. Judaeos ergo nonnullos ad Hamzae partes transiisse, inde novimus, de quibus tamen Historia nihil tradidit.

Samaritani in dictâ Epistolâ non compellantur. Hîc tamen Moslim*orum* more Judaeorum Sectis non annumerati esse videntur. Ejus enim Epistolae Auctor est Abū'l-hasan Alī-ben-Ahmed Attāī As-samukī, cognominatus *Bahā*o'd-*din*, 5us Druzorum Minister, olim *Christianus* (3), Vir doctissimus, cui talis error et ἀκρισία vix tribui possit. Praeterea, si Samaritanos una cum Judaeis alloqui voluisset, illos hac Epistolâ certo non cepisset, quia non *Pentateuchum solum* ibi citat, sed locos item ex *Libris Psalmorum*, *Jesajae* et *Malachiae*, quae Scripta rejiciunt Samaritani. Major Druzorum est calliditas, quam ut adeo stupide agerent.

Si quando Samaritani appellentur in locis, a DE SACY*O* editis, in aliâ fortasse spectentur Scriptione Bahāo'*d*-dīn*i* (4), ubi tamen DE SACY*US* opinatur, intelligi *Druzorum Ministrum*, qui Religionis eorum Placita corrupisset, et persecutionis, in ipsos concitatae, auctor fuisset. Locum maximam partem gallice tantum tradidit, et sic vertit: » Dieu les arrêtera, car » ils ont renoncé à l'obéïssance qu'ils devaient au directeur, à l'imam, à celui qui est la justice » (Hamza); ils ont sécoué et rejeté le joug de la doctrine unitaire. Par un effet de » leur orgueil insensé, ils ont reconnu pour leur imam le lepreux, l'homme hagard, » qui se nomme le dieu des promesses; ils sont retournés à leur origine impure en cro-»yant à des dogmes ridicules et absurdes. Au moment de la séparation ils sont retournés » à leur séjours (primitifs), à cause de la corruption de leurs coeurs et de leurs méchantes » actions . . . . . Ces hommes ne se sont point abstenus des actions illicites, ils n'ont » fait aucune reflexion au jugement, et à la retribution, que doit exercer le chef de la » religion. Et comment l'auraient ils fait ces hommes et leurs semblables, qui dans les » âges passés ont allumé le feu des persécutions contre les unitaires."

Hoc loco Bahāo'*d*-dīn in certos quosdam fortasse Samaritanos invehitur, qui, post quam

(1) Vid. *Exposé* l. l. I, p. CCCCXCVIII.

(2) Catalogus eorum exhibetur *Exposé* I, p. CCCCLXVI—DXVII.

(3) l. l. II, p. 297 seqq. *Christianum* eum fuisse, apparet ex II, p. 143 seqq., 199 seqq., 253 seqq., 293 seqq., 340 seq., 480 seq., 530 seqq.

(4) l. l. II, p. 418.

Druzorum Placita probaverant, summi Sacerdotis auctoritate moti, ad suam Religionem redierant. Ipse Sacerdos ibi dici videtur 1) *leprosus* (الابرص), quo nomine Judaei et Samaritani ab aliis Gentibus haud raro notantur; 2) *is, qui apertis et saevis oculis intuetur* (المحملق); 3) *Deus promissionum* (الله المواعيد), quia Dei promissa in mentem revocaverit, promissum fortasse de *Prophetâ mittendo* Deut. XVIII. 18, ne quis putaret, Ḫākim*um* Prophetam esse, ibi nunciatum. *Reditus* ergo *ad domicilia* (primitiva) reditus est ad Proavorum Religionem, cujus sedes erat Mons Garīzīm*i*. *Persecutiones* denique *Unitariis* olim ab iis illatae, *hostiles* sint *veterum* Samaritanorum molestiae et insidiae, quibus Judaeos post reditum ex captivitate circumveniebant: quae, si Druzorum cuidam, Baḫāo'*d*-dīno, quondam Christiano, ex V. T. notae esse potuerunt.

In idem fere tempus Carmen *quintum* cadere videtur, a Gesenio in *Anecdotis* editum p. 33—36, coll. p. 85—91, quod tribuitur للشيخ الصفى ابو (ابى .l) الفتح بن الشيخ المرزرز يوسف. *Afflictio* ibi spectetur, Samaritanis ante annum H. 408, regnante Ḫākimo, illata (1). Tempus nempe calamitosissimum eo in Carmine describitur, quocum vix alia afflictio magis convenit. *Damasci*, ubi Ḫākim*i* auctoritas etiam valebat, Poëta vixerit. Depingitur calamitas vs. 5, 18, 22 (coll. p. 86 et 88), et *mortis periculum*, quod Auctori etiam imminet, vs. 10 (coll. p. 88). *Nullus* Samaritanis amplius superest *auxiliator*, vs. 8 (coll. p. 87), gravibus afficiuntur *contumeliis* vs. 18 (2). *Ministri Synagogarum* (quas multas habebat Damascus, ut ex Codicum, postea inde delatorum, Subscriptionibus apparet), *munere moti erant*, et *vilia judicia*, vs. 11 (coll. p. 88). In *vitae discrimine* versabantur Samaritani vs. 14 (coll. p. 89). *Opprimentium* magnus numerus, et *pessima* ipsorum *consilia*, vs. 12 (p. 88). Vocantur isti *inimici*, *osores*, *oppressores potentes*, vs. 4, 7, 12, 14, 21. In *unum* tamen prae ceteris invectus est Poëta, in *Kalifam* puto, sive *Praefectum damascenum*. *Hostis* hic vocatur et *heros* (vs. 3), *inimicus*, *cujus manus ad Samaritanorum perniciem extensa est* (vs. 11, cff. pp. 85, 87, 88).

Carmen *sextum*, cujus fragmentum Gesenius tantum edidit p. 36—38, coll. p. 91—93, post finitam persecutionem, sive post Ḫākim*i* mortem, scriptum sit. *Laeta* ibi celebratur *rerum conversio*, (vs. 15, 16, 21; et cum vs. 16 conf. IV, 4), quae *Deo* accepta refertur, qui dixerat: *ne sint Dii praeter me* (vs. 21), quo Ḫākim*us* perstringi videtur, qui *Deum* se vocaverat.

---

(1) De eâ persecutione vid. de Sacy. Chr. ar. I, p. ٥٨, coll. p. 100, et ٩٠ seqq., coll. 102, 103, 105, et ٩٩ coll. 108 et 172; et *Exp.* I, p. CCCIII seqq., CCCXXIX seq., CCCXXXV seqq., CCCXLI seqq., CCCLIX seqq. CCCLXVIII, et 157 seqq.

(2) Jusserat nempe Kalifa anno 395, Judaeos et Christianos *vestes* gerere *alius coloris*, quam Moslim*i* utebantur, et *insignia* iis addere, quae risum moverent. Vid. de Sacy. *Exp.* I, p. CCCIX, coll. CCCXLII, CCCLIX seq.

Druzorum Doctrinam Samaritani, postquam ex iis angustiis evaserant, Ministrorum et Legatorum operâ demum cognoscere coeperint; quorum illecebris nonnulli illorum *capti* primum fuisse, pauci vero ei Doctrinae *adhaesisse* videntur. Plerique exemplum secuti sint eorum, quos in laudatâ Epistolâ Bahāo'*d*-din*us* perstrinxit, et qui ipsam non amplecterentur, ab eâ, in dies melius cognitâ, et deinceps item corruptâ, magis magisque abalienati sint. Druzorum enim Doctrina ab Hamzâ, et a quatuor, qui eum secuti sunt, Ministris integre quidem servata, sed deinde, a *Nosairi*tis in primis, depravata est, cujus rei initia jam dudum ante conspicua fuerant (1).

Ab eo praesertim inde tempore Samaritani privatim et publice Druzorum erroribus se opponere coeperunt. Ex citatis Carminibus dicta nonnulla huc fortasse referenda sunt, Hamzae placitis prorsus opposita: *Deum*, v. c. *solum Orbem Terrarum creasse*, *nemine intercedente* (2); ac *nullam sine Deo esse Resurrectionem* (3), quo nomine in Druzorum Systemate appellatur *Religionis unitariae triumphus;* deinde Mūsa*m* *unicum* esse *Legatum,omniumque temporum Prophetam*, *et revelationis terminum*; quare recentiores, qui *Prophetarum titulum sibi arrogaverant*, et *in Samaritanos, et socios ipsorum graviter saevierant*, omnes dicuntur *mendaces* (4).

Si in *Chronico* nostro Druzorum errores spectantur, in censum veniat Cap. XV, p. 75. Ibi Auctor *Aeram* tuetur *Samaritanorum*, et hanc *veram* esse docet: quod contendens, *Judaeos* fortasse, *Moslim*os, et *Christianos*, ob oculos habuit; sed fieri etiam potuit, ut *Druzos* ille simul perstrinxerit. Horum enim Aera, quam hodieque observant, ab anno incipit 408 Higrae, quo Hamza prodiit, ac Hākim*i* Legatum, sive Intelligentiam (عقل) se professus est (5).

Saepius certo de Druzis in hoc Chronico sermo fuisset, si Auctor ipsius seculo ante vixisset. Ipsius enim aetate vix amplius eos attendebant. Turbae enim, cum primis, quibus condebatur Secta, temporibus conjunctae, jam dudum erant sedatae, et ipsarum memoriam aliae res gravissimae, quae deinceps inciderant, fere deleverant.

Minime tamen in Samaritanorum animis obliterata erant *vestigia*, Druzorum aliarumque Sectarum ἐνεργείᾳ iis impressa. Huic rei nimirum tribuendum est, Samaritanos *Dictioni qor'an*icae adeo assuefactos, et *novas opiniones* amplectendi capaciores redditos esse; quae opiniones, aliquando propagatae, ansam dederunt, ut ipsorum Religionis Doctrina,

(1) Inter eos, qui hanc Doctrinam corruperunt, praeter Nosairi*tas*, praesertim memoratur *Neschtekin Darazi.* *Catechismus Druzorum*, qui fertur, in multis item Doctrinam tradit, Hamzae et 4 ejus Successorum dictis adversam. In tradendis *moralibus* Praeceptis, Catechismus ille germanâ Hamzae Doctrinâ multo est inferior (*Expos.* II, p. 689, 691 seq.).

(2) Vid. Gesen. l. l. p. 25, coll. 61, et p. 33, coll. 85.

(3) Vid. Carm. V, 13, p. 35, coll. 89.

(4) l. l. VII, 7 seqq., et 16, p. 38, coll. 95 seq.

(5) de Sacy. *Chr. ar.* II. p. 246, n. 73; p. 263, n. 107; p. 271, n. 115; et *Expos.* I, p. CCCCLXVIII, p. 98. seq., 101 seqq., 115 seqq., 121 seq., et II, p. 157.

Judaeorum efficaciâ paulisper jam mutata, magis etiam deinde amplificaretur simul et exornaretur.

Exemplis, ex nostro Libro desumtis, haec probemus; potissimum, quia multi, qui de Samaritanorum Dogmatibus jam exposuerunt, *aliis* Fontibus, ac hujus Chronici *Fragmentis* tantum utebantur. In hac autem disputatione, quod operae pretium esse videtur, Carmina a GESENIO edita, cum Chronico comparemus, quorum aetas a tempore, quo illud scriptum sit non valde distat. Carmen nimirum V^um et VI^um, si, ut probavimus p. 120, seculi sunt XIi ineuntis, alia videntur recentiora. Mirus v. c. est consensus nonnullorum Commentorum, quae in Carmine IV° obvia sunt, et in Chronico leguntur (1).

Primum consideremus Doctrinam de *Angelis*, de quibus in Chronico saepissime fit sermo. Samaritanos *Angelorum exsistentiam* negasse, tradiderunt EPIPHANIUS et LEONTIUS (2), seculo, ut videtur, vivens VII°. Superant seculo XII°, qui hanc Doctrinam improbabant, quos refutavit ABŪ'L-ḥASAN, in Libro saepius laudato, ubi Dogma de Angelorum exsistentiâ defendit (3). De iisdem loquitur AL-MAQRĪZĪ*US*, in loco, quem edidit DE SACY*US* (4). De *Zanādiqat*is his verbis ille mentionem facit: والزنادقة وهم من جنس السامرة وهم من الصدوقية فيكفرون بالملائكة والبعث بعد الموت وبجميع الانبياء ما خلا موسى; id est: *et Zanādiqat*ae *sunt ex Gente Samaritanorum. Hi vero ex Sadducaeis oriundi. Negant illi Angelos et Resurrectionem post mortem, atque omnes Prophetas praeter Mūsam.* Haec AL-MAQRĪZĪ*US*, ut ipse testatur, desumsit ex Libro شرح الاناجيل (5), ubi tamen الزنادقة, quae vox ex Hebraico צַדִּיק orta est, perperam a Sadducaeis distinguuntur. Hoc vero notatu dignum, eos, ut ait, *ex Gente samaritanâ oriundos esse.* Quod licet falsum, nihilominus indicat, Scriptorem haud ignorasse, *inter Samaritanos* olim *fuisse*, *nec* ipso vivente *desiisse*, qui ea Placita negarent. *Hoc* enim, ut suâ ipse *experientiâ* edoctus, sciebat, ita *illud* ex eo Libro, ex *Patrum Scriptis* excerpto, noverat.

A multis tamen inde seculis haud pauci in eâ Gente fuerunt, qui *Angelos esse* statuebant. Hos EPIPHANIUS jam cognovit (6). Et probatae hujus Doctrinae indicia exstant, tum in *Codice hebraeo-samaritano*, tum etiam in *Versione* ejusdem, ét *samaritanâ*, ét *arabicâ* (7).

---

(1) Commenta puto de *Legis Tabulis*, *quae Gemmis* constent, sive *Lapidibus pretiosis*, et *pellucidis*, *digito divino*, et *igne coelesti conscriptis*. Vid. Carm. IV, vs. 13, 14, 20, 21, p. 32 seqq., coll. p. 80 seqq.; et Chron. C. XIV, p. 71. Deinde opinionem, *assiduam Legis lectionem prolongare Vitam praesentem*, et *Vitae futurae, participem aliquem reddere.* Vid. Carm. IV, vs. 16, p. 32, coll. p. 82; et Chron. C. XXIII, p. 114.

(2) EPIPH. *Haeres.* IX. 13. LEONT. in Libro de *Sectis*, l. l. a RELANDO *Diss. Misc.* II, p. 19.

(3) GESEN. l. l. p. 13, n. *g*. (4) *Chr. ar.* I, p. ١٤٢, coll. p. 345. (5) Vidd. supra dicta p. 100.

(6) Vid. REL. l. l. p. 19.

(7) WINER. *de Vers. Pent. samarit. indole*, p. 60. In Pent. samarit. v. c. Num. XXII. 20, XXIII. 4. 5, 16. *Dei Angelus* Dei loco memoratur, quod non fit, ut statuit RELANDUS (l. l. p. 21), quia *utrumque idem esse*

Porro Abū'l-Fatḥus idem tradit, qui Angelos saepius memoravit, et Montem Garīzīmi vocavit مسكن ملايكة الله, sive *domicilium Angelorum Dei* (1).

Primum *Judaeis*, deinde *Moslimis* (2) auctoribus, haec Doctrina magnos inter Samaritanos progressus fecit. *Druzi*, inviti licet, hanc magis propagarunt. In horum enim Scriptis, in *Initiatorum* gratiam exaratis, Angeli, *proprie* sic dicti, non videntur admissi esse. Loci nimirum qoranici, de Angelis agentes, *allegorice* et *mystice* ab illis explicantur. Bahāo'd-dīnus v. c. dicit quidem Ḥākīmum rediturum esse *Angelis sanctis cinctum* (3), sed tenendum, Hamzam الملائكة v. g. Qor. III, 17 interpretatum esse الحجج, sive *Ministros, quibus Religionis Druzorum causa vindicanda mandata est* (4). Quam ob rem 5 Angeli, Dei Thronum portantes, *5 Religionis unitariae Ministri* appellantur (5); iidemque alibi *Angeli* dicuntur, *ad Deum proxime accedentes*, *Archangeli*, *Cherubi* (6).

Angelorum igitur *nomine* servato, multi Druzorum Asseclae, nomen *vulgo usitato sensu* accipientes, hanc etiam Doctrinam fortasse non missam fecerunt. In his sine dubio Samaritani plerique, qui Druzorum Placita cognoverint. Chronici Auctor certo istorum somnia non probavit. Perperam nempe Relandus (7) putabat, veram Angelorum exsistentiam, sive *personalitatem*, ipsum negasse, et voluisse, Angelos tantum *Dei* esse *vim*, sive δύναμιν. Hoc vero contendenti, et insuper opinanti, id *omnes* Samaritanos professos esse, adversantur non modo *Epistolae*, sed etiam *Carmina*, quae alia prorsus de Samaritanis, *recentiori* aetate viventibus, docent. Angeli in *his* vocantur quidem ࠇࠉࠋࠉࠍ, quod ab arabe Interprete vertitur القدرون (*potestates*), minime tamen *vis* intelligitur, *a Deo non diversa* (8). Semper enim a Deo perspicue distinguuntur. Dicuntur v. c. alibi [Samaritan] ࠓࠁࠅࠕࠊ, arabice جيوش ربوبيتك (*exercitus divinitatis tuae*, sive *divini tui*), et paulo post in eodem versu (9), *exercitus* [Samaritan], sive *regni tui*. Alio loco (10) [Samaritan] ࠇࠉࠋࠉ, sive *potestates mundi absconditi*, aut *invisibilis*.

---

putabant, sed ut Anthropomorphismum, et Anthropopathismum, quos Deo indignos judicabant, evitarent. Vid. Gesen. *de Pent. sam.* p. 58 seqq.

(1) Paulus, *Memorab.* II, p. 60 et 68.

(2) Notum est, quid Qoranus ex Fontibus maxime judaïcis de Angelis tradidit. Vid. v. c. Sur. II, 96, LXIX, et LXXXII. 11 Conf. Maracci p. 589 et 781, ac de Sacy. *Chr. ar.* II, p. 236, et *Exposé* II, p. 66 seq.

(3) de Sacy. l. l. I, p. 224.

(4) Ibid. I, p. 134 seq., II, p. 106 et 302.

(5) Ibid. II, p. 65 seqq., 611 seq.

(6) Ibid. II, p. 83.

(7) *Diss. Misc.* II, p. 21, et vidd. dicta in Ann. ad Cap. III.

(8) Vid. Gesen. *Anecd.* p. 27, 6 a f., et 31, 2 a f. et p. 65, 66.

(9) l. l. p. 29, l. 1, coll. p. 70.

(10) l. l. p. 32, l. 5, coll. p. 80 n. 15.

Et in Carmine III. 8 videntur quidem Angeli opponi *creatis* (1), sed in Carm. XII. 19 *filii* appellantur *Dei*, *ad quorum similitudinem homo creatus est* (2).

De Angelis non alia statuerunt Chronici nostri Scriptor, et Glossarum illi insertarum Auctores. In Cap. III, ex quo RELANDUS suam opinionem sumsit, p. 20 formula Scriptoris سبب الله in additâ Glossâ explicatur ملاكا. Ac *verum* ille Angelum, non *spectrum*, aut *imaginem in somnio oblatam* intellexit. Angelo enim conspecto, Bil:ami socius aufugit, ac postea Bil:amus etiam eum ipse animadvertit. *Somnium* si noster cogitat, hoc diserte declarat, v. c. addendis في منامه, ut Cap. XLVI, p. 228. Angelos Nostrum ob oculos habuisse, *a Deo* prorsus diversos, ex eodem Capite videmus p. 24, et ex C. X, p. 51 et 52. Alii dicuntur *Angeli Coelorum*, alii *Terrae* (Cap. XXXIII, p. 164); alii, cujusmodi Judaei item et Moslimi fingebant, *poenis infligendis praepositi* (C. XVII, p. 82), ex quibus unus *auctor* appellatur *Diluvii;* alius, cui rerum turbatio mandata esset, causa vocatur, cur *turris Babelis* non absolvatur; tertius *Sodomam* et *Vallem siddîm*iticam devastat (C. XXIX, p. 142 seq.). Angelis *custodia* committitur *Populi israëlitici* (C. III, p. 23 et 26). Hunc Angeli *ducunt per Mare rubrum et Desertum* (C. XXIX, p. 140), et in *Canā:anitis debellandis juvant* (C. XX, p. 99), ac profligato *Šaubaci* exercitu, *tubis clangunt ex Coelis* (C. XXXIII, p. 164, et XXXVII, p. 178), et ab Israëlitis contra, *a Dei Cultu deficientibus*, *aufugiunt* (C. XLI, p. 200). Angelorum numerus *myriades*, et *millia myriadum* ibi excedit (C. XXIX, p. 148, coll. C. X, p. 52), quare *agmina ipsorum* (جملتهم) memorantur (C. XXIX, p. 136). Vocantur ceterum رُسُل الله, ملايكة القدس, et ارواح اللهوت (3). Cives enim habentur *Mundi invisibilis*, sive *coelestis*, quare, si in Terram descendunt, formam assumunt *terrestrem* et *visibilem*, v. c. *Viri armati*, ad Jūša:*am* loquentis (C. XVII, p. 82), aut *Pontificis*, Al-iscandaro in somnio obviam euntis (C. XLVI, p. 228).

De *Angelis improbis*, sive *Geniis malis*, in Cap. XXIII, p. 115 tantum fit mentio, ad quos abarcendos, et *perniciosum oculi intuitum* innoxium reddendum, diligens Pentateuchi lectio sufficere dicitur (4).

Ab Angelis ad ea transeamus, quae statuerint Samaritani de *suae Gentis sorte*, *Deo moderante mutatâ*, sive de *Diebus*, qui dicuntur, *Favoris* et *Irae*.

---

(1) GESEN. *Anecd.* l. l. p. 79, n. 9.

(2) l. l. p. 40, coll. 102.

(3) Vid. Cap. XXIX, p. 136, ubi, ut in *Anecd.* Carm. III. 8, coll. p. 79 „ Angeli *rebus creatis* opponuntur; quare GESENII sententia verisimillima est, Samaritanos statuisse, Angelos *ante Terram conditam* creatos esse, praesertim, quia in Carm. XII. 19 (coll. p. 40 et 102) hominem *ad Angelorum similitudinem* formatum esse, statuebant. In iis Carminibus *Legislationi* item adfuisse dicuntur, l. l. p. 79, n. 9.

(4) Vid. Ann.-Samaritanos *Daemones* non agnoscere, contendit DE SACY, *Mém. de l'Acad. des Inscr.* l. l. p. 185.

De ipso enim *Deo* quid posuerint, vix opus est, ut dicamus. Doctrinam nempe de Dei *Unitate* studiose semper defenderunt (1); Doctrinam item de *Naturâ Dei spirituali*, ut ajunt, et *ab humani corporis similitudine prorsus remotâ*, atque *ab omnis humanae imbecillitatis labe immuni.* Omnem igitur vel levissimam Polytheismi, quin Anthropopathismi et Anthropomorphismi speciem deditâ operâ evitare conati sunt, tum in Codice hebraeo-samaritano (2), tum in primis in Versione Pentateuchi samaritanâ, et maxime in Versione ejusdem arabicâ (3). Si fieri posset, hicce sensus sub Islām*ismo* acutior etiam redditus est. In Carminibus ergo haec Doctrina principem locum tenet (4), in Opere Abū'l-ḫasan*i* adversus aliter sentientes strenue defenditur (5), et in Chronico nostro omni dubio superior esse ita censetur, ut sumatur ubique, neque ullâ fere defensione indigere judicetur.

Itaque haec omittens, ea potius consideremus, quae de *Dei Favore* et *Irâ* in Chronico traduntur. Hae opiniones ex Pentateucho quidem sumtae sunt, sed novis auctae Commentis. In his dicta de *Deo se abscondente* (Cap. XLI sub finem, et Cap. XLII) recentiorum Judaeorum superstitionem referunt, quae altiores sub Islām*ismo* in Samaritanorum animis radices egit, quum Sectas, *de Deo se abscondente* disputantes (6), audiverant. Hoc Druzi item statuebant, perhibentes, Ḥākim*um* ob hominum impietatem se abdidisse, ut ipsorum fidem exploraret, ac redux inimicos pudore suffunderet, et meritis poenis afficeret (7).

Doctrina de *certâ quâdam* divini Favoris et Irae *periodo*, temporis etiam decursu orta, deinceps magis exornata et stabilita esse videtur. Lectis Deut. XXVII et XXVIII, Samaritani animadverterant, Deum ipsis *aliquando, pro factorum ratione*, aut *beneficia largiturum*, aut *poenas illaturum esse;* non vero *certa quaedam fore tempora* inde noverant, quorum alterum *Dei Favore*, alterum *divinâ Irâ* notatum esset. Ex tristi Gentis per multa secula conditione hocce Commentum maxime derivandum est. *Praesens* tempus quo gravioribus premitur malis, eo impensius laudari solet *praeteritum.* Has cogitantes calamitates, ex quibus ea Gens numquam reverâ evasit, Samaritanos item opinio facile subire potuit, locis laudatis intelligi *periodos.* Nec alia statuebant *Judaei recentiores*, et vero eadem docere videbatur ipsorum Historia.

---

(1) Vid. Gesen. l. l. p. 60, n. 13. (2) Gesen. *de Pent. sam.* p. 58 seqq.

(3) Winer. *de Vers. Pent. samarit. indole*, p. 60.

(4) Gesen. *Anecd.* p. 45 in notis, et p. 60 seq. n. 13, 14. Alibi deditâ operâ docetur, *Dei existentiam ex solis rebus creatis satis manifestam esse*, et *omnes* ipsius *proprietates*, quae dicuntur, inde *cognosci.* Vid. ibid. p. 24, coll. p. 56 seq., et p. 67 n. 4, et 77 n. 2.

(5) Ii ibi refutantur, qui *divinam cum humanâ naturâ conjungunt*, ac respondetur iis, qui *nonnulla Creatori indigna Lege comprehendi* opinentur. Vid. Gesen. l. l. p. 13.

(6) de Sacy. *Chr. ar.* II, p. 198 in f., et 200 init., et *Exposé* I, p. 18 seq. (7) *Exposé* I, p. 103 seqq

De iisdem *Periodis* Druzi item loquebantur, quas tamen transponebant, sed *eodem nomine* nuncupabant, adeo ut, si Samaritanorum de iis Periodis Doctrina universa non ante jam sancita fuerit, fieri potuerit, ut ipsorum hac de re opiniones illorum disputationibus confirmatae sint. Druzorum nimirum *Religio* ut vocabatur *Sapientia*, *Misericordia*, *Regnum Coelorum*, ac potissimum *Justitia* (العدل), quin aliis praeterea titulis ornabatur (1), ita Ḥākimi aetas, quâ Deus plenius quam ante, et consummatius, cum hominibus se communicasse dicebatur (2), summis celebrabatur laudibus. Huic opponebatur *Aevum futurum*, sive *Tempus Irae*, quo omnes Unitarii praemia accepturi, Increduli vero poenas saevissimas luituri essent (3).

Hae Periodi in Chronico saepe memorantur. Prior dicitur ايام الرضا, altera ايام السخط والضلالة (4). Illa dicitur fuisse 260 annorum, id est a Mūsạe inde aetate ad mortem Šamšami (5). Si ergo *a Mūsạ* haec jam *inchoata esse* censetur (Capite VI°), Mūsạ non accurate fingitur *praedixisse*, et *notitiam* tradidisse ايام الرضا وسبب ايام السخط والضلالة, nisi ibi prioris *continuatio* et *finis*, sive تمام المدة, de quo sermo fit C. XXXVIII ineunte, intelligantur.

Periodus *Irae* sive *Errorum*, incipiens a morte Šamšami (C. XLI init.) conspicua est primum Gentis a Dei Cultu defectione, deinde 'Ilii aliorumque facinoribus (C. XLIII et XLIV), in primis vero famosa est Lumine divino exstincto, et Vestibus Vasibusque sacris ablatis (C. XLII). Haec Periodus *nondum* finita esse dicitur (6), quae, quamvis non sit sententia Auctoris, quem Noster C. XLV sequitur, vulgaris tamen est Samaritanorum opinio (7).

Hae Periodi memorantur item in *Epistolis*. Prior, ut in C. XLVI Chronici, p. 24, ita in Epist. Salamạe, scripta anno 1808, vocatur ايام الرضوان, et deinde زمان المسكان, *tempus Tabernaculi* (8). Similiter in Ep. ad Ludolfum, anni 1691, et in Ep. ad Anglos anni 1676, tempus, quo Tabernaculum (ࠌࠔࠊࠍ) in Ġarīzīmi Monte positum erat, dicitur ࠄࠓࠑࠅࠍࠄ · ࠄࠌࠔࠊࠍ (9).

De *futurâ sorte Orbis Terrarum* Noster in Mūsạe Oratione (Cap. VI) verbo loquitur,

(1) *Exposé* II, p. 460 seqq., 483, cet. (2) l. l. II, p. 101 seqq. (3) l. l. II, p. 595 seqq.

(4) Vid. C. VI, p. 37, Inscriptio C. XXXVIII, coll. cum C. XXXIX ineunte, et C. XLVII, p. 246. Praeterea C. I, p. 5, C. VIII, p. 44, et C. X, p. 50.

(5) Vid. C. XXXVIII init., et Ann. ibid. n. *a*.

(6) Sic etiam judicat Poëta in Carm. IV. 4 (Gesen. l. l. p. 31, coll. p. 77, 78), querens *Deum tunc silere, dum quondam praesentem se praestiterat*.

(7) Vid. not. *t* ad C. XLV. (8) *Not. et Extr.* XII, p. 56.

(9) Eichh. *Repert.* XIII, p. 283 et 290, et IX, p. 33.

contendens ipsum die supremi Judicii igne vastatum iri (1). Hanc, et universam de Eschatologiâ Doctrinam inter Samaritanos propagavit et stabilivit ipsorum cum Judaeis, Christianis, et Moslimis, commercium. *Resurrectionem* enim, et *Judicium ultimum*, ante negabant (2). De *Resurrectione* in Chronico quidem non diserte fit mentio, sed de eâ saepius disseritur in *Epistolis*, et *Carminibus* (3). Memoratur vero in illo Libro *Dies Judicii*, qui pluribus tamen in Carminibus etiam describitur. Ut *Improbi* eo die *poenis* afficiuntur *Inferni* (4), ita *Probi summae felicitatis* participes redduntur, versantes in *habitatione sine mari et coelo* (5), et *ad fontem in Horto ʿEdenis* (6). *Vitam* hanc *futuram* Abū'l-ḥasan descripsit in Opuscolo كتاب معاد (7), et quomodo hanc quisque Samaritanorum sibi parare posset, Noster indicavit C. XXIII, p. 114, *assiduâ* nempe *Legis lectione* (8).

Cum Judicio supremo C. VI° arctissime jungitur *reditus Mūsae*, *res Samaritanorum tunc restituturi*. Haec tamen quomodo cum Doctrinâ de *Vitâ futurâ* et *Piorum retributione* concilianda sint, non indicatur, et vix in concordiam ea redigi possunt, quia Mūsae res gestae *Terram* spectant, Pii vero *in Coelum* sublatum iri dicuntur; nisi statuas, Samaritanos opinatos esse, Mūsam *ante Judicium*, et *Orbis Terrarum interitum*, Israëlitarum Remp. restauraturum esse, et eos adeo sententiam amplexos esse, a Placito Christianorum *de futuro Christi per mille annos Imperio* non valde diversam. Si quae porro difficultas supersit, hoc non miramur, ubi *antiquiores* opiniones, ut de *Mūsae reditu*, cum Placitis *recentiori aetate* receptis, cujusmodi Samaritanorum est de *Vitâ futurâ* Doctrina, invicem conjunguntur. Illa enim de Mūsa Doctrina ab aevo inde jam sancita erat. Innititur interpretationi Pentateuchi, nempe Deut. XXX. 1 seqq., et Capp. XXXII et XXXIII, ubi de *Judicio* fit sermo, *de Israëlitarum Adversariis habendo*, *quo absoluto*, aurea Aetas illucesceret. Mūsa autem auctore rem restaurandam esse, Samaritani effecisse videntur ex Deut. XVIII. 15. Hinc *Messiam*, quam J. C. aetate jam exspectabant, ut novimus v. c. ex Joa. IV. 25, *Mūsam* fore putaverint. Quae etiam recentiorum Samaritanorum est opinio, tum in Subscriptione Cod. Pent. hebr.-sam. leyd., p. 19 et seq. supra explicatâ, tum in Epistolis (9), ubi *prima* nominis mes-

---

(1) Vid. Ann. ad Cap. VI. n. *b*.

(2) Vidd. eâ de re Veterum, tum Rabbinorum, tum Christianorum testimonia in Cellarii *Coll.* p. 32 seq., et Basnage I, p. 252.

(3) Vid. Carm. VII. 9, 10—16, p. 38, coll. 95, 96.

(4) Vid. Carm. VII, 15, p. 38, coll. p. 96.

(5) Vid. Carm. III, 13, p. 29, coll. p. 72.

(6) Vid. Carm. VII, 28, p. 39 et 98.

(7) Vid. Gesen. l. l. p. 13. *Palaestina* in Jušaʿae Libro C. XLIII, p. 207 *porta Paradisi* dicitur. Vid. Ann. ad h. l. n. *g*.

(8) Vidd. dicta ad h. l. in Ann. n. *o*.

(9) Vidd. supra dicta p. 51 seq., et Ann. ad Cap. VI, n. *b*, ad Cap. VII, n, *a*, et ad Cap. XLII, n. *d*.

siani *Litera* appellatur [Samaritan], et ipsum *nomen*, aut potius *cognomen* [Samaritan] (*is qui redit*), et de cujus reditu in Epist. ad Anglos anni 1096 (p. C. 1684) dicunt: وعسا ان يقوم هذا النبى فى زمانكم ويعود [Samaritan] فى ايامكم, id est: *et fieri potest, ut surgat hic Propheta diebus vestris, et redeat Favor divinus vestris diebus* (1).

Excepto loco Capitis VI[i], non alibi in Chronico de *Messiâ* fit mentio. Loco enim C. X, p. 52, qui huc refertur, et ubi de *Rege summo* (الملك الاعظم) sermo est, *Deus* ipse intelligitur (2). Neque etiam in editis Carminibus *Messias* memoratur. Locus enim Carm. III. 22, p. 30 in fine, ut GESEN*IUS* ipse jam sensit (3), huc non referam, et equidem vertam: *redi ad nos.*

Messiam Gen. XLIX. 10 significari, Samaritani minime putant. Fateor, ultima verba וְלוֹ יִקְּהַת עַמִּים (*et ad ipsum Gentes congregabuntur*), sive, ut mediam vocem in Cod. samarit. legunt [Samaritan], de Messiâ explicari in dictâ anni H. 1096 Epistolâ (4), sed probe tenendum, eos hîc minus Samaritanorum, quam MARSHALL*I* interpretationem professos esse. Hic enim in suâ Epistolâ hebraïcâ, quam Samaritani magni faciebant (5), et cui per Epistolam anni 1096 respondebant, locum illum, de Messiâ loquens, citaverat (6). Aliter vero eum Geneseos locum Samaritani explicare solent. In Epistolâ nimirum a Sichemitis missâ ad LUDOLFUM anno 1689, et editâ a BRUNS*IO* (7), per שִׁלֹה intelligunt [Samaritan], id est: *Soleimān*um, *qui venit diebus elapsis*. Et similiter in Versione arabico-samaritanâ, ubi in Cod. leyd., et tayl., a primâ manu scriptum est شلة; sed in Cod. paris. 4°, et in 2°, prima manus exaravit سليمان, quae lectio in *posteriore* Cod. in من له الملك (*is, cui Regnum est*) mutabatur, idem significans, atque verba, quae in Cod. tayl. voci شلة substituta sunt (الذى له الملك), dum Cod. barber. vocem exhibet مستحقه (*is, qui eâ*, scil. *virgâ, dignus est*). Primum ergo legebatur شلة, quod nonnulli deinde explicuerunt *Salom*onem; alii, nomine in medio relicto, sed *eodem* tamen, sive *David*e fortasse intellecto, interpretati sunt, *eum, qui aliquando Regno donaretur.* In Commentario vero in Gen. XLIX, quem edidit SCHNURRER*US*, vox שִׁלֹה explicatur de *Impostore*, cujus nomen reticetur, *qui homines in errorem duceret* (8).

---

(1) Vid. DE SACY. *Not. et Extr.* T. XII, p. 106, et EICHH. *Repert.* T. IX, p. 33.

(2) Vid. Ann. ad C. X, n. *b*.

(3) Vid. *Anecd.* p. 75 et seq.

(4) Vid. DE SACY. *Not. et Extr.* l. l. p. 204, 2 a f.

(5) Vid. ibid. p. 212 et seq.

(6) Hanc Epistolam edidit DE SACY. l. l., p. 192 et seqq. Exstant verba Gen. XLIX. 10, p. 193 l. 2.

(7) EICHH. *Repert.* Tom. XIII, p. 280 seqq.; coll. CELLARII *Exercit.* p. 34.

(8) EICHH. *Repert.* T. XVI, p. 168. Eadem est Samaritanorum sententia, in Epist. anno 1811 ad DE SACY*UM* scriptâ (*Not. et Extr.* p. 105, coll. 122).

Samaritani ergo, Messiam diu frustra exspectantes, aenigmatice primum de eo locuti sunt, ac deinde Gentem ad nihilum fere redactam videntes, hanc Doctrinam *Rebus arcanis* annumerare coeperunt (1).

Haec Disciplina *Arcani* temporum decursu inter Samaritanos demum orta est. Quamdiu simplicem profitebantur Religionis Doctrinam, nulla videtur exstitisse. Sed novis receptis opinionibus, quas Doctiores cum omnibus communicare nolebant, paulatim invaluit. Sectarum moslim*icarum* exemplum praeterea Sacerdotes fortasse incitavit, ut hanc conditam ornarent et amplificarent.

Hujusmodi Doctrinam, solis Eruditioribus traditam, Auctoris nostri aetate jam notam fuisse, novimus ex Cap. II, p. 6, ubi Mūsa̤ Jūšaɜae ea explicuisse fertur ex abditis Arcanis (سرّ الأسرار), quae hic capere posset. Etiam Cap. XLI, p. 197 *arcana Scientia* (سرّ العلم) memoratur, quam Gentes exterae Israëlitas docuissent, cujus Mysteriis revelatis sperabant fore, ut ipsos a Dei Cultu avocarent. Hi Exterorum Legati eodem fere modo egisse dicuntur, quo *Batani*tae sive *Ismaëli*tae, et Hamza̤e Sectatores. Quoquoversus ii mittebant Ministros (جُبَّح), qui *rudes* et *incultos* primum ad suas partes traducerent; quibus captis, doctiores prudenter adirent. Quae denique Gesenius scripsit in argumento Carminis XI (2), de *Mysterio amoris Dei*, *cujus*, *qui participes sint*, *pauci*, *Regibus terrae aequiparantur*, docent, Samaritanos mysticam quamdam Arcani Disciplinam per multa secula jam excoluisse.

(1) Vidd. *Not. et Extr.* loco modo laudato.

(2) *Anecd.* p. 99.

VERSIO

CHRONICI SAMARITANORUM ARABICI,

CUI TITULUS EST

LIBER JŪŠAAE.

CAPUT I.

Nomine Dei Misericordis.

Text. arab. Pag. 1. Hic Liber est, quo continetur expositio rerum, ab Israëlitis gestarum a tempore inde, quo Dominus noster Mūsa, Amrāni filius, Propheta, quocum sit pax, Jūšaae, Nūni filio, Populi imperium commisit. (Quae hîc leguntur), omnia arabice conversa sunt ex Sermone hebraeo, eodem fere modo, ac si quis alius verba ore interpretetur (*a*). Liber praeter alia Orationes complectitur, quae ad Verum profitendum quemque cogunt; Ostenta porro, ac Miracula, et miras Res, quae Deus O. M. manifesta reddidit, et quorum enarratio et descriptio homines ipsorum docent imbecillitatem. Cujus generis ea sunt, quae acciderunt in Al-'Ordonne (Jordane), et in opprimendis Gigantibus; deinde auxilium et vis ac potentia, quibus Deus Jušaam juvabat, et quae Israëlitae videbant, quum Terram ingrediebantur. Ne commemorem, quae in Valle Al-Mūgibi (Arnone) viderant (*b*), et ad Montem Sīnae, et in magno hujus Deserto. Quibus annumerentur Opera insignia, quae gravi hoc temporis momento Deus edidit. Montium (volo) hujus (Deserti) commotionem, et quae cum ipsâ conjuncta erant, tonitrua, et fulmina, flammasque ad coelum ipsum adscendentes, ac Summam Legum, voce (pronunciatam) divinâ (*c*) et aeternâ, ex quâ (loquente) ignis conspiciebatur, (ex ore) excussus, similitudinem referens Creatoris, qui illam (Legem) scripserat. (Haec facta sunt), post ea, quae Israëlitis evenerunt in Mari magno (*d*), ne dicam, quae hostes ipsorum experti sunt in (Aegypti Metropoli) Miçr majori (*e*), et calamitates, in quas inciderunt eorumdem adversarii, in quibus Firawnus (Farao) ejusque exercitus, et Amlāq (Amalekitae), et hujus (Gentis) agmina, et Siḥūn (Sihon), cum regno ipsius, et 'Ug (Ogus), pater Anāqi (Enakitarum), superbiâ licet

elatus (*f*), et Bilāmus, praestigiis utens, ac Reges Mābi (Moabitarum), magnificentiam ostentantes. (Ante item contigerunt), quae evenerunt Qārūno (*g*), filio patrui Hārūni (Aaronis), et omnibus ejus Sociis, quorum aliis terra os suum aperuit, eosque ita consumsit, ut vivi in infimam (Inferni) regionem demitterentur (*h*), aliis vero ignis exiit divinus, qui corpora ipsorum combussit. (Accedunt), quae in Deserto per quadraginta annos Populo acciderunt, inopiâ presso, nullum viae ducem, nec viaticum, nec vestimenta, sive in praesentia, sive in posterum habenti, quum Nubes eos tegebat interdiu, et Columna ignea a frigore eos noctu (tuebatur), quum *Man* ex Coelo eos nutriebat, et aquam, si haec deësset, iis educebat Dominus noster, Mūsa, 'Amrāni filius, cui sit salus! ex rupe, et ex terrâ exsiccatâ, et saxo, donec bibissent ipsi et omnes, qui in ipsorum erant castris, et servi (*i*), p. 2.
et animalia. Itaque intelligentes quique, et increduli (ipsi) (*k*), auditis beneficiis, quae Deus in Israëlitas contulerat, et quâ felicitate eos cinxerat, atque ab ipsis sublatas esse res quasque adversas, tum coelestes, tum terrestres, novamque iis revelatam esse Religionem, perspexerunt, nullum esse Deum praeter Deum eorum, neque Prophetam praeter eorum Prophetam, neque Codicem (sacrum), praeter eorum Codicem (*l*), nec veram Doctrinam, praeter Doctrinam eorum. Ac pulchra est (revera haec) Religio consummata, et integra ejus est veritas, et (aliis Religionibus) praestantior in celebrandis laudibus Creatoris O. M., ad ea, quae velit, (perficienda) omnipotentis. Si quis autem (haec legens) audit (*m*), interiisse Regnum Israëlitarum, et quaecunque ipsos assecuta sunt, tum calamitates et damna, tum etiam exsilia, cum Gentis conjuncta dispersione, (illata illis) pro oppositione, quâ se opposuerunt, et pro rebellione, quâ rebellarunt, ipsius augeatur Dei reverentia, quem nulla res fugere, et e cujus imperio nihil delabi potest, (ejus, inquam,) qui adoretur, et summopere celebretur, quemque precamur, ut nos ducat perpetuo, et benignitate afficiat consummatâ, per misericordiam ipsius. Audit nempe ille (omnia), et vota explet.

CAPUT II.

Jūša:ae, filio Nūni, traditur imperium (quod ante gesserat) Propheta (Mūsa), cui sit salus.

Sub finem anni 1191, die primo mensis undecimi (*a*), aetatis Domini nostri Mūsae, Prophetae, cui sit salus, Deus ipsi in planitie Mābi mandavit, ut manum capiti imponeret Jūša:ae, filii Nūni, divino Spiritu praediti (*b*). Quâ re (Deus) significabat, Mūsam Jūša:ae traditurum esse quaedam ex abditissimo Arcano, eique ex Scientiâ, quam ipse (divinitus) acceperat, et ex Disciplinarum notitiâ, ea esse revelaturum, quorum ille capax esset, et quae ipsum tum corroborarent, et vim consummarent, animumque excitarent, tum etiam rerum creatarum imperium facile redderent, ac Nomen docerent, per quod profligaret exercitus, et conturbaret Gentem, quam nulla terra complecti, et cujus (in-

gens) numerus ne recenseri quidem posset (*c*). Deinde (Deus) Mūsa*m* jussit Jūša:a*m* sistere coram 'Il:azaro, Sacerdote, cui sit salus, et ad Jūša:a*m* colligere Viros doctos et peritos, cum Nobilibus et Principibus, ac deinde Foedus cum illo inire, et jusjurandum renovare, ac Regno eum praeficere, ipsique tradere omnium Israëlitarum imperium (*d*). Mandatum ergo sibi impositum Propheta 'Il:azaro, Sacerdoti, c. s. s., tradidit, ut hanc rem plene, et cum splendore perageret, nec prius ad alia accederet, neque hanc rem ante missam faceret, quam ipsam absolvisset. Finitâ igitur Jūša:ae inauguratione, Sacerdotes tubis clanxerunt, et Praecones, qui hoc publicarent, convocarunt. Quo facto expansa sunt Regni ipsius signa et vexilla. Noverat (enim) Dominus noster Mūsa, Propheta, c. s. s., Jūša:a*m* in primam aciem proelii vehementis suis diebus exiisse, ut (belli) experientiam sibi compararet ex iis, quae accurate (ab aliis) cognosceret, et (ipse) observaret (e). Confestim (Jūša:a) jussit, ex Israëlitis duodecim millia virorum, ex quâque Tribu mille Viros, eligi, quibuscum mox Midjan*itas* aggrederetur, ut ab iis eorumque regione Israëlitis vindictam sumeret. Sed ante commemoremus, quid huic vin-
p. 3. dictae ansam dederit. Israëlitis nempe interdictum erat, quidquid causa existere posset, ut rebus se immiscerent 'Ammāni*tarum* et Māb*itarum*, (et mandatum illi acceperant), ne ex ipsorum terrâ quidquam sibi raperent. Fecerunt ergo id (tantum), ad quod necessitate cogebantur, quod postea enarrabimus, et exponemus, si Deo placeat, et ipsius auxilium nobis adsit. Praeclara autem ipsius est juvandi benignitas.

CAPUT III.

*Res gestae Bil:āmi apud Regem Mābi*tarum.

Postquam descenderant Israëlitae in planitiem Māb*i*, mandavit Deus Domino nostro Mūsa*e*, Prophetae, cui sit salus eximia (*a*), ut cum 'Ammāni*tis* et Māb*itis* manus minime consereret, neque bellum cum iis gereret, propterea quod (sic Deus pergebat) „non as» signabo Israëlitis partem terrarum earum (Gentium). Itaque obsequere huic (mandato), » et hoc exsequere!" Reges vero Māb*itarum*, 'Ammān*itarum*, et Midjan*itarum*, quum ad ipsos perlata essent, quae Siḥūno et 'Ugo evenissent, hos nempe periisse et interiisse, et in captivitatem abductos (*b*), urbesque dirutas esse. propterea gravi metu perculsi, nuntium miserunt ad Bil:ām*um*, Ba:oris filium, per Principes Praestigiatorum et Sapientium. Hunc quum (Servi ipsius) certiorem reddiderant advenisse omnes (has) catervas (*c*) ad ipsum invitandum, has ii ad eum introduxerunt. Ita autem Legati ipsum allocuti sunt: » Quinque Reges Māb*itarum* et 'Ammani*tarum* te salutant, tibique dicunt: Domine » et Princeps noster, a te nos stipulamur res, quibus intelligendis Eruditi impares » sunt. Is enim, cui *tu* benedicis, benedictus, et cui maledicis, maledictus est. *Tu* » clade afficis omnes exercitus diris tuis, tuâque maledictione. Ac fortasse fama jam ad

» te delata est eorum, quae facta sunt ab Israëlitis in Aegypto, et in Mari, et in Deserto,
» et quae iis auctoribus 'Amlāqo acciderunt, principi Gentium, quaeque (ii) fecerunt Si-
» ḫūno et 'Ugo, et quae sibi proposuerunt de ipsorum tractibus. Ac jam ipsorum exer-
» citus etiam descendit in utrumque nostrum terminum, iique nostrum operantur interi-
» tum, quin jam (ab iis) tecta est terrae superficies. Nos igitur nunc ad te nos convertimus,
» et speramus, fore ut per te curis liberemur, et Israëlitis remotis, quietem (nancisca-
» mur) tuo beneficio, tuâque beneficâ auctoritate, et quaecunque nobis fingere possimus per
» scientiam tuam late patentem, et principatum tuae voluntatis. Ac fortasse salva redde-
» tur nostra resp. per te, et maledicens isti Populo, huic praevalebis, et efficies, ut viam,
» quâ incedunt, mutent per famam tuam late patentem, et mandati tui gravitatem, opibus
» insuper et divitiis, ac servorum agmine auctam. Gloria sic nobis parabitur et tibi,
» apud omnes Reges, ne illustrem dicam, quae cum eâ conjuncta est, remunerationem
» bene meriti erga homines (universos), quorum tantus est numerus, ut terra hos non
» complecti, nec census, aut computatio in ipsos cadere possit. Praeterea omnes liberati
» erunt a morte ignis; quia nempe mos et agendi ratio istius exercitus est, ut ne senem
» quidem vivum relinquant, nec mulierem servent, nec infantis misericordiâ moveantur,
» aut tenero erga animal affectu afficiantur. Apud eos enim non (reperitur), nisi caedes per
» gladium, et lapidatio, et crucifixio, et combustio ignis. Haec eorum est agendi ratio (*d*)!
» Fieri ergo nequit, ut (reportatâ de nobis victoriâ), misericordiâ ducantur. Nulla salus
» concedetur, nec vel levissima superest suspicio, interituros eos esse aut perituros. Deus
» ergo, Domine noster! ad nos properet! Ac in tuâ potestate ea sunt, quibus opus habemus.
» Nobis quidem non opus habes in rebus, tuo imperio submissis, jubendis, sed in nobis tibi
» erit compensatio, quâ pulchra pulchris, et turpia turpibus retribuentur. Ac salus tibi sit!"

Hac Epistolâ (*e*) auditâ, Bil:ām*us* omnibus Viris doctis et eruditis respondit et dixit:
» Rata equidem habeo vestra jura, ac jus, quod in Epistolâ memorastis, est a vestrâ p. 4.
» parte, sed res mea ab arbitrio pendet ejus, quem colo. Si ergo mihi permittitur vobis-
» cum proficisci, peragam id, quod vultis; et quid a vestrâ parte (fieri) velitis, in
» Epistolâ (significatum est). Ac (tunc) veniam ad istos perdendos, summumque in iis
» penitus delendis studium ponam, et vobis memoriam relinquam, cujus causâ me cele-
» brabitis ad postrema usque secula. Nunc igitur id agite, ut hanc noctem apud me
» transigatis, ut audiam, quae vobis dicere possim, et operam simul collocemus in bono
» ac malo (quod ex nostrâ agendi ratione consequatur), computando."

Bil:āmo ergo Legati obsecuti sunt, et apud ipsum pernoctarunt. Ille vero adorare coepit
eum, quem colebat. Ipsi tunc dicebatur: » ne abeas cum iis, neque Israëlitis maledicas;
» nam benedicti sunt." Gessit igitur se secundum hocce effatum, et Legati ad Reges re-
dierunt, et hos eorum, quae facta erant, certiores reddiderunt. Sed graviore hic even-
tus eos imbuit ejus rei desiderio, et magis hoc excitabat. Itaque profecti sunt ad Bil:ām*um*

Legati illis nobiliores et graviores, qui paucis ei promissum facerent. In alterâ enim Epistolâ (haec) ii fingebant: »profecto, quia hoc in te suscipis, et nobis morem geris, nos »te honorare, ac liberaliter remunerari poterimus (*f*).'' Cum hac Epistolâ Caterva ad eum descendit. At Bilʿām*us* Viris respondit, et dixit: »Necesse est, ut sciatis, me, etiam »si mihi traderent omne, quo domus ipsorum repletae sint, argentum, sive aurum, »iis repugnare non posse, quae Deus meus me facere jubeat. Itaque hac nocte apud me »pernoctate, ut audiam, quae ille mihi dicat, et operam ponam in bono maloque com- »putando.'' Pernoctarunt igitur ii Legati apud eum. Ille vero primum opus suum (sacrum) agere coepit, cum cultu, et adoratione. Sed Deus, postquam noverat ipsius consilium, et quae mens ejus volvebat, et quae Legati ipsi promiserant, eumque summum attigisse terminum in semetipso celebrando, Deus (tunc) Arcana manifesta reddi voluit. Quod tamen facere non poterat, sive ipse, sive aliquis, qui eum ad morem alicujus Israëlitae colebat, sive per Scriptionem, suâ manu exaratam, quam per Angelum quemdam ex Angelis mitteret, (sed) per Mandatum scilicet ex Dei Mandatis, quod ad eum (mittebat). Bilʿām*i* Socius, Mandato Dei conspecto, ab eo fugit. Hoc enim formam assumserat Creatoris ad Bilʿām*um* loquentis, et hocce organum erat, quod ad eum verba faciebat (*g*). Dicebat enim ei Dei Mandatum: »Nonne dixi tibi, o Bilʿāme! quum Legati ad te venerant, »*abi cum iis?*'' Interrogabat nimirum eum, (inquisiturus) quid Bilʿām*us* de itinere secum constituisset. Nam nullo responso Deo opus est. Erat autem consueta Bilʿāmi dicendi ratio, »non (sic agam), nec sine Deo meo aurem alicui rei admoveo.'' Attamen non verum erat, audivisse eum dicti repetitionem, ante quam proficiscendi mandatum edebat, et in asinâ suâ instruendâ properabat (*h*). Quum ergo proficiscebatur cum Māb*itarum* Principibus, graviter ipsi irascebatur Creator, quod iter susceperat, prius quam ipsum hac de re consuluerat. Se igitur stitit in viâ, ut vi eum cohiberet. Vehebatur autem ille asinâ suâ, ad Viros doctos de eâ glorians, sibi, huic insidenti, non opus esse viae duce, ac numquam necesse esse, ut eam verberaret. Haec vero levi obtutu formam, quâ Creator O. M. se conspiciendum praebebat, in viâ (jam) positam, et strictum gladium manu tenentem, vix conspexerat, quin metu ipsius a viâ declinabat. Et hoc primum Bilʿām*i*
p. 5. erat dedecus, et causa, quae fletum ejus excitabat. Asinam igitur baculo verberabat; haec vero, conspectâ formâ Creatoris, quae in vineam (*i*) inter maceriam recesserat, ibique se stiterat, deflectebat ad alteram maceriam, et pedem laedebat Bilʿām*i*, quare vehementius hic illam verberabat. Quod quum animadvertebant Principes illi et Viri docti, ei dicebant: »fierine potest, quia (asina) huic rei se opponit, ut ipsam alloquaris?'' Respondebat iis et dicebat: »ad rem (peragendam) postulatur.'' Deinde forma Dei rursus transiit, sistens se in loco angusto, ubi nulla declinandi via erat, sive dextrorsum sive sinistrorsum. Hanc simulatque (ibi) animadverterat asina, sub Bilʿām*o* procubuit. Is vero quum vehementius eam verberabat, Deus articulatam vocem emisit per linguam bestiae, Bilʿāmo dicentem:

» quid feci tibi, ut me hac tertiâ vice verberes? Egone asina tua sum, quâ veheris, ab eo » inde temporo, quo creatus es? Sed ob hunc ictum, mala, huic ictui similia, sequen- » tur te et affligent (*k*)!" Dicebat Bilāmus: » minime!" Tunc vero detexit Deus oculum ejus, ut videret formam Dei, Angelum, stantem in viâ, gladium strictum manu tenentem. Itaque coram eo se projecit. At haec ei dicebat: » quare asinam tuam ter verbe- » rasti? Si ad me pervenisses, te interfecissem, sed eam servassem incolumem. Nam ani- » madverti consilii tui perversitatem. Nunc vero abi cum iis Legatis, eaque observa, » quae tibi dicam, nec ab his te averte!" Tunc profectus est Bilāmus.

Reges, ejus itinere cognito, obviam exierunt, eumque invenerunt haesitantem, quid faceret (*l*). His mox narravit, quae acciderant, (declarans) se nihil facere posse, nisi annuente Deo O. M. Eum tunc deduxerunt Mābi*tae* ad collem, in Lege sanctâ descriptum, ut omnes Israëlitas conspiceret, postquam Vir (lauto) occursu exceptus, et honore laudibusque affectus erat, et Gentis amor summum in ipsius animo fastigium attigerat (*m*). In colle memorato deinde septem aras aedificavit, et in quâque arâ vitulum obtulit et arietem (triennem), et adorare coepit, ut audiret, quae locuturus esset. Sed audivit, quae (audire) nolebat; at quae audiverat, Regibus congregatis tradidit. Ii ergo ipsi dixerunt: transi in alium locum: *ibi* fortasse illius Populi maledictio melius tibi cedet. Iis quum morem gesserat, et eadem, quae primâ vice egerat, gravius effatum effato priore audivit, ac jam Israëlitarum gloriam praedicare quam maxime iisque benedicere coepit. Itaque Rex Mābi*tarum* ipsi dicebat: »si his maledicere nolis, ne iis benedicas." Rogavit igitur (Bilāmus) eos, ut transiret in alium locum. In quem quum pervenerat, eademque, quae alterâ vice, egerat, oculus ipsius in Desertum cecidit, ibique vidit Tribus Israëlitarum, et Genios divinos, eos cingentes, nempe Angelos, custodiam ex toto animo iis agentibus (*n*). Avertit igitur oculum malignum ab iis, et perrexit in (praedicandâ) gloriâ eorum, et pronunciandis benedictionibus, donec iis dixerat: (verba): » o *Israël, qui tibi maledicit, ma- » ledictus, et qui tibi benedicit, benedictus sit!*" Tum exarsit ira Regis in eum. Huic vero dicebat Bilāmus: » ne exardescat ira tua in me! Tibine dixi, me non posse ad- » versari iis, quae mihi mandentur? Sed tecum congrega Reges foederatos, ut vobis p. 6. » viam indicem, quae, si hac ad finem usque incedatis, causa futura est eorum exitii." Congregatos Reges mox certiores reddidit rerum mirandarum, quarum expositio longa est, et iis (haec etiam) dixit. » hunc Populum circumdant Angeli sancti, et Rex Coelorum ac » Terrae iis adest: neque valent in eos praestigiae, neque ortus stellarum. Nec eos perire » sinet (propitius Dei) in eos animus, sed perfidia (eos perdet), in quâ ipsi persistant, » aut dolus, quem struamus nos. Tunc enim Creator iis irascetur, eosque ita delebit, ut » nullus ex iis amplius superstes relinquatur."

CAPUT IV.

Describitur dolus Bilʿāmi, et astutia, quâ in Israëlitas utebatur.

Reges, quum ea audiverant, quae supra tradita sunt, dixerunt Bilʿāmo: »quâ viâ »incedendum est ad illos, ut dixisti, perdendos?" Tum ille quod expenderat, et quo nihil scelestius et nequius excogitari possit, cum iis communicavit. Porro iis dixit: »formosissimas et pulcherrimas mulieres quam plurimas eligite (*a*), inter quas Rex Fi- »liam suam mittat, quae ducat agmen. Deinde unicuique earum Idolum tradatis, quod »colant, et ornamentum, quod ostentent, et suffitum, quem accendant, praeterea cibum »et potum. Ac Regis Filia in curru sedeat, vecto cum venti celeritate; et (Rex) ipsam »jubeat ad Tabernaculum tendere, ac nemini morem gerere, nisi ei, quem omnes Princi- »pem venerentur. Is enim eorum Princeps est. Cui, si istud non improbet, dicat: »visne »»rem mecum habere, aut si edere malis ex cibis meis, et ex potu meo bibere, meum- »»que Deum colere, tua ego postea futura sum, tibique faciam, quae tibi placeant." »Scias enim, Rex! si ea Principem ejus Gentis polluerit, ét eum periturum esse, ét ejus »Populum universum, nullumque fore superstitem." Reges ergo, quae (Bilʿām*us*) ipsis suaserat, fecerunt, et sibi collegerunt 24000 puellas, easque miserunt die sabbathico. His autem e regione Tabernaculi descendentibus, accedebat Princeps Tribûs Šimʿūn*i*. Nam Praefectus erat 50,000 virorum (*b*), et in primâ acie castra metatus erat. Ad eum jam progrediebatur Filia Regis, quae, quia insignem ei observantiam a Sociis ipsius praestari viderat, putabat, ipsum Prophetam esse Mūsa*m*, c. s. s. Is etiam ex cibis ejus edebat, et ex potu bibebat, et colebat Idolum, quod in ejus manu erat, atque illa ipsius voluntati morem gerebat, ac deinde unusquisque ex illis (ex hacce, puta, Tribu), unam (puellam) sibi sumebat. Sed tunc Genti Creator succensuit, et ex eâ perdidit ipso momento 4000 viros cum 4000 puellis, et si Fīnaẖas, Sacerdos, c. s. s., non irruisset a latere Mūsae, Prophetae, c. s. s., qui cum Ministrorum consessu universo flebat ad introitum Tabernaculi, et manu suâ lanceam non arripuisset, et properanter confodisset Virum et Puellam, Filiam Regis nempe, et utrumque sustulisset, sane perdidisset ira Creatoris totam Gentem. Sed propterea haec ira ab Israëlitis sublata, et repulsa, et Fīnaẖas*o* nomen paratum est celeberrimum, ac fama illustris. Sit ergo (ei) Foedus (Sacerdotii) ad extrema usque secula, et laus Deo, Creatori, sine intermissione.

p. 7.

CAPUT V.

*Historia Midjan*is.

Postquam astutum Bilʿām*i* in Israëlitas consilium peractum erat, et magnus ille eorum numerus perierat, iique hac plagâ puniti erant (*a*), Deus Prophetae Mūsae mandavit, ut

curaret vindictam, quam Israëlitis a Midjan*itis*, antequam ad Patres congregaretur, id est, prius quam moreretur, sumeret. Praecepit ergo Jūša:ae, Nūn*i* filio, tempore quo Munus suum in eum deferebat, ipsumque Successorem creabat, ut exiret cum exercitu, quem indicaverat, et ut ipsum comitaretur Fīnaḫas, Sacerdos, quia victoriam hic reportaverat, et nomen adeptus erat, atque iram ipse (Dei) ab unoquoque amoverat, et ad obsequium Domino suo praestandum properaverat.

Redierat (*b*) autem Bil:ām*us* ad Regem Māb*itarum*, ut ipsi gratularetur de Israëlitarum calamitate. Reges invenerat congregatos, et laetitiâ ac hilaritate suffusos. Expeditionem ergo, ab Israëlitis susceptam, non prius cognoverunt, quam duodecim illa Virorum millia urbem ipsorum cinxerant. Festinanter igitur eduxerunt Meretrices cum ornamentis et thuribulis et aromate, operam navantes, ut facinori, quod inceperant, cumulum adderent. Sed has illi gladio occiderunt, ac deinde, Fīnaḫaso ejusque cognato prodeuntibus, et tubis clangentibus, corruerunt muri arcis, et intravit exercitus Midjan*em*, ubi 5 Reges cum omnibus viris, quos ibidem inveniebant, simul interfecerunt. Bil:ām*um* autem quaerentes, invenerunt in Templo quodam, ubi adorabat, et Cultum suum ministrabat. Sed hinc eum eduxerunt, loquentem verba, quae neque percipi, neque intelligi poterant propter mentis perturbatae ac stupore affectae vehementiam, et nebulas, quibus ipsius intelligendi facultas obducta erat. Hunc Jūša:a, Nūn*i* filius, servari jusserat, ut eum conspiceret Dominus noster, Mūsa̤; verum non obediverunt, Šim:ūn*itae*, qui ipsum viderant, eo usque procedentes, ut Legem in ipsum invocarent, cujus causâ eum interfecerant. Itaque dixit Jūša:a: »quis »eum interfecit, et quare (tu, qui caedem commisisti), hoc fecisti: dum profecto clien-»telam ipsi promisimus (*c*)." Sed ei dixerunt illi: »Domine noster! Nullum debetur »praesidium Incredulo, neque protectio Praestigiatori. Si eum non interfecissimus, fieri »sane potuisset, ut (in Māb*itarum* Regis gratiam) dolum quemdam in te et Populum tuum »perfecisset. Te nolente, ausi sumus eum interficere propter ipsius facinora, quae animis nostris »inhaerent. Si ergo nostra agendi ratio culpanda sit ob jus clientelae violatum, nos revera »hujus criminis rei sumus, sed Dominus noster tam excelsae est prudentiae, ut audaciam no-»stram excusaturus sit." Jūša:a igitur probavit, quae dixerant, et quae egerant, rata fecit."

Exercitus Israëlitarum deinde Midjan*em* diripuit, armenta propulit, et in captivitatem abduxit mulieres et infantes, ac nihil, quod non capiebant, in urbe relictum est. Mox redierunt praedâ onusti, salvi, et incolumes, neque ex iis aliquis desiderabatur. Obviam iis tunc exiit Dominus noster, Mūsa̤ Propheta, et 'Il:azar, filius Hārūn*i*, Sacerdos, et Principum Senatus. Qui quum viderant in medio exercitu captivas duci mulieres, succensuit Dominus noster Mūsa̤, cui sit salus eximia, iisque dixit: »ista turba nonne causa ex-»stitit calamitatis vestrae?" Jussit deinde omnes interfici mulieres, quae rem cum Viris habuerant, et omnes pueros mares, nec superstites relinqui, nisi puellas, concubitûs expertes. Mandavit praeterea, ut exercitus cum reliquis, quae secum duxisset, per septem

dies lustrandi causâ (a ceteris Israëlitis) separaretur. Quod fecerunt. Erat autem summa su-
p. 8. perstitum abductorum, omissis occisis, 32,000 puellarum; ovium vero 675,000, atque boum 72,000, et equorum, mulorum, camelorumque 61,000; auri deinde et argenti, vasorumque et suppellectilis tanta copia, ut haec definiri et describi non posset. At quod magis mirandum est, incolumes redierunt 12,000 viri, qui ejusmodi urbem intraverant, dum nemo ex iis desiderabatur, et neminem assecutus erat ne unus quidem gladii ictus, unusve lapidis jactus. Itaque celebretur Deus, qui, quod velit, perficere potest. Ab eo igitur auxilium petam, eique me committam, et ad eum me convertam.

CAPUT VI.

Expositio eorum, quae Dominus noster, Mūsa̤, Propheta, ante mortem explicuit (*a*).

Simulatque certiorem reddiderat Deus. Dominum nostrum, Mūsa̤*m*, Prophetam, temporis, quo non amplius (in Terrâ) commoraturus esset, jussit eum adscendere in Montem, qui dicitur *Nāba̤* (Nebo). Coepit igitur Mūsa̤ praecepta tradere Jūša*ae*, filio Nūn*i*, et filiis fratris sui, et Principum Senatui, de omnibus rebus, quae (ut monerentur) necessaria erant. Qui postquam aliquamdiu apud eum steterant cum omnibus Praefectis exercitûs, et Viris doctis, ipsos obtestatus est, ut incederent cum Israëlitis viâ, quam (Deus) indicaverat, et ut ab hac non deflecterent dextrorsum aut sinistrorsum. Porro mandavit Sacerdotibus, ut clangerent tubis, et dimitterent Praecones, qui per omnes Israëlitas (haec) proclamarent: » quicunque velit conspicere Dominum nostrum, Mūsa̤*m*, Prophetam, cui » eximia sit salus! adveniat, ut ejus benedictionem audiat, et ea, quae revelaturus sit; atque » ipsum intueatur, eique valedicat, ante quam ad locum abeat, quem Deus ipsi elegit." Deinde (Mūsa̤) ingressus est in Tabernaculum, et obtulit in Arâ aeneâ Sacrificia, ac sublato Aulaeo, Aulaeo nempe Aedis sacrae, suffitum Arae aureae imposuit, et Deum coluit. Mox Templo valedixit, et iis, quae ibi conspicua erant ex Omnipotentiae, et divini Imperii testimoniis, et (postea inde) exiit (*b*). Omnibus porro Israëlitis secundum ipsorum ordines congregatis, consedit in loco edito, ut solebat, quo altior esset Populo, ac nitebat lumen vultûs ejus, solis radiorum instar. Hìc ad concionem Israëlitarum orationem habere coepit, in quâ, quantum Dei Servus facere possit, dictiones composuit, quibus Deus, cujus Nomina sanctificentur, celebrari solet. Praeterea explanavit Doctrinam de diebus divini Favoris, et causam dierum Irae et Erroris. Porro Israëlitas docuit Diluvium ignis, et diem Vindictae et Compensationis, et tempus definivit, quo ad illos ipse rediret. Deinde iis nuntiavit ea, quae eventura essent cuique Tribui, ac se has (omnes in pristinam conditionem) restituturum esse eo tempore, quo omnia ad finem perducta et absoluta essent, ac tandem iis benedixit omnibus. (His dictis) illi (votis nuncupandis)

responderunt. Tempore autem instante, quo Mūsa universo Populo cum agmine, quod ipsum comitabatur, valediceret, (Israëlitae) clamare et flere atque ejulare coeperunt. Quod postquam per horae spatium fecerant, Mūsa eos silere, et sedere jussit. Ipse vero profectus est, ut conscenderet Montem, quem Deus ipsi significaverat, dum eum comitabantur Jūša:a, filius Nūni, et 'Ilazar, Saçerdos, et Principum Senatus, illi valedicturi, et ob instantem illius discessum lacrymas fundentes, arctissimeque illi adhaerentes. Quum autem in longum protrahebatur horum valedictio, et nox appropinquabat, columna ignea divina descendebat, eosque ab eorum Domino sejungebat. Nemo umquam aliquid novit de iis, quae ei ad hoc usque tempus postea evenerint. Terminis circumscripta fuit ejus (c. s. s.) vita, p. 9.
et existentia inter homines, at ditio, in quâ operaretur, ei assignata est, (divisa) homines inter atque Deum, et ipsius Angelos. Deum ergo precamur, ut cum illo nos conjungat, per gratiam suam. Deus enim omnia perficere potest! et ipse mihi sufficit, et quam praeclarus est defensor!

CAPUT VII.

Dicta Jūša:ae, Mūsae Discipuli, post Magistri et Domini secessum (*a*).

Quum Dominus Mūsa, Propheta, a Jūša:â, et ab omnibus Israëlitis, secesserat; [disjungebantur autem invicem ex (Dei) mandato, quod ab eo averti non poterat; morte vero ad eum (iterum) reverterentur], et quum omnes pariter de ejus (reditu) desperabant, ipsum deflevit Jūša:a, filius Nūni, et altâ voce exclamavit, et dixit: »o Domine priorum et posteriorum generationum, et uniuscujusque Adami filiorum! Hunc morientem videbant, ejusque sepulcrum conspicitur; sed tuum sepulcrum quis (umquam) vidębit? Quis Prophetarum ad gloriam pervenire possit, quam tu assecutus es; aut sui memoriam tamdiu prolongare, quamdiu tua supersit? Ubi sunt, qui mortuos in vitam revocent, et vivos, annuente Domino suo, morte afficiant, te excepto? Quem Prophetam testem invocent Increduli, vaticinia producentes, praeter te (*b*)? Quis Propheta, te excepto, seculis praecedentibus et futuris effecit, ut Gens sua audiret Creatorem ex tractu Coelorum loquentem? Ubi is, qui, tibi similis, surgat hoc eventu, ut verba sua sursum adscendant, et iram prohibeant divinam, et misericordiam demittant? Quis Propheta si jejunaret, praeter te, per centum et viginti dies et noctes jejunavit coram Deo suo? Quis Propheta praeter te gloriari potest, se locutum esse cum Deo, nullo intercedente Mediatore? Ubi is, qui, te excepto, calcet ignem, et findat tenebras, et rumpat nubes, et ad Aulaeum summae Potentiae perveniat? Quis est Liber, Prophetae tributus, quo, ut in Libro tuo, Doctrina continetur de Cultu Creatoris, et de aditu ad eum? O illum, qui baculo suo Nīlum pulsavit! illum, qui inaudita manifestavit! illum, qui Miracula patravit! illum, qui Portenta palam edidit! illum, qui tenebras collustravit!

»illum, qui baculo mare fidit! illum, qui exercitus manu suâ in fugam conjecit! illum,
»qui iram (Dei) precibus suis avertit! illum, qui divinam misericordiam suo interventu
»excitavit! illum, quem Cultus Dei sui nutrivit! illum, qui ultra terminos, quos ho-
»mines hominumque facultas transire nequeunt, ad vim divinam progressus est! illum,
»qui praeterita novit, et futura intellexit! illum, qui hostes suâ invocatione cohibuit!
»o Domine mi, mique Magister! quomodo, te mortuo, existere ego possim, quomodo
»existere possit Populus tuus!"

(His dictis) in lacrymas erupit ipse, et omnes, qui cum eo erant. Quum vero protraxerant fletum et ejulatum, et in animo Deo submisso et devoto praestando perseveraverant, (divinitus) Jūša:ae, Nūni filio, acclamabatur: »Redi tu, et qui ex castris te comitantur, (ad Populum), nec repugna mandato Dei, cujus nomen est Potens."

CAPUT VIII.

Exponuntur ea, quae facta sunt post reditum Jūša:ae ad Populum.

Postquam reversus erat Jūša:a cum Sacerdotibus a valedictione Prophetae, iis obviam
p. 10. veniebant omnes Israëlitae, et Dominum suum lacrymari incipiebat exercitus universus, nec flere de eo desinebat per 30 dies noctesque. Cujus clamoribus et ejulatu ac lamentatione auditis, Gentes convenerunt, ut turmatim se congregarent in finibus (Terrae). Nam laetatae erant quam maxime, postquam Prophetae mors iis innotuerat, et Israëlitis bellum inferre volebant. Sed Deus O. M., detectâ Canā:anitarum conspiratione, et eorum, qui cum iis se conjunxerant, Omnipotentiam manifestavit. Mandavit porro Jūša:ae, Nūni filio, ut ex Mūsąe Senatu, et ex Gente, nonnullos separaret, quibus diceret, se, prouti (antea) ipsis adfuerat, ita quoque, quamdiu in hac obedientiâ perseverarent, (in posterum) ipsis adfuturum esse. Itaque laus sit ei, cui est Imperium et Magnificentia, et Potentia, et Vita aeterna. Nullus Deus est praeter eum, neque Imperium, praeter Imperium ipsius.

CAPUT IX.

Initium Libri Jūša:ae, Nūni filii, Discipuli Domini,
Mūsąe, Prophetae.

Post mortem Mūsąe, qui cum Deo loqui solebat, misit Deus (Angelum) ad Jūša:am, Nūni filium, Discipulum Mūsąe, Servi Dei, ut ipsi diceret: »Jūša:a! surge, proficiscere, »et transi cum Gente tuâ Al-'Ordonnem ad Terram, quam Israëlitis ego daturus sum. Omnia »loca, ubi incedent pedes vestri, vobis erunt. A Deserto ad Al-Lobnānum (Libānum), et a »Flumine Al-forāti (Euphratis) ad Mare extremum, terminus erit vester. Neque subsistet

» aliquis hostis coram te, Jūšaʿa! Quemadmodum (enim) Mūšae adfui, tibi adero. Nam non » relinquam te, neque deseram. Fortis esto, et magnum Virum te praesta quam maxime. » Ne timeas, neque terrore percellaris. Etenim tibi ego adero, et Populo tuo, ubique loco- » rum. Jūšaʿa, ne abroges lectionem eorum, quae Mūsa, Propheta, in unum Codicem col- » legit, et quae scripsit, ea nempe, quae Levitis in Loco illo (in Templo sancto) servanda » tradita sunt; et haec observa noctu et interdiu, et per omnes dies vitae tuae. Haec si obser- » vas, servaberis; et si non recedis ab iis, quae tibi mandata sunt dextrorsum aut sinistror- » sum, similiter prosperâ uteris fortunâ, et faustus eris, ac hostes tui a te propellentur, » tuque ipsorum cervicibus pedem impones. Nam eo tempore pactum interdictum est."

CAPUT X.

Jūšaʿa Israëlitas congregat, et Foedus cum iis renovat (*a*).

Jūšaʿa, auditis iis, quae Deus ipsi mandaverat, convenit cum ʾIlʿazaro, Pontifice. Hic consedit in Sede sanctâ (sacerdotali), ille vero in Sede Regni (sive Throno regio). Ad ipsos mox congregati sunt Sacerdotes sancti, et Levitae, Sacrificium offerentes, et 12 Principes, qui semper (illi) aderant, et Judices primarii, et septuaginta Sapientes electi, ac Praefecti Chiliadum, et Centuriarum, et Quinquagenariorum, et Decadum. Concione congregatâ, tubis clanxerunt, et Praecones dimiserunt proclamaturos, Israëlitas esse colligendos. Nondum hora praeterlapsa erat, quin advenerant senes et juvenes, multique ex mulieribus et pueris atque omnes exercitûs cohortes. His Jūšaʿa enarrare coepit, quae Deus O. M. per Dominum nostrum, Mūsam, Prophetam, de ipsorum ac Majorum rebus p. 11.
revelaverat. Deinde iis in mentem revocavit, quantopere ei adversati fuissent, et restitissent, ac rebelles in eum fuissent, iisque dixit: » Viri congregati! Foedus (jam) ego » pango vobiscum, et pactum (renovo), quod ante mortem Prophetae exstitit, vos nempe Deo » non (alios Deos) Socios addituros esse, et vos (mente) servaturos esse expositionem Legum, » quibus hoc Foedus innititur; [explicationem nimirum Legis, et enumerationem eorum, qui- » bus obedientes munifice donarentur, et quae assequerentur rebelles]. Foedus autem hoc- » ce, quod vobiscum paciscor, non vos solos spectat, sed vos, et eos, quos procreabitis » ad postremam usque generationem." Etiam exposuit iis, quae statuebant ceterae Gentes de Cultu Idolorum, eosque docuit, Deum Populo adstiturum esse, quamdiu in obedientiâ, ipsi debitâ, perseveraret; eum vero faciem suam ab iis sublaturum (*b*), simulatque rebellarent, quo facto, nec feliciter (iis) cederent, quae acturi essent, nec Gens (dissipata) colligeretur. Deinde altâ voce clamavit. » Viri congregati! Ne sit inter vos » aliquis, impia consilia struens, (nec sint inter vos) *spicae aristae* et *absinthium* [id est, » is, qui Deo alios Socios addit, et Cultum alium cum ejus Cultu conjungit]; nec sit » inter vos aliquis, qui animo excogitet Doctrinam improbitatis, aut rebellionem in

» Mandatum Dei O. M. Istiusmodi enim causa exsistent interitûs hujus magni Sacrarii,
» et universae hujus magnificentiae, ac Gentis separationis a Creatore, cujus Nomina sancti-
» ficentur! Hostes tunc votorum compotes fient, et vestros praedabuntur camelos, vestras
» mulieres, vestrosque liberos. Iis enim, qui profiteantur istam (Doctrinam falsam, sive
» integram), sive partes ejusdem, supervenient omnes calamitates, conscriptae in Lege san-
» cta, eorumque memoriam delebit Deus sub Coelo, eosque notabit Deus noxis (immitten-
» dis), ut ipsorum sors pejor sit, quam sors omnium Tribuum Israëlis. Itaque sincere agite
» ex animo, et mente, ut secundum ea, quae dicatis, Foedus vobiscum renovem. Deus,
» ac Coeli ipsius et Terra, Angelique, vobis testentur, haec nos inter et vos pacta esse.
» Vobis illi (aliquando), non contra vos, testimonium ferant. Quamdiu ergo observare
» continuetis ea, quibus obstricti estis., Deus, cujus laudes praedicentur, et qui sum-
» mopere celebretur, vobis benedicet, vosque servabit, et tuetur, ac juvabit, hostesque
» vestros prosternet, et vobis Terram assignabit, quam se daturum esse per ipsam suam
» Potentiam Majoribus vestris, 'Ibrahīmo, 'Isḫāqo, et Jaqūbo, quibus sit salus! juravit.
» Vos tunc servabit, et Terram vestram cum omnibus ipsius beneficiis, ac calamitates tollet et
» omnes res infaustas, et vos multiplicabit. Verum si repugnatis, et rebellatis, auferetur
» a vobis Dei Favor et Vis (divina) a latere, et auxilio vestro, et Angeli a vestro latere
» recedent, et Nomen Regis magni non amplius juvabit. Sed vobis supervenient ea, quae
» conscripta sunt in Libris Irae et Maledictionis, et dissipabuntur agmina vestra, ac (Deus)
» ita se geret, ac si rei vestrae oblitus sit. Tunc hostes vos subjicient, nec amplius vobis
» supererunt, sive Rex, sive Sacrarium, sive facultates, sive viri. Ac Deus vos disperget per
» Terrae tractus, ab alterâ ejus extremitate ad alteram, et in servitutem vos rediget, et
» alieno imperio subjiciet. Quae ergo dicatis, et confirmetis, et pacto ineundo pollicea-
» mini, Foederis sint conditiones, quae vobis incumbant. Et hoc alterum sit Foedus vo-
» biscum, superadditum iis, quae pacto vobiscum constituit (Deus), intercedente Do-
» mino nostro Mūsa, Propheta. Sincere igitur agite ex animo vestro, et ex intimâ cordis
» vestri persuasione!".

p. 12.

CAPUT XI.

Responsum (Israëlitarum Jūša:ae datum), et pactum, quod illi cum eo ipso hoc tempore inierunt.

Responderunt Jūša:ae omnes Israëlitae, clamantes, flentes, supplicantes, animum, Deo devotum, ipsi commonstrantes, et dixerunt: » Domine noster, ac Magister! obedientiam
» et obsequium (promittimus) mandato Dei O. M., ejusque Prophetae veridico ac fideli,
» (Mūsae), et mandato tuo, o Rex! et mandato nostri Sacerdotis ac Judicis. Non resi-
» stemus iis, quae praescribatis, nec recedemus ab iis, quae dicatis, dextrorsum vel

»sinistrorsum, et ab iis, quae praecepit Dominus noster, Mūsa, Propheta, ne quid»quam missum faciemus. Et quicunque se opponat, aut ab his declinet, et perfide agat, »ipsi incumbat maledictio, et ira divina. Quemadmodum nos gessimus convenienter jussis »Domini nostri, Mūsae, Prophetae, et ut hic nobis mandata dedit, et ad jusjurandum »nos adegit, pactumque nobiscum iniit, ac nomine nostro Sacrificia obtulit, et ut ei »nostrum assensum dedimus, ita tibi nos assentimur. Et in his Deus nobis testis sit, »qui sufficit nobis, et quam praeclarus est defensor!"

CAPUT XII.

Enarrantur, quae fecit Jūšaʿa in ordinando exercitu, et partibus ejus (disponendis) (*a*).

Jūšaʿa, Populi ardore cognito, dixit: »felices vos reddat Deus, isque efficiat, ut con»silia vestra bene cedant!" Cum iis ergo Foedus illud et Pactum renovavit, et eorum nomine Sacrificia obtulit, et iis benedixit Sacerdos. Deinde ipse et Sacerdos, uterque in Solio suo, consederunt. Quo facto ad se arcessivit Praefectos militares, a quibus petiit, ut Israëlitarum Censum tributim instituerent, ita tamen, ut Census tantum haberetur omnium, qui annum agerent vigesimum, ad eos usque, qui quinquaginta annos nati essent; exceptâ Tribu Lāwī*i* (Levitarum). Nam ex hac Tribu eos numerari jussit, qui nati essent mensem et quod excedit, eademque Dominus noster, Mūsa, Propheta, c. s. s. ante mortem mandaverat. Ii autem, qui annum agebant vigesimum, et natu erant minores, et qui annum agebant quinquagesimum, et natu erant majores, non in Censum veniebant. Censu habito, Praefecti repererunt, summam esse 601,730 Virorum, quo numero etiam continebantur Tribus Raʾūban*i* (Ruben), ac Tribus Ġad*i* (Gad), et dimidia Tribus Manaššae (Manasse), quarum possessiones erant trans Al-ʿOrdonnem (Jordanem), urbes nimirum cum ipsarum ditionibus, quae fuerant Sīḫūn*i* et ʿŪg*i* (Sihoni et Ogi), filiorum ʿAnāq*i* (Enaki). Tres urbes cum ipsarum ditionibus expugnaverat Nabīḫ*us*, et ejus cognatus, ex Tribu Manaššae oriundus (*b*). Quum enim Dominus noster, Mūsa, Propheta, urbes illas ceperat, et earum incolas deleverat, ad eum venerant Duces duarum illarum Tribuum et Tribûs dimidiae, eique dixerant: »Domine ac Magister! hae urbes nobis »conveniunt. Nos enim permulta habemus jumenta et pecora, et haec sextam fere par»tem efficiunt armentorum (universi) Populi (*c*), ac numerus Nostrorum circiter 5a pars »est exercitûs israëlitici." Ipsis vero ille succensuerat, et multis (eos) increpuerat, quod eligebant terras, a Fratribus (separatas). At reponderant: »relinquemus suppellectilem »nostram, et nostra armenta, in his urbibus, et simul proficiscemur, omni praetextu »procul remoto, nec prius in possessiones nostras revertemur, quam Fratres omnes suas p. 13. »terras acceperint. Postea demum ad regiones nostras, ac loca nostra, nos converte-

» mus!" Dominus noster, Mūsa, Propheta, cui sit salus eximia! (his auditis), quae petierant, iis concedebat, ac vivus hunc tractum ipsis assignabat. Primum ergo conscribebat Jūša:a, Nūnī filius, in exercitu suo, duas has Tribus et dimidiam, quarum Census numerum exhibebat 110,580 virorum; summa vero Tabulae, quâ Census continebatur novem Tribuum et dimidiae, erat 491,150 virorum (*d*). Secundum has (Tabellas) Principes Terram diviserunt ab Al-Ordonne ad Mare.

Haec est Tabula Censûs exercitûs felicis, victoriis inclyti, sancti, (a Deo) corroborati, et benedicti. Census autem Tribûs Lāwīī ex hoc numero excipiebatur, cujus mentio ante facta est. Etenim (Levitae) non bella gerebant, neque recedebant a Dei Ministerio. Summa horum Censûs, eorum (nempe), qui mensem et quod excurrit nati erant, 23,000 virorum erat.

Praefecti quum Tabulam Censûs adduxerant, hos Jūša:a, Nūnī filius, ad se arcessivit, et exhilaravit, dicens, Deum ipsis ita benedicturum esse, ut ex uno nascerentur mille, prouti iis promiserat Dominus noster, Mūsa, Propheta, nomine Dei, cujus Nomen celebretur.

CAPUT XIII.

Historia Exploratorum, quos misit Jūša:a, Rex (a).

Quum audiverat Jūša:a, Nūnī filius, Canā:anaeos exercitum collegisse, et congregatos esse Gigantes, misit Exploratores, ex Viris peritis, perspicacibus, alacribus, et iis, qui Religioni addicti erant, (electos), qui hostium exercitum inspicerent, et contemplarentur, ac Jarīhām (Hierichuntem) adire studerent, et numerum indagarent, tum incolarum hujus urbis, tum eorum, qui cum iis se conjunxissent: quibus peractis redirent, ut illa cum Jūšaâ communicarent. Itaque valedixerunt Exploratores exercitui, et haec res ut ipsis bene cederet, Deum precati, ac deinde profecti sunt, sed mutato habitu, simulantes, se venisse ex locis longinquis, et omnes callentes linguas, quibus in hostium exercitu utebantur. Illi autem (ad hostium castra accedentes) flere coeperunt, quare hostes rogabant, quae ipsis evenissent. Responderunt: » homines sumus ex Gente orientali. Audiverunt Socii nostri res gestas » Gentis illius magnae, quae in Deserto per 40 annos sine duce et viatico commorata est. » Fama etiam inter Gentem nostram increbruit, eos habere Deum, quem ajunt Regem » esse Coeli et Terrae, qui regionem nostram et vestram iis dedisset. Nos ergo Socii » nostri miserunt, ut exploraremus, verane sint, quae nobiscum communicabant, et ut haec » ipsis indicaremus. Quare profecti sumus, ac jam, longo intercedente temporis intervallo, » ad vos pervenimus. Quo tempore autem vos rebus vestris (nihil timentes) intenti eratis, » ad castra illius Gentis nos accessimus, et hos deprehendimus, haesitanter per Desertum » circumeuntes, iterumque revertentes. Et arcanum inter eos ferebatur (Oraculum), Deum

» eorum ipsis iratum; ac neminem, praeter duos Viros, hanc Terram intraturum esse.
» His igitur cognitis, reversi sumus, laeti et hilares. Postquam vero hoc tempore au-
» diveramus, quae Populus iste Sihūno et 'Ūgo, eorumque agris ac terris fecisset, et
» quae Regibus Midjan*is* et Mābi (accidissent), et in captivitatem abductas esse ipsorum
» mulieres, et infantes, atque gloriari istum Populum, (brevi) se vestram, ac deinde p. 14.
» nostram Terram invasurum esse, festinavimus, ut nostros Socios certiores redderemus,
» haec esse vera. Nam ad illos profecti sumus ex montibus, et vix perveneramus in
» castrorum viciniam, quin tres quatuorve viri ad nos exibant, quorum quisque unum ex
» nobis corripiebat, et ad novum nos introducebat Regem, qui (paulo ante) Regno erat
» praepositus, Vicarius Mūsae, Prophetae, cui sit salus eximia! Ac ille sane ejus (Regni)
» Princeps est misericors et clemens, sed nemini prae aliis favens. Est Vir, cujus fama
» Gigantis instar celebratur, qui animos frangit, cujus oratio corda scindit, cujus increpatio
» mentes attonitas reddit. Vix autem nos stiteramus coram eo, quin cognita habebat nomina
» nostra, nostrumque genus, ac terras, tum etiam quando exiissemus, et quorsum de-
» scendissemus; ac vera dicebat omnia, quae nobis referebat. Tum per metum ejus protinus
» in eum credidimus, et in Deum ipsius. At ille: »haec fides, inquit, quam ob metum
» » professi estis, fides est, quae probari nequit. Sed nihil vobis metuendum est. Abite et
» » redite ac dicite omnibus, quibus occurratis, ac Sociis vestris, ut sibi ipsi consulant.
» » Quicunque enim effugiat, incolumis erit, quicunque vero remaneat, peribit. Nam intra
» » hebdomadis spatium subsistet mihi aqua Al-'Ordonn*is*, jubente Deo nostro excelso, donec
» » transierit Populus ipsius. Nec ulla Arx clausa erit coram iis, quum hanc circumiverint
» » septies. Tum enim ejus muri corruent (*b*), et superstites omnes, qui in hac urbe re-
» » periantur, peribunt. Nam regiones illae regiones nostrae sunt, et agri ii agri nostri,
» » (assignata nobis) a Rege Coelorum et Terrae, qui omnes Reges creavit, et cui Servorum
» » instar ii obediunt." Et haec summa est eorum, quae ex eo audivimus. Cognovimus
» vero etiam, eum nuncupari Jūša'a*m*, filium Nūn*i*, et hunc eum esse, qui in fugam
» conjecit 'Amlāq*itas*, et qui interfecit Sīhūn*em*, et perdidit Ūg*um*, et in perniciem
» conjecit Reges Midjan*is* et Mābi. Itaque vae nobis et vobis, iisque, qui in regiones
» nostras et vestras se receperint! Est enim Populus, qui nullâ movetur misericordiâ,
» ac nullum relinquit superstitem, sed (omnia) sibi rapit, ac pacem cum nemine init,
» nisi cum iis, qui ex aliâ atque nostrâ ac vestrâ Gente oriundi sint. Nos enim iis su-
» specti sumus, ac si simus increduli, improbi, contumaces, et rebelles. Qui igitur ex
» nobis ac vobis sibi consulant, hi familiam secum ducant, et quam celerrime avolent,
» ut exeant ex omnibus ipsorum ditionibus, ante quam poenitentiâ afficiantur, ubi ipsa non
» amplius proderit."

Exploratores (his dictis), jumentis vecti, profecti sunt, et similia omnibus dicebant, quibus obviam fiebant, donec Jarīhā*m* perveniebant, ubi ab aliquo agnoscebantur; quare

incolae ipsos perdere studebant. Ad Mulierem ergo se convertebant, cui nomen Rah̲ab, caupona, cujus domus erat prope muros Arcis. Haec eos (ex periculo) eduxit, et occultavit, atque se ipse excusavit apud eum, qui illos quaerebat, argumento utens, eos jam rediisse. Tunc datâ fide invicem se obstrinxerunt, se, si Deus O. M. ipsis urbem tradidisset, servaturos esse tum ipsam, tum ejus cognatos, qui in ejus domo reperirentur. Mandarunt vero ei Exploratores, ut, simulatque Israëlitas ad urbem accedere audivisset, signum, quod agnoscere possent, et domum conspicuam redderet, tecto domûs suae imponeret; praeterea ei inculcarunt, se ab eorum sanguine, qui ex ipsius familiâ extra domum invenirentur, immunes fore. Exploratores Rah̲ab mox noctu eduxit, ac salvos eos evasuros esse voluit Deus. Redierunt ergo ad castra, et narrarunt Regi, et Sacer-
p. 15. doti, ac Senatui ea, quae viderant, et quae ipsis obtigerant, et quae Mulier illa in ipsorum gratiam egerat. Quare ipsis responderunt omnes, se hanc Mulierem servaturos esse secundum ea, quae datâ fide cum ipsâ convenerant. Idcirco pactum cum eâ initum per exercitum propagatum, ejusque notitia ad omnes perlata est.

CAPUT XIV.

Israëlitae ad iter suscipiendum convocantur.

Jūša'a Rex, auditis Exploratorum dictis, Praefectos militares exire jussit, qui proclamarent per exercitum, iter instare, et viaticum ipsi secum ducendum esse trium dierum. In oratione, quam habebant ii, haec dicebant: »Viri congregati! ne timeatis, nec con»sternamini. Nam Deus, Dominus vester, vobiscum proficiscitur, ut Portentum vobis »hocce tempore commonstret, ad vos ex hostium potestate eripiendos. Ac Portentum, »quod Deus vobis manifestabit ad Al-'Ordonn*em* tale erit, ut nullum ejus instar auditum »sit seculis praecedentibus, nec sequentibus audiri possit. Idque primum erit, quod »terrorem, per vos excitatum, in hostium animos injiciet. Agite igitur, ut Sacerdotes »sancti portent Arcam auream, Arcam Foederis, nunc vigentis, (Arcam) Gemmae »coelestis, Tabularum nimirum, quae conscriptae sunt igne divino, quia Gemma est coe»lestis. Sacerdotibus cum Arcâ in aquas Al-'Ordonn*is* intrantibus, aqua subsistet, ac »vi Omnipotentis recedet, ita ut defluant aquae inferiores, et aquae superiores in al»tum se accumulent, et increscendo aliae aliis se imponant, donec omnes Israëlitae, et »qui ipsos sequantur, per siccum et aridum transierint."

(Populo deinde congregato) Jūša'a, Nūn*i* filius, orationem habuit, dicens: »Viri congre»gati! Deus vobis praecepit, ut vos inter et Sacerdotes, qui Arcam portant, spatium sit »dimensum bis mille cubitorum, nec intra hoc spatium ad eam accedite, ut Deus opus suum »vobiscum perficiat." Porro jussit 12 (Tribuum) Principes ex loco, ubi stetissent pedes Sacerdotum, 12 tollere lapides, simulatque transitus Israëlitarum per Al-'Ordonn*em* finitus

esset, (hoc consilio) ut unusquisque nomen suo lapidi inscriberet, quo facto illud confirmaretur, et per omnes sequentes aetates memoriâ servaretur, Portentum scilicet, quod Deus, cujus Nomen est illustre, in Al-Ordonne edidit. Tum Levitae clamarunt altâ voce: »Laus »sit ei, cujus talis est potentia! Laus ei, cui omnia obediunt! Laus Deo Deorum, et »Domino Dominorum, cujus Imperio parent, quae moventur, et non moventur, tum »Coelum tum etiam Terra, et maria ac flumina, et omnia, quae iis continentur. Non »Deus est praeter eum, neque ullum aliud Imperium praeter Imperium ipsius durabit. »Nec ulla vis cum vi ejus comparanda, nec Dominus, qui ejus Dominio non subjectus, »nullus Imperans, qui ipsius Imperio non est subditus. Laus sit ei! Hic magnificetur, »et ipsius sanctificentur Nomina. Et pereat is, qui in eum non credit, et alteri fidu»ciam habet. Nam ipse Deus est."

CAPUT XV.

Historia transitûs Israëlitarum per Al-Ordonnem.

Fecerunt Israëlitae, quemadmodum iis praeceperat Rex. Et sublata est Nubes initio mensis primi anni primi septennii post Annum jubilaeum, quod in tempus incidit, quo Israëlitae fines possessionum (promissarum) intrare coeperunt. Ac jam elapsi erant post Orbem Terrarum conditum, ad illud tempus secundum Legem 2794 anni integri. Et haec vera est computatio, quam cognoverunt Viri docti ex computationibus Diluvii. p. 16.

Simulatque Nubes sublata erat, profecti sunt Sacerdotes, et secesserunt ab exercitu, spatio intermisso, uti ipsis (Rex) praeceperat. Et quum accesserant cum Arcâ ad aquas Al-Ordonnis, clamarunt Levitae, quos sequebantur omnes Israëlitae, unâ voce dicentes: »nulla praevalet potentia, ac nulla vis tuae potentiae, Domine Creaturarum!" Tunc substitit aqua, et undae undis cumulabantur per vim Creatoris, qui ea, quae velit perficit, et Miracula ac Res mirandas edit. Nec desiit aqua coacervari, fluctibus fluctibus impositis, ita ut in cumulum cresceret altorum montium instar. (Quod videntes) Sacerdotes substiterunt, Deum celebrantes, et laudantes. Dicebant: » Laus sit ei, cui »omnia obediunt!" Cum Arcâ autem in solo sicco in medio Al-Ordonne subsistebant, donec omnes Israëlitae cum familiis et jumentis suis per solum siccum, per medium Al-Ordonnem, per fundum ejus transiërant, qui torrenti similis erat, tempore messis exsiccato. Levitae tum celebrabant et laudabant (Deum), dicentes: »Laus sit ei, cui »omnia obediunt, Laus ei, cujus haec est voluntas!" Et quum Populus ex Al-Ordonne exierat, (Principes) observabant mandatum, et sumebant duodecim lapides ex loco, ubi steterant pedes Sacerdotum. Omnes nomen suum lapidi inscripserunt, et Rex similem etiam lapidem sumsit. Mox vero, simulatque Sacerdotes cum Arcâ adscenderant, aqua deorsum cum magno strepitu diffluere, ac venti magnâ cum velocitate ruere

coeperunt, aquâ demissâ. Quo Miraculo magno audito, Gentium fracti animi, et ipsarum conjuncta agmina dispersa sunt. Ac diruit aqua Al-'Ordonn*is* eo tempore loca multa, ei contermina, propter magnam ventorum, quibuscum fluctus ferebantur, vehementiam. Deus enim facit, quae velit. Illustre ipsius Nomen est. Ab eo ergo auxilium petam, et ei me committam. Nam ipsi laus convenit prae iis, qui (laude) digni sunt.

CAPUT XVI.

Hymnus, quo Jūša:a, Rex, (Deum) celebravit.

Tunc Jūša:a, Nūn*i* filius, una cum Israëlitis (Deum) celebravit iisdem verbis; quibus usus erat Dominus noster, Mūsa, Propheta, ad Mare Qolzūm*i*, et his addebant Encomia, et Hymnos, quibus (Deum) efferebant, eique gratias agebant pro beneficiis, quae Deus in ipsos contulerat. Ex multis, quibus (Deum) celebrabant, Carminibus, sequens est: »Quis Tibi similis est, o (Deus), qui summum in sanctitate locum tenes? o ter»ribile (Numen)! Tu, qui sideris fausti instar Te conspicuum reddidisti! Tu, qui inau»dita paravisti, qui Miracula fecisti, et manifesta reddidisti Portenta" (1)! Quid, Domi»ne noster! Tibi dicemus, qui Prodigia edis, qui tenebras collustras? quis Tibi est si»milis? Nemo Tecum comparari potest! Nam fecisti Tu, quaecunque (manu) aguntur, et »(mente) finguntur; quae in sensus cadunt, et hominum oculos non tangunt; et For»mas terrestres pariter, atque Genios coelestes, Tuae Naturae qualitatibus quodammodo »praeditos!"

p. 17. Die illo magnam nominis celebritatem Jūša:a, Nūn*i* filius, apud Israëlitas adeptus est, et eodem ejus causâ metu affecti sunt, quo ante Mūsa*m*, Prophetam, prosequebantur, quia videbant, Deum ipsis adesse (2). Deinde Jūša:a, Nūn*i* filius, 12 lapides pavimenti, quod in Al-'Ordonn*is* alveo depositum fuerat, erexit (3), et (alios ejusmodi) 12 lapides Principes erexerunt in loco, cui nomen est Ģalīl (4), ut ipsos conspicere possent generationes sequentes, ut ipsae recordarentur, exsiccatum fuisse Al-'Ordonn*em*, et ut inaudita celebrarent Miracula, et hoc Facinus Filiis traderent Patres, et propterea ut audirent Reges et Populi, Deum nostrum Deum esse unicum et omnipotentem.

Omnes Reges As-šām*i*, quum audiverant, transiisse Israëlitas in Terram, iis in Foedum concessam, et substitisse aquas Al-'Ordonn*is*, et hunc Fluvium exsiccatum fuisse (5), vestem feralem induebant, et metu corripiebantur, quin nonnulli eorum prae Israëlitarum terrore moriebantur, propter pavoris, quem ii his incusserant, vehementiam. Mox allocutus est Deus Jūša:a*m*, Nūn*i* filium, dicens: »hodie propagavi metum tui, ac Populi tui, »per has Gentes. Tu vero tollas a te, et Populo tuo, omnem immunditiem et morbum."

---

(1) Exod. XV. 11 (2) Jos. IV. 14. (3) Jos. IV. 9. (4) Jos. IV: 20—24. (5) Jos. V. 1.

Itaque hunc locum Jūša:a nuncupavit *Ģalīl*, et hoc ipsius nomen est ad postremas usque generationes. Laus ergo sit Deo, sine intermissione semper superstite.

CAPUT XVII.

Traditur, quid Jarīẖāe antiquae expugnatae evenerit.

Post abitum Regis ex loco, quem vocaverat Ģalīl, castra metati sunt in valle Jarīẖāe primo die (hebdomadis), die 14° (mensis). Tunc celebrarunt Festum Paschatis, et comederunt Panes infermentatos, ex frugibus novis (paratos). Etiam sublatum est *Man*, postquam ingressi erant in Terram, ac postea comederunt fruges ipsius et arborum fructus (1).

Urbe autem ab Israëlitis obsidione clausâ, Jūša:a, Nūni filius, Rex, castris relictis, in secessum abiit, ut Deum suum noctu coleret. Precibus ad finem perductis, oculos sustulit, et ecce formam, Viro similem subsistenti, et gladium strictum manu tenenti (2)! Acclamabat illi hicce: Jūša:a! et deinde dicebat: »tune ex Nostratibus es, an ex hosti»bus nostris?" (Tacente Jūša:a), respondit ille, et dixit: »sum ex Legatis Dei, poenis (in»fligendis) praepositis." Quam ob causam (Jūša:a) coram eo in Terram se projecit, sed deinde surrexit, eique dixit: »trade Servo tuo mandatum, quod ipsi (a Deo) affertur!"

Tum ille: »Rex exue calceos tuos ex pedibus tuis: Nam locus, in quo stas, locus »est sanctus. Deus O. M. tibi dicit: Jūša:a! conspice e regione. Hanc enim urbem mu»nitissimam tibi traditurus sum (3), Jarīẖā*m*, et Regem ejus, et incolas. Jam ergo tibi »elige ex Israëlitis Viros strenuos, ex quâque Tribu mille viros, qui sexties per sex dies »urbem circumeant, et Arca aurea, Arca Foederis, agmen ducat. Nec loquantur de re, »quae mox eveniat, nec aliis rebus se occupent, nisi laudando et celebrando (Deo). Hoc »vero ne intermittant, neque per spatium sex dierum bellicum clamorem una cum tubâ »edant, [Sacerdotes nimirum, tubas clangoris portantes]. Septimo vero die septimâ vice »urbem circumeant, Sacerdotibus tubis clangentibus. Quo sono audito, exercitus altâ voce p. 18.
»clamet formulam repetitam: »Deus magnus est in bellis, Deus ejus nomen est." Quo »facto, corruet murus urbis, et collabentur munimenta coram Populo, et exercitus »urbem intrabit, eamque diripiet."

Jūša:a (his auditis) rediit, et collegit (4) Principes Populi, hisque praecepit, ut sibi eligerent duodecim millia Virorum. Qui quum ad eum pervenerant, hos jussit proficisci, et cum iis Sacerdotes sanctos, portantes Arcam et tubas, et mandavit omnibus, ut (Deum) laudarent et celebrarent per sex dies voce submissâ, sed ut die septimo urbem sexties circumirent. »Septimâ vice autem (sic pergebat) clamabunt Sacerdotes, tubis »clangentes, ac tubae voce auditâ, exercitus universus altâ voce clamet, et confestim (ur-

---

(1) Jos. V. 10—12. (2) Jos. V. 13—15. (3) Jos. VI. 2—5. (4) Jos. VI. 6—27.

»bem denuo) circumeat. Tum enim munimenta corruent, ac tradet Deus urbem in »manum vestram. Quo comperto, eam invadetis, et omnes, quos in eâ viventes repe»riatis, tam homines, quam animalia, interficietis, et ipsam urbem diripietis, et incendio »delebitis. Ac nullum, ibi superstitem, relinquetis, praeter Mulierem, *Rahab* dictam, »Cauponam, quam incolumem educetis cum hominibus, qui in aedibus ipsius adsint, »quemadmodum facto Foedere Exploratores cum eâ convenerunt. At Viri congregati! »cavete, ne quid ex urbe capiatis. Incendio delete aurum, quod in eâ reperiatur, »et argentum, cum aere et ferro, et omnibus opibus, nec quidquam prehendite, quod »devotum sit. Nam tum periretis, ac periret exercitus."

Fecit Populus, ut Jūša:a mandaverat, et ad septimum circuitum clangebant Sacerdotes tubis, et clamabant (Israëlitae) magno cum clamore. Quo edito, conciderunt moenia urbis, et intravit exercitus, ibique vivos omnes ab hominibus ad animalia usque occidit. Omnem etiam suppellectilem, quae ibi erat, collectam, et in mediâ eâ depositam, incenderunt. Urbs porro in tumulum, numquam restauratum, redacta est. Jūša:a mox altâ voce clamavit: »Viri congregati! illicitum vobis est, et iis, qui oriantur ex Progenie vestrâ, »in hac urbe vel unum lapidem restaurare." Haec primaria erat urbs, et munitissima, dicta *Jarīḫā antiqua*: et haec erat urbs devota, devastata, combusta, in tumulum conversa, quae non restaurata, nec umquam per omnia secula restituta est. Et haec (urbis eversio) peracta est, postquam Exploratores aedes illius Mulieris intraverant, et hanc eduxerant cum omnibus, qui in aedibus ipsius aderant, hominibus; quos ex clade salvos reddiderunt.

Hisce rebus gestis propagabatur nomen Jūša:ae ad fines Terrae. Sed peccatum commisit aliquis Israëlitarum. Hic enim ingressus est in Aedem summi Idoli hujus urbis, ibique invenit rem quamdam praestantissimam auream, et auream ligulam, quarum rerum pondus erat librarum 2250. Has sumsit et abscondidit in tentorio suo, quamquam ipsi interdictum erat eas tangere, et multo minus furto auferre, et in loco, quo habitabat, celare. Itaque Deus propterea Israëlitis iratus est. (Furtum) vero istud neque Principes cognoverant, nec ipse Rex. Sed laus sit ei, qui res occultas animadvertit, et Miracula sua manifesta reddit. Celebretur Nomen ejus, ejusque memoria efferatur.

p. 19.

CAPUT XVIII.

Narratur, quomodo palam fieret, res devotas furto ablatas esse.

Tempore matutino diei ante indicati, praesens aderat Jūša:a Rex cum universo exercitu ante Sacrarium. Principes etiam ibidem coram 'Il:azare Sacerdote, c. s. s., se stiterant. Hic autem (Pectorale gerebat), Gemmis (ornatum), ex quibus Gemma obscurata erat, cui inscriptum erat nomen Jahūda. Jussit ergo (summus Sacerdos) hanc Tribum suas exhibere Tabellas, ut nominatim e regione Gemmae (praelegerentur). Quo facto (ite-

rum) obscurabatur, pronunciato nomine *Aican*, ex Gente Zarahi, filii Jahūdae. Qui quum protinus adductus erat, et coram Jūšaa, Rege, stabat, Rex ipsi dicebat: »Vir »tolle faciem tuam, ad Regem Coeli et Terrae, et intellige eum cognoscere arcana. Vae »igitur ei, qui putet, aliquid ipsum latere, aut abscondi posse. Confitere ergo pec- »catum, quod commiseris, et quid ex rebus Deo devotis sumseris. Jam enim propter te »succensuit Deus Populo suo." Tum Vir ipsi respondit et dixit: »scito, o Rex, me »graviter peccasse in Deum, abscondita et latentia scientem, et perfide me egisse in Foedus »Dei et ipsius Legati. Intravi Templum Idoli summi jarīhāni. Ibi inveni rem prae- »stantissimam auream, et auream ligulam, quarum pondus est 2250 librarum. Quas »quia avide expetebam, sumsi, et in tentorio meo sepelivi. Si autem peccatum ejusmodi »sit, ut condonari possit, Deus clemens est et misericors; si vero nulla ipsi sit condo- »natio, exsequere, quod in meâ causâ jubendum esse tibi videatur." Misit Rex confestim Viros fidos, ut adducerent, quae confessus erat ille se appetivisse et sumsisse. Eum vero deduxit Praefectus custodiae cum sociis suis, Viris principibus, ante Templum Creatoris. (Rex) ibi mandatum edidit extra Castra eum comburendi. Prehensus igitur et combustus est iste cum omnibus, quos habebat, liberis ac jumentis, et quotquot possidebat. Quae omnia (in cinerem redacta) in Valle profundâ Regis jussu deducta, et ab exercitu universo lapidibus obruta sunt. Huic Valli (Jušaa) nomen imposuit Vallis *Acūri*. Ac protinus sustulit Deus iram suam ab Israëlitis. Nam eum placaverant, quae illi fecerant. Ipsi sit laus, quia est beneficus, et egregia sunt ipsius benignitatis, et benevolentiae indicia.

CAPUT XIX.

Canāanitae nonnulli, dolo utentes, Regis clientelam impetrant.

Post hujus urbis expugnationem rediit Rex et Populus ejus in locum dictum *Galīl*, et de Canāan*itis* nihil animadverterunt, donec ad eos veniebat Caterva Virorum, quorum facies nigrae redditae, et vestes calceique vetustate attrita erant, et qui panem jam mucidum redditum secum ferebant. Hi venerunt ad Regem, et ad Principes Israëlitarum in eum locum, et (eos) salutarunt, ut ejusmodi (homines) salutare solent, et coram Senatui se prostraverunt. Deinde Regi dixerunt: »petimus clientelam a te et Populo »tuo, ut in mediis vobis degamus. Ex iis enim sumus, qui Dominum vestrum Deum sibi »elegerunt." Iis respondit (Jūšaa): »equidem clientelam vobis promittere non prius »possum, quam mihi indicaveritis, quinam vos sitis, et ex quo loco veneritis." Responderunt illi: »Venimus ex terrâ longinquâ. Ibi audivimus famam vestram, et Mi- p. 20
»racula ac Portenta, quae Deus O. M. Israëlitis manifesta reddidit, cum in Mari, tum »in Deserto, et in Valle Maugabi, et quid Regibus per vos evenerit. Jam vero ad »te nos convertimus, o Rex, ut una tecum eâdem conditione vivamus, quâ ii, qui »praesidium apud te quaesiverunt. Nos enim etiam credimus in Deum tuum, neque re-

»sistemus iis, quae nobis mandaveris, sive parvis, sive magnis. (Vera esse, quae di- »ximus) testari possunt facies nostrae nigrae, et vestitus vetustate attritus, et victus »exsiccatus. Nam non profecti sumus ex locis nostris, induti vestibus, ex pannis nul- »lius pretii consutis, sed post longum iter necesse erat, ut sic (usu attererentur). Jam »vero per clientelam securitatem nobis concedite, ita ut vivere possimus in medio hoc »Populo magno, benedicto, sancto."

(His auditis), Jūša:a nonnullos ex agmine progredi jussit, et cum his Foedus iniit. Iis jurarunt etiam (Rex et Principes) per Deum Israëlitarum, se eos non interfecturos esse, neque aliquem ex ipsorum Popularibus. Post triduum vero cognovit Rex eos esse ex hostibus, ex tribus urbibus vicinis, (sitis) a meridie Montis benedicti, quae urbes sunt Ģaba:ūn, Qirja, et Bīrūt (Gibeon, Kirjath-Jeärim et Beëroth). Verum nemini ex exercitu (Israëlitarum) in illum locum proficisci licebat propter cientelam (illis promissam), et jusjurandum (iis datum), ac Foedus (cum iis pactum). Rex igitur Viros nonnullos arcessivit, iisque dixit: »quare (illud) mihi abscondidistis, et dixistis, e longinquis terris vos venisse, dum vicini »estis?" Responderunt dicentes: »noveramus Deum Israëlitarum vos jussisse haec loca »devastare, et in omnes terras, ubicunque aliquis viveret, sine discrimine gladio saevire. »Itaque metuimus nobismetipsis. Ideo quae fecimus, egimus. Nos vero in tuâ sumus »potestate, o Rex! Fac de nobis, quae tibi placeant." Tum ille liberos eos dimisit, et inter Israëlitas (haec) proclamavit: »ne eos interficiatis, sed conditione utantur eo- »rum, qui ligna caedunt, et aquam jumentis hauriunt." Tum ergo (Israëlitae) iis fe- cerunt secundum ea, quae mandaverat (Juša:a).

CAPUT XX.

*Historia Canā:an*itarum, *qui Terram incolebant.*

Canā:an*itae* nonnulli, quum audiverant, Israëlitas trajecisse Al-'Ordonn*em*, alii ad alios fugerunt. Verum postquam cognoverant, quid Jarīḫā*e* evenisset et ipsius incolis, col- legerunt se omnes, qui ad Al-'Ordonn*em* et ad Mare magnum habitabant, et consenserunt, operam se daturos esse, ut Israëlitis obviam irent, et manus cum iis consererent. Mise- runt ergo quinque ex suis Praefectis cum majori exercitûs parte, qui tres illos tractûs, quorum incolae in clientelam Israëlitarum se receperant, primum adirent, et hos expu- gnarent. Initio facto ab (oppugnandâ) Ģaba:ūn*e*, et ejus civibus in angustias reda- ctis, Ģaba:ūn*itae* ad Jūša:a*m* Regem miserunt, ut ei significarent, quae de Regum con- siliis certo cognoverant; hos nimirum jam initium fecisse ab exitio ipsis inferendo; se ergo in magnis versari angustiis, et gravi afflictione; et (causam suam) apud eum gra- vissimis (utentes) rationibus adstrinxerunt, et eum rogarunt, ut ab hostilibus, quae illi operabantur, ipsos liberaret. Collegit Rex Senatum, Legati vero profecti sunt. Deus

Regem hac nocte his verbis allocutus est: »ne timeas, Jūša:a! ego enim hos quinque Principes » in tuam tradam potestatem, sed ex iis, sive ex ipsorum militibus, neminem serva!" Israë- p. 21.
litarum ergo exercitus profectus est, et hostium castra noctu cinxit; dum symbolum Israëlitarum erat: ***Deus praevalet in bellis: Deus ejus nomen est!*** Tum fugerunt quinque Reges coram iis ad Casaḥam, et Maqadam (Maqqedam). Quorsum quum Israëlitae pervenerant, eos vicerunt, et crudelem inter eos caedem ediderunt. Mox jussit Jūša:a lucem diurnam subsistere. Et haec subsistebat revera, ita ut dies in longum produceretur. Nam Deus audiverat vocem Israëlitarum, et Angelos proficisci cum iis jusserat.

Fugerant quinque Reges, [dicti nempe Principes], et Maqadae invenerant speluncam. Rex ergo jussit ostio speluncae lapides magnos apponere, ut eam (sic) custoditam teneret, donec (Israëlitae) rediissent, et reliquam exercitûs partem penitus delevissent. Sic interfecit omnes, et nemo ex iis salvus evasit. Postea redierunt ad speluncam, ex quâ Rex Reges educi, et in faciem projici jussit, mandans summis Praefectis exercitûs, ut calceis suis illorum cervices conculcarent. Porro dixit Israëlitis: »fortes vos praestate, et magnos vos gerite, » nec timete, nec metu percellimini! sic faciet Deus hostibus vestris." Jussit deinde Reges interfici, et cruci eos affigi ad solis occasum usque. Sole vero occidente, mandavit, ut eos deferrent in speluncam, in quam fugerant, una cum lignis, in quibus suspensi fuerant, et ut ostio speluncae tumulum apponerent lapidum, ut ejus rei memoria ad postrema usque secula propagaretur. Quae praeceperat (Jūša:a), fecerunt, et laeti (in castra reduces) convenerunt.

CAPUT XXI.

Historia hujus exercitûs, et victoriae, ab eo reportatae, ac cladis internecinae, inter hostes editae.

Ineunte mense octavo, quo tempore exercitus (etiam) profectus est (*a*), divisit Rex pedites et equites (*b*) in tria agmina, et haec singula per vias, ad latus sitas, misit. Ipse cum Sociis suis iter fecit, per regiam viam, ad (hostium) exercitum recte tendens, ac primus et solus ad castra eorum pervenit, et per horae spatium eos occupatos tenuit. Hi vero nondum (ex hac mentis consternatione) convaluerant (*c*), quum nubes pulveris ecce excitatur, et exercitus ab omnibus lateribus advenit. Israëlitae, simulatque se invicem conspexerant, altâ voce exclamabant: ***Deus est Dominus noster***, ***bellando*** (hostes) ***a nobis abarcens.*** Ac Deus eo die Miracula hostibus conspicienda dedit. Omnibus enim, qui fugere volebant, obviam venit ignis, ipsos comburens, ac spectrum iis se obtulit, ita ut equi cum equitibus suis incitato cursu propellerentur, et cum iis in mortem praecipites ruerent, simulatque Israëlitarum clamorem audiverant (*d*). His producebantur horae (*e*) diei, solis luce collustrati, prouti iis promiserat Deus, donec perfecerant hoc tempore,

quod (ceteroquin) per integrum annum fieri potuisset. Nec aliquis hostium, pugnâ finitâ, superstes relinquebatur.

Deinde Rex Mairūno (*f*) ad 'Ilazare*m*, Sacerdotem, scripsit Epistolam, alligatam alis columbae (*g*), quâ ipsum certiorem redderet beneficiorum, quibus Deus ipsos affecerat, et Miraculorum, ac Portentorum, quae ipsis commonstraverat, quaeque ibi describebantur (*h*). Praeterea cum ipso communicabat, se non rediturum esse, donec reliquas terras Israëlitis subegisset. Dimisit columbam, tempore matutino diei 5ti (die Jovis). Et profecta est confestim, vecta per benedictionem Dei, et beneficium interventûs ipsius (*i*).

p. 22. Neque desiit (Jūša:a) urbes oppugnare, alias post alias. Quas expugnans, in rebelles egit eâdem ratione, quam ante descripsimus. Absolutâ terrarum expugnatione (1), reversus est mense primo anni secundi. Itaque constat, eum uno anno omnes eorum terras expugnasse, regionem nimirum septem (Gentium) Canaā:n*itarum*, (sive) Gigantium, quorum memoria stabilita, nota, et famosa est (*k*).

Porro in secessum abierunt, ut se lustrarent, tum (Jūša:a) ipse, tum omnes, qui eum comitati erant. Descendebat enim ex Monte benedicto Fluvius magnus, irrigans planitiem. Ad hunc Rex descendit cum universo exercitu. Peractâ lustratione, 'Ilazar, Sacerdos, pro iis Sacrificia obtulit, et omnes eo die Festum celebrarunt splendidum cum ritu perfecto et consummato (2), quo laetius nullum umquam visum est. Aderat enim Populus universus, nondum per fundos suos distributus. Qui quum clamabat, et (Deum) laudabat, et Hymnis celebrabat, vox audita est in locis longinquis et remotissimis (*l*). Festo ad finem perducto, convenerunt Rex et Senatus, et fundorum, Populo assignandorum, divisionem instituere coeperunt, et Deum O. M. precati sunt, ut res ipsis bene cederet.

CAPUT XXII.

Fundi inter Israëlitas dividuntur, et horum termini.

Viros nonnullos Rex elegit ex Geometris, et ipsorum Sociis, tum ex iis, qui terras metiendi artis et agriculturae periti erant, tum ex iis, qui in dimensione auxilium ipsis praestarent, et gnari erant divisionis (recte) instituendae (*a*). Hos jussit (Terram) dividere in decem partes (*b*). Ipse enim novem Tribus et dimidiam per decem partes juste (sed universe) distribuere jam inceperat. Deinde constituerat iis terminos terrarum ad normam eorum, quae significaverat Dominus noster, Mūsa, Propheta, in Capite terminorum (*c*), quod exstat in Lege, ubi hic dicit: *quando veneritis in Terram Cana:ā-nis, hanc terram haereditabitis secundum terminos ipsius. Sit vobis tractus australis a Deserto Çin ad terras Edūmi.* Et hic terrarum terminus est duarum Tribuum

(1) Jos. XI. 19—23. (2) Jos. VIII. 30 seqq.

et dimidiae. Porro orationem instaurans, (Propheta) dicit (*d*). *Et erit vobis terminus ad austrum ab extremâ parte orientali Maris salsi ad latus Miçr* (*Aegypti*). *Et exitus hujus termini erit a sinu Maris* (*e*), id est ab Isthmo Deserti, quo significatur tractus Àl-ẖegāzi et Às-šami, et angustus intervalli transitus, qui ad Mare (rubrum) extenditur. *Locus, ex quo terminus australis* (Occidentem versus) *procurret, sit Qods Àr-raqīm.* Vult, (scribens جنوبى), قبلى (meridiem), et (per *Qods-Àr-raqīm* intelligit) locum, qui dicitur *Qades Barnā*, ad terminos Às-šami et Àl-ẖegāzi (*f*). Agitabatur nimirum apud homines illius temporis, donec metus intercesserat, et propositum (irritum reddiderat), consilium terminos ad Nīl*um* Miçr usque proferendi (*g*); et hic est rivulus, (in terminorum descriptione designatus), qui in Mare effunditur, cujus littus extendit se a Miçro ad Falastina*m* et ad Àr-rūm*am*. *Et terminus occidentalis erit vobis Mare postremum.* Et Mare postremum Mare nominatur a Miçro ad Às-šām*um*. *Et* p. 23.
terminus septentrionalis a Mari magno extenditur ad Montem Àl-Ǵabal et ad Înan Ḫamç (*h*). Intelligit Rex flexum in Monte Àl-Lobnāni ad hujus partem extremam, ad terminum (nempe) ipsius ditionum in agro dimišq*ino* (damasceno), usque dum transit (terminus) Orientem versus, ubi circulum facit, et descendit, donec se ad Àl-'Ordonn*em* demittit. Et hujus (termini) exitus est ad Mare salsum, qui terminus idem est, qui in initio Capitis (de terminis agentis) designatur.

» Et haec, (sic Jūša·a pergebat), divisio minor est. Restituant ergo (Geometrae) dimi»diam partem agrorum majorum (ante) assignatorum pro ratione Censûs Tribuum novem »et dimidiae" (*i*).

Deinde (Jūša·a) Geometris mandavit, ut ex omnibus Israëlitarum terris, Levitis, a divisione exceptis (*k*), 48 urbes secernerent, ex quarum numero *sex* urbes essent; *tres* nempe ex omnibus urbibus Tribuum duarum et dimidiae, et *tres* ex omnibus urbibus Tribuum novem et dimidiae, quas jusserat Deus O. M. eligi, et nominari urbes *repulsae* (*l*), id est refugii ei, qui illuc fugiat; ei homicidae (nempe), qui alterum inscius interfecerat; nimirum per casum fortuitum, sive per imprudentiam, praeter voluntatem, odiumve ante conceptum, ita ut essent hae urbes repulsae instar ab impetu Vindicis (sanguinis); adeo ut non interficeretur homicida, ubi illud constaret coram Judice et Principum consessu. Si nempe caedes praemeditata esset, interficiebatur; si vero facta esset per imprudentiam, is fugiebat ad quamdam harum urbium, et ex eâ egredi ipsi non licebat ad tempus usque, quo Pontifex summus mortuus esset. Nam si transgrederetur terminum hujus urbis, et ei obviam fieret Vindex (sanguinis), hic eum interficiens, insons erat a sanguine ipsius (1).

---

(1) Cf. Num. XXXV. 1 seqq., et Jos. XX et XXI.

His mandatis instructi, illi profecti sunt, Geometrae scilicet, atque ii, qui (terminos) definirent, et qui agriculturae erant periti.

CAPUT XXIII.

Exponuntur, quae Jūša:a (interea) fecit, donec Geometrae ad eum redierant (a).

Postea collegit Rex duas Tribûs et dimidiam coram 'Il:azare, Sacerdote, c. s. s., et coram Principibus, qui (iis) gratias egerunt, pro ipsorum rebus gestis, et ope atque auxilio. Dixerunt: »Diligenter observastis (*b*) Foedus Dei, et Foedus Domini nostri, Mūsae, cui » sit salus eximia. Nullum jus in vos nobis amplius superest (*c*). Ac praeclaros profecto »vos gessistis! Vitam conservastis, et (molestias) sustinuistis, ac patienter continuistis vos »ab iis, quos reliqueratis, curandis, donec Fratres vestri expugnationem terrarum suarum »ad finem perduxissent. Et sane crevit jam vestra auctoritas, et feliciter vobis cesserunt, »quae egistis coram Deo, Domino vestro. Hic autem retribuere solet pro re bene gestâ »beneficia, quae illius rei pretio millies aucto similia sunt (*d*). Accipietis igitur terram, »vobis assignatam, Genti vestrae eximiam. Nec aliquis erit, qui vobis resistat, nullus »qui adversetur. Et quae bona *nobis* contingant, similia *vobis* Deus multiplicet." Deinde congregavit Praefectos eorum militares, et vestibus honoris eos induit (*e*), ac donis eos donavit, iisque mandavit, ut Tabulam Censûs perlustrarent. Quod quum fecerant, ac nullus eorum desiderabatur (*f*), comederunt simul et biberunt, ac Foedus invicem renovarunt (*g*), (promittentes), se perpetuo perseveraturos esse in Dei obsequio, et
p. 24. in Prophetae ipsius amore, atque Praeceptorum observatione, seque acceleraturos esse, alios post alios, siquando ad ipsos nuntius (ab iis) pervenisset, sive is noctu afferretur, aut interdiu, sive in lautâ, aut angustâ conditione, sive in gaudio, aut in moerore; nec se repugnaturos (umquam), aut dormientium instar se gessuros, sed (semper) se festinaturos, et properaturos esse. Ad quae (praestanda) quum gravi juramento se obstringere coeperant, 'Il:azar, Pontifex, c. s. s., eorum nomine Sacrificia obtulit. Postea congregati sunt Praefecti militares Gentis israëliticae (*h*), ut illis valedicerent. Imperio autem 110,580 virorum, (qui numerus erat duarum Tribuum et dimidiae), Rex praefecit Nabīhum (*i*), filium Gil:adis, ex Tribu Manaššae, et eum induit veste regiâ, eique imposuit coronam, ac vehi eum jussit equo quodam suo nobili (*k*), et coram eo misit Praeconem, haec proclamaturum: »hicce Rex est duarum Tribuum et dimidiae, »praepositus harum judiciis, summus rerum civilium Moderator, summus in castris »Praefectus, summus Orator, qui ipsarum nomine locuturus est, si quae res cum »aliis de rebus, quae ipsas spectent, gerenda sit (*l*). Quidquid mandet, acceptum, et »omne judicium, quod ferat, sancitum sit. Judicium autem, in quo ipse haereat (*m*),

» committat effato 'Il:azaris, Pontificis, c. s. s. Viri congregati! quicunque se opponat » decreto ipsius, aut subtrahat se ejus obedientiae, sanguis ipsius cujusque arbitrio per- » missus, et Populus universus a scelere istius immunis sit."

Porro (Nabīho) tradidit (Jūša:a) (*n*) Codicem Libri Domini nostri, Mūsae, filii 'Amrā-*nis*, Prophetae, et jussit ipsum hunc legere noctu et interdiu, et ei significavit indicia eo (Codice) contineri miraculosa et manifesta, ad prolongandam vitam in mundo prae-senti et futuro (*o*), et per lectionem ejus fore, ut cavere se posset a Geniis, et oculis malis, a rebus infaustis, et ab incantatione, ac vindictâ hostium. Ei quoque commenda-vit 12 Tribus, et his praecepit (*p*), ut ipsi adhaererent, nec eum missum facerent, quamdiu Epistolarum commercium haberet cum omnibus Tribuum Principibus, in Aulâ Regis, et Ministri Dei versantibus. Praeterea Nabīho elegit Viros eruditos, qui levarent ipsi onus Rei publicae gerendae, et quos consuleret, in Rebus graviori-bus, quae ipsi se offerrent (*q*). Postea tradidit ei bis mille Levitas, qui habitarent in urbibus, quae his apud illas (Tribus) assignatae erant, et qui acciperent partes Dei, et partes Ministrorum ipsius, Decimas nempe, et Res ex Voto oblatas, et quae ex Sa-crificiis, singulis mensibus (Levitis) tradere iis (Tribubus) incumbebat. Porro, ut Judi-cia coram Principibus earum Tribuum (a Levitis) exercerentur, et ut hi insuper Preces earumdem (Tribuum) nomine instituerent, ac Res (moderarentur), quae nullo modo sine eorum auxilio peragi possent (*r*).

Deinde expandebantur coram Nabīho vexilla, et tubis clangebant. Jumentis inside-bant Minister Dei, et Rex (Jūša:a), et ipsorum Senatus, iis (Tribubus) valedicturi. Dies erat magnus, cujus instar nullus existere potest in Mundo similis (*s*). Illi mox profecti sunt, Dei praesidio muniti, adjuti, exhilarati, gaudio affecti. Cujus rei fama quum pervenerat ad Socios eorum, qui ad res ipsorum (tuendas) ab alterâ Al-'Ordonn*is* parte custodias egerant, horum Principes exierunt obviam iis. Sic constituti sunt in (possessio-ne) locorum suorum. Nabīh*us* enim divisit hunc tractum pro ratione numeri Subdito-rum suorum. Etiam Levitae venerunt in loca sua, et (ibi) convenerunt ad celebrandum et laudandum (Deum). Ac gloria sit Deo pro beneficiis ejus, in ipsos collatis.

CAPUT XXIV. p. 25.

Virorum, qui artis terram metiendi et bene distribuendi periti erant, ad Jūša:am, Nūni filium, Regem, reditus.

Statim post reditum Geometrarum, et eorum, qui periti erant artis terram dimidiam in agros dividendi, et hos juste (pro arvorum virtute) distribuendi, riteque distinguendi ipsorum arbores, et omnia, quae eorumdem culturam impediant, congregarunt se Rex et

12 Principes, quos in Terrae divisione cum eo convenire jusserat Dominus Mūsa, Propheta, c. s. s., ne quis Jūša:ae se opponeret, et ne lis sive altercatio inter eos oriretur (*a*). Divisionem igitur in decem partes instituere coeperunt. Distribuerunt nempe Tribus per decem partes, pro ratione majoris minorisve numeri cujusque Tribûs, usque dum omnes hanc rem ex aequo definiverant, de eâ consenserant, hanc confirmaverant, atque integram perfecerant, et distincte absolverant (*b*). Postquam omnes convenerant de ratione, quâ haec res constituenda esset, detulerunt Tabellas ad Dei Ministrum, 'Ilazar*em*, Sacerdotem, c. s. s. Qui quum eas attente perpenderat, manu suâ alterum (exemplum) descripsit partitionis, et Tribuum distributionis. Scripsit deinde decem portionum Libellos, in quibus distributio terrarum dividendarum et assignandarum definita erat, et inscripsit nomen cujusque partis, (singulis) Tribubus (tributae), Libello cuique, et singulis Principibus Libellum suum tradidit; quo facto quisque Princeps cum suis abibat. Hi porro Praefectos militares (*c*) Tribulium suorum collegerunt, et singulas partes secundum numeri summam diviserunt, ita ut quisque (partem acciperet) pro ratione familiae suae. Praeterea cum unoquoque (Tribuum Principe aliquis) exiit ex Geometris, et ex iis, qui terras dimensi erant, ut justum declararent id, quod singulis contigerat. Sors quoque exiit Regionis montanae praestantissimae, designans possessiones Jūša:ae, filii Nūn*i*, Regis, et ejus Sodalis, Calab*i*, Praefecti Tribûs universae, quâcum profectus erat (ex Aegypto), una cum illo (Jūša:a) (*d*). Sic constitutus est unusquisque in (possessione) agri sui. Praeterea selegit (Jūša:a) nonnullos Levitas, singulos in locis, quae iis, a divisione exceptis, ex universâ divisione assignaverat, ut (reliquorum) civium rebus praeëssent, tum Precibus instituendis, et Judiciis agendis, tum Decimis, quae solverentur, accipiendis, ac Sacrificiis faciendis (*e*). Dedit porro cuique Tribui Judices principes, qui scriberent ad Pontificem, et ei exponerent, quae in locis suis acciderent. Deinde aedificavit Jūša:a Rex Arcem, in Monte (quodam), a septentrione Montis benedicti, quae Arx vocatur Šamrūn (Samaria) (*f*). Cum 'Ilazare quâvis hebdomade unum diem seorsim convenire solebat, ac diem (alium) cum Viris eruditis, ut cum iis colloqueretur; et (alium) diem cum Principibus (Populi), ut in res ipsorum inquireret; et in Muneris sui partibus explendis, et rebus suis moderandis, diem etiam ipse (consumere solebat), ac per triduum non seponebat Librum Dei noctu atque interdiu (*g*). Et haec ipsius erat agendi ratio in Regno suo administrando, ubi non exibat ad bellum (gerendum), et ad res Israëlitarum componendas (alio) se non convertebat (*h*). Aedificavit etiam Templum in vertice Montis benedicti, et collectum Dei Tabernaculum ibi servavit, quare nemo postea hoc vidit praeter Sacerdotes et Levitas.

CAPUT XXV.

Res Israëlitarum gestae post (Terrae) divisionem.

Tum Israëlitae terras ipsis assignatas habitare, et consummate colere coeperunt (*a*), et Dominum suum adorare Cultu (ipsi) accepto, ac quovis die, quae ipsis praescripta erant, p. 26. Sacrificia offerre. Itaque Deus manifestas iis reddidit benedictiones, ac tutelam (divinam), ita ut ab iis calamitates tollerentur, nec Regum inimicorum cuidam copia daretur aliquam iis vim inferendi. Quam ob causam multae Israëlitarum Catervae ex omnibus urbibus ad Montem benedictum ter quotannis iter faciebant cum Regibus haud paucis, et magnâ cum opulentiâ, gaudioque et laetitiâ (*b*). Minime vero hostium aliquis oculos ad illos convertere audebat, aut obviam iis venire (*c*). Perpetuâ fruebantur quiete et securitate Rex et Ministri, et totus exercitus, per spatium viginti annorum. Nullus erat tumultus, et nulla seditio, postquam ipsorum hostes, (olim) superstites, remoti et dispersi erant per terrae fines. Vicini ipsorum etiam pacem cum iis colebant. Nemo item turbas movebat, ac nullum Regnum praeter Regnum ipsorum dilatabatur, et nulla manus, exceptis ipsorum manibus, extendebatur. Nullus (denique) dies praeterlabebatur, quin nuncii de omnibus ipsorum Sociis ad eos perferebantur, quos hi vicissim de Israëlitis accipiebant, donec hocce temporis spatium erat finitum. *Postea* ea acciderunt, quae commemoraturi et explicaturi sumus, si Deus velit, et nobis auxilium praestet. Ipsi sit laus!

CAPUT XXVI.

*Historia Šaubac*i, *filii Ḥamām*i, *Regis Persarum.*

Interfectus erat Ḥamām, filius Ra:wān*is*, Rex Persarum, cum omnibus Regibus, quos occiderat Jūša:a (*a*). Deinde adolevit Filius ejus, cui nomen erat Šaubac, opibus et fortitudine clarus. Epistolas hic miserat ad Reges per omnes Terrae regiones, in quibus aliorum provocabat fastum (*b*), aliorum vero iram excitabat; alios porro promissis, opibus alios sibi conciliabat. Praeterea, se vindictam de Patre suo sumere velle, dicebat. Epistolas item dedit ad superstites Canā:anit*as*, et his in memoriam revocavit, quae fecerant Israëlitae liberis ipsorum, et uxoribus, urbibus et possessionibus. Deinde (nuncios) misit ad Regem Armīnīa*e* majoris, et Rūmīa*e* minoris (*c*). Cum ipso se quoque conjunxit Jāfet*i* filius, Gigas (*d*). Ad Regem Çaidāe (Sidonis), et Al-Qaimūn*i*, insuper scripsit et ad Regem Aś-šam*i* (Syriae), ut hos certiores redderet, quos exercitus collegisset, et cum iis convenit, ipsos se congregaturos esse in urbem Al Qaimūn*i*. Deinde visum est Senioribus exercituum (*e*), eorumque Principibus, ut mitterent Mercatorem quemdam vestiarium, qui, Res publicas gerendi prudentiâ quippe insignis, Israëlitarum numerum

investigaret, et ipsorum exercitus exploraret, ut illorum conditionem iis notam redderet, et quomodo ad ipsos pervenire, et transire possent. Insuper consilium inierunt Epistolam per eum mittendi, ad Jūša:*am* Regem ab omnibus Sociis datam, ut certi essent, Epistolam ad eum perventuram esse. Nam Mercator Legatus erat, ac Legatus nec laeditur, nec metus ei injicitur.

CAPUT XXVII.

*Exemplum Epistolae, quam miserunt Gigantes ad Jūša:*am*, Nūni filium, Regem.*

Initium Epistolae hoc (erat): »Ab omnibus Gigantibus, societate junctis, notissimis, » celebratissimis, victoribus, augustis, bellicâ virtute terribilibus, armaturâ ab omni im-
p. 27. » petu tutis (*a*), omnium mortalium praestantissimis, — ad Jūša:*am*, Nūni filium, Prae- » fectum Populi sui, Pastorem. Nos tibi salutem dicimus. Lupe! multas et perpetuas » caedes edens (*b*), novimus, quae fecisti in urbes Sociorum nostrorum, ac te omnes eo- » rum Principes clade perdidisse, teque eos in infimam (Inferni) regionem (*c*) dejecisse. » Tu etiam loca, quae tutum nobis erant refugium, devastasti, et regiones, quae nobis » certum praebebant effugium, et ex quibus Socii nostri commeatum semper afferebant, » desolasti. Praeterea 30 urbes praeter pagos et oppida parva destruxisti (*d*). Nullâ re- » verentiâ affectus eras erga senes graves, neque ullâ commotus misericordiâ de infantibus » parvis; nec aurem iis praebuisti, praesidium petentibus, nec salutem ex te precanti- » bus locum reliquisti, nec fortibus (ad se defendendum) tempus permisisti. Sed causa, » quare (tunc tu praevalueris), haec est, quod inter nos tunc regnabat dissensus et » discordia, et, ubi consilia caperentur, controversia. Jam vero scias, Lupe, multas et » perpetuas caedes edens! nos ad te tendere cum omnibus Regibus. Nunc ii consentiunt, » et animi nunc sunt compositi (*e*). Nunc linguae foedus inter se pepigerunt, et dextrae » invicem se conjunxerunt; nunc res extremum attigerunt terminum, et irae modus nunc » impletus est; (morbi) dolores nunc ad summum pervenerunt fastigium, et hepatis partes » jam dissectae sunt iis, de quibus calamitas numquam praevalere, et quos ignis ma- » gnus Inferni non perterrefacere poterat. Itaque post 30 dies bellum indicimus nos » inter et te in Campo Balātāe, e regione Montis, in quo Deum tuum colis, et qui no- » men accepit *Montis benedictionis*. Nulla sive nos, sive quemdam nostrûm, mora » detinebit. Para (*g*) ergo, quae tibi facienda videantur, nec te excusa, te inopi- » nanter obrutum, aut perfide tractatum, dolumve tibi structum, et (hostes) noctu te » aggressos esse. Sed scias, in exercitu nostro sex et triginta esse Reges, et in cujus- » vis Regis (*h*) agmine sexaginta millia equitum, praeter pedites, quorum nullus est » numerus. Et apparatus (bellicus) non res est, de quâ, ac si a casu fortuito ipsius usu

» penderet, jocandum est. Nam nos comitatur Jāfeṭi filius, Gigas, manu tenens Fulmen » ferreum (i), quod quando vibrat, et (ictus) voto respondet, mille, si vero non respondet, » quingentos viros occidit. Et ii, quos secum ducit, sunt Reges, quovis apparatu et » hastis, ad bellum (gerendum) instructi, quae haereditate acceperunt ab Avo suo Nūḫo » (Noacho), cui sit salus. Itaque hoc intellige, et pro hujus rei ratione age, et tibi con- » sule. Tu enim sponsor es eorum, quae facis. Ac jam vale."

Hanc Epistolam Legatus accepit, et confestim profectus est. Illi vero lustrare et disponere coeperunt exercitus, et ut (indicato tempore) adessent, iter Al-Qaimūn*um* instituerunt, ut cum Sociis suis, qui Literas ad ipsos miserant, (ibi) se conjungerent.

CAPUT XXVIII.

Narrantur quae Legato evenerunt.

Advenit Legatus die 10° mensis 2ⁱ anni 21ⁱ (*a*) Regni Israëlitarum, postquam has terras ingressi erant, et eo pervenit die 5° (hebdomadis, sive die Jovis), postridie diem *Al-Miqra* (Conventûs), id est Festum Hebdomadum. Epistolam Regi tradidit (*b*), in Imperii Throno sedenti, ut de nonnullis judicium ferret, quorum aliis poena infligenda erat gladii, aliis combustionis, aliis lapidationis, aliis carceris. Causae enim graves ad eum deferebantur Festorum opportunitate, quo tempore Judicis de illis effatum igne proba- p. 23. batur divino, per mandatum Ministri Dei provocato (*c*). Non prius (Jušaʿa) ad Legatum se convertit, quam judicia ad finem perduxerat. Et judicium demum absolutum erat sub finem diei. Tunc sumsit Epistolam, et hanc domi legit, sed cum nemine eam communicavit, donec Festum, quod agebatur, transierat. Populus ergo Festum laete celebrabat, ille vero distracti erat animi. Interea Legatus contemplabatur multitudinem exercitûs, ac pulchram ejus dispositionem, et Regis conditionem et prudentiam, atque Creatoris Facta et Majestatem, igneamque Columnam magnifice descendentem. Vidit etiam Ministrum Dei, et terrorem, (quem incutiebat), cujus instar nihil umquam per secula praecedentia visum erat, vel auditum. Postquam Israëlitae Festi celebrationem ad finem perduxerant, Rex Senatum convocavit, et per exercitum proclamari jussit, ac Duces arcessivit, qui Socios suos congregarent. Legatum deinde in medios eos adduxit, sed (*d*) (mox) eum in loco quodam detinuit, ne videret illorum perturbationem, ac faciem mutatam. Collectis Populi Principibus Gigantium Epistolam praelegit, et dixit: » numquam ego tantâ, quantâ per hanc » Epistolam, calamitate affectus sum, et per 60 annos, quibus bella gessi, ejusmodi quid » numquam audivi, nec quidquam, quod cum eâ re comparari possit." Auditâ Epistolâ, color ipsorum faciei mutabatur, et capita deorsum se inclinabant, dicentes: » Nec nos » ejusmodi facinus audivimus. ac numquam in tale quid incidimus, aut talis nobis obvius » fuit exercitus. Sed hoc bellum (bellum) est Dei, qui nobis et liberis nostris, et tibi

» Rex, Dux, et Domine, aderit. Nobis igitur (in aciem) praei cum Dei auxilio, et tuo supremo mandato nos obediemus." Tum obtulit iis Responsum, quod praelegendum tradidit, et cujus praelectio probabatur igne Dei, cujus Nomen est illustre. Dixit deinde iis: » hoc Responsum, quod scripsi, vobis exhibeo, et (haec sunt) verba, quibus usus sum. » Si respondetis, hanc Epistolam mihi mittendam esse, mittam; si contra vobis videtur hanc retinendam esse, retinebo."

CAPUT XXIX.

Responsum ad Gigantes missum.

Primum dicebat: » Nomine Dei (*a*) omnipotentis, (absolutum) Imperium habentis, Dei » rerum creatarum omnis aevi, Misericordis, Miseratoris, Dei Deorum, et Domini Dominorum, Regis Regum, scientis Arcana, strenui in bellis, Dei 'Ibrāhīm*i*, 'Is<u>h</u>aq*i*, et » Ja:qūb*i*, perdentis rebelles, radicitus delentis vastatores, colligentis dispersos, dispergentis collectos, in vitam revocantis mortuos, interficientis vivos, cujus manus altissimis quibusque supereminent (*b*), et cujus brachiis futura sors Coeli et Terrae subjecta » est, in cujus potestate sunt Angeli sancti cum ipsorum agmine, et res creatae, quas per » suam potentiam produxit; quo duce orbes coelestes et corpora coelestia moventur (*c*); » qui rapidum (ipsorum) cursum suo mandato inhibet, et motus suo imperio impellit. Ab » hoc Deo auxilium peto, et huic me committo, ac per eum valeo, ipsumque revereor. » Hujus misericordia clypeus mihi est, et Amicis meis, isque mihi sufficit, et quam » praeclarus est Defensor.

» Sed ut pergam: ipse sum Jūša:a, Nūn*i* filius, naturae humanae, sed simul divinae » particeps, Discipulus ejus, qui cum Deo colloquebatur, filius Amici Dei. Mihi et meo » Populo salus concessa est, et misericordia, ac fortuna secunda. Vos vero, Turba incredula,
p. 29. » schismatica (*d*), scelerata, et diris devota! praedas agitis per terras; vos (Dei) perditis » Cultores; Idola ipsi colitis, statuas adoratis, caput inclinatis corporibus coelestibus, » obedientiam praestatis rebus animatis, et ministri estis rerum inanimatarum. Itaque salus » Dei nec vobis contingat, nec Populo vestro! Neque prosperam Deus reddat expeditionem » vestram, nec felicem rem vestram! Neque etiam misereatur infantium vestrorum, aut misericordiâ ducatur de aetate provectis! Desiderio vestro ne satisfiat, nec assequamini » id, quod velitis! Sed rem vestram (Deus) perdat, et collectum vestrum exercitum dispergat! Et ille hoc faciet per terribilem suam potentiam; et quod vult, facere potest. » Nam audivit, quae dixistis, et his respondebit. Nullam vestrûm memoriam Deus servabit, nec in ullâ re vos juvabit. Inceptum absolvere vobis non sinet, ac vitam nullam » vobis permittet. Vos quidem optatis auxiliis instructi, laetisque nunciis exhilarati, » ac potentiâ muniti, parati estis ad hanc expeditionem (suscipiendam), ut me petatis, et

» bellum mihi inferatis prope ipsum locum, in quo Deum meum colo, qui Mons est be-
» nedictionum, (Mons) sacer, Sacrarium Domini nostri, et locus Dei nostri. At vita vobis
» non concedetur, neque etiam aditus, quem cogitatis. Meum enim locum oculis vestris
» non conspicietis, neque Campum illum mundum mortuis corporibus vestris contaminabi-
» tis. Nec gloriamini, pulverem vos mihi planum reddituros esse (e). Vos enim ad pulve-
» rem (planum reddendum) mihi non accedetis, nec ad aliquam (cujuspiam urbis) portam
» appropinquabitis. Moram nimirum, quam mihi concessistis, expeditionis post 30 dies
» demum suscipiendae, hanc moram Deus vobis non permisit. Iter enim ad vos (tamdiu)
» ipse non differo; nam tempus tantum vobis ego concedo 7 dierum. Tum impetum fa-
» ciam cum copiis selectis, quae me comitabuntur, et quas conscribam. Et animadversuri
» sunt (*f*) injusti, [et, si plenâ conversione (ad Dei Religionem) se converterent, veram
» hanc esse profiterentur], et videbunt, intelligent, et cognoscent, *me* instituisse bellum
» me inter et te in loco, qui dicitur, Al-Qaimun, et hic locus est, unde a me non disce-
» detis. Hinc enim non abibitis, nec alio aufugietis. Ibi profecto ictu gladii, et stran-
» gulatione, ignisque ardore, perdemini. Nec justa vindicta, ut gloriati estis, vobis
» supererit, quoniam spem (Deus) irritam prorsus reddidit (*g*). Nec de iis, de quibus
» vos locuti estis, ego dicam. Sed mecum tendunt sexcenta millia Virorum, qui (Ae-
» gypti metropolin) Miçr majorem spoliarunt, qui comederunt Sacrificium paschale,
» quos Angeli circumdant, qui Mare per (viam) siccam trajecerunt, et per Desertum
» sine duce iter fecerunt; quos Columna ignea a frigore obtegebat noctu, et Columna
» nubila a (solis) aestu interdiu; quorum prandium erat *Man*, ex Coelo per 40 annos
» demissum, et quibus Deus aquam amaram dulcem reddidit, et aquam ex saxo eduxit;
» qui vocem audiverunt Creatoris, cujus Titulus illustris, cujus Nomen excelsum est, et Mon-
» tem viderunt ad jussum Ipsius commotum; qui perdiderunt Siḥūn*um* et ʿŪg*um* eorumque
» Gentem, et qui ipsorum urbes in haereditatem acceperunt; quibus substitit aqua Al-'Or-
» donn*is*, donec per eam transierant, quique Jarīḥā*m* et urbes, quas novistis, expugnarunt.
» Non glorior, Gigantes me comitari, ut vos gloriati estis. Sed me comitantur duodecim
» millia juvenum, qui intrarunt Midjan*em* incolumes, qui hanc expugnarunt, et salvi
» inde egressi sunt. Non quidem mecum est Fulmen, quo (vos instructos esse) dixistis,
» sed mecum Dominus est Fulminum, et Saxi illius ingentis, ex quo venti ruunt Coeli
» plagarum. Mecum est is, qui animas corripit, et vocem (precantium) exaudit (*h*),
» Creator rerum creatarum, ac donorum Largitor, cujus summa est majestas, Deus ille,
» qui omnia Numina creavit, cui omnes Reges serviunt, qui laudetur et celebretur!
» Quis est, in cujus comitatu tres sunt Angeli, quorum unus aquas Diluvii ad rebelles
» Tyrannos perdendos in Terram adduxit; quorum alter, Rege Babelis et Gente ipsius
» dispersis, Turrem destruxit, et linguas confudit (*i*); alter vero quinque urbium Reges quin- p. 30.
» que digitis sustulit, et in ipsam Sodom*am* ejusque aedificia, opes, jumenta, et herbas

» pluviam demisit sulphuris ignisque salisque? Quis est, quem comitantur plura hujus» modi Angelorum millia et myriades millium? Quis Rex glorietur, se consistere posse e » regione ejus Regis, qui in statu summo, qui in loco supremo positus est, cujus omnipoten» tiâ perduntur Reges, cujus obedientiam profitentur Credentes? Quis exercitus coram » eo subsistere potest? Quis Gigas eum petere? Quis magnus Imperator eum effugere? » Quorsum (ii) evaderent ex ejus (conspectu)? Audivistisne Carmina nostra, ubi dici» mus: » nulla est potentia, nec vis, nisi in Deo supremo, maximo! (Haec vis) si aquam » » tangit, (aqua) subsistit; si hanc (vim) audiunt Idola, alterum post alterum conci» » dunt'' (*k*). Intelligite, vos esse absumendos, capiendos, interficiendos! Non invenietis » locum, quorsum aufugiatis, nec refugium, cui fiduciam habeatis (*l*). Perditi estis, et » in nihilum redacti, et exitio dediti, tum turba vestra inermis, tum armati, ac vosmet» ipsi. Viduas redditis uxores vestras, et orphanos liberos vestros; laetitiâ afficitis hostes, » ac vestra ipsi desideria importune irrita redditis, et robur vestrum ante tempus debili» tatis. Ingrati fuistis in gratiam divinam; hanc ergo Deus vobis eripuit. Opposuistis vos » misericordiae divinae; hanc ergo Deus vobis abstulit. Terra vobis erat ampla, nec » ulla in fortunis et divitiis angustia; sed nullus erat locus, opportunitas nulla, quin » ei, cui summum et supremum est Imperium, vos opposuistis, et auctoritati contritae » obedivistis (*m*). Manifesta sunt vestra consilia Populum perdendi sanctum, honoratum, » divinorum Prophetarum filios, ac Dei custodientem Legatos, qui nomine Illius, qui » illustris est et potens, (Terram) ipsi diviserunt. Is enim has regiones huic assignavit, et » hicce Deus est, qui celebretur et magnificetur, quiquePopulo suo dixit, se, ut homines » oculum, hunc esse dilecturum. Vae istis, quorum animos Deus obcoecavit, quorum » mentes stupore affecit, quorum intellectum obscuravit, et oculorum ignem exstinxit! » Audivistisne, quae vestris Sociis acciderunt, Sociis nostris auctoribus (*n*), postquam noster » Proavus 'Ibrahīm*us*, Dei Amicus, c. s. s., profectus erat; quem, ad Socios vestros (ten» dentem) 318 Viri tantum sequebantur? Nihilominus quinque ex vobis Reges perdidit, » cujusmodi quid numquam auditum est, et quorum fuga Damasci demum sistebatur! Au» divistisne, quid evenit Genti aegyptiacae, et quae Miracula et Portenta Deus supre» mus edidit, quum probrosis ista verbis eos lacessebat? Audivistisne de Socio meo, qui » Nīlum baculo suo, et Mare precibus removit; qui aquas stitit per sui reverentiam, et iram » (Dei) suâ intercessione avertit; qui dictis suis Ejus misericordiam excitavit, et exercitus » manu suâ in fugam conjecit, et cujus adversarios nonnullos terra deglutivit? Audivis» tisne, quae acciderunt nobis in Deserto, et quae evenerunt Siḥūno et Regno ipsius, » atque Ūg-o et ipsius contumaciae, et Bil-amo ejusque praestigiis, ac Regibus Midjan*is* » eorumque copiis, Regibusque Aś-śāmi eorumque magnificentiae? Audivistisne, quae ac» ciderunt nobis in Al-'Ordonne, et (bellantibus) cum Regibus, qui turmatim convene» rant, et nobis obviam se collegerant? Audivistisne, me invocasse Dominum meum, ut

» prolongaret diem, et Solem tunc rediisse, postquam latuerat, ac diem mihi durasse
» ac si integer esset annus? Alterâ vice similiter (talem diem) mihi parabit (Deus) ad
» vos perdendos. Minime glorior, me esse Gigantem, sive Gigantis alumnum, filiumve.
» Glorior ego, me illius esse Discipulum, qui cum Deo locutus est, mortalem quidem,
» sed simul divinum, filiumque Amici Dei, qui Fundamentum erat Prophetarum, et
» Princeps Piorum (o). Glorior ego de myriadibus Sanctorum, incedentium circa castra p. 31.
» mea. Non sum Gigas, sed Gigantium Dominus mecum est. Longitudo mea a terrâ
» inde est quinque ulnarum regiarum (*p*). Neque etiam induere soleo loricam et thora-
» cem, et galeam, sed tunicam, aut coeruleam, aut purpurae rubrae, aut coloris coccinei,
» aut variegatam, et cidarem regiam in capite gero, cui inscriptum est nomen Dei mei.
» Vehor equo praestanti albo, cujus tegumentum est purpureum, cujusque ephippium ex
» purissimo auro paratum est. Haec mea descriptio: et gloria mea est, quod innitor Pro-
» phetis, et cinctus sum probis. Dominus rerum creatarum omnis aevi vis mea est bel-
» lica, ejusque Angeli meum sunt auxilium, et illius potentia fulcrum meum. Isque,
» dum me Populumque meum contemplatur, in res etiam vestras oculos habet intentos.
» Nulli Deo fidem habemus, nisi ipsi, neque ulli Regi, eo excepto, et nobis ipse suffi-
» cit, et quam praeclarus est Adjutor."

CAPUT XXX.

Narrantur quae facta sunt ante quam Legatus a Jūšaʿá Rege abierat.

Israëlitae, hac oratione et hoc responso auditis, Deo procubuerunt adorantes. Dicebant (*a*): » laus sit ei, qui te duxit! laus ei, qui tuum intellectum collustravit! laus ei » qui mentis tuae ignem inflavit! laus ei, qui spiritum tuum sanctum reddidit! laus ei, » qui animum tuum nobilitavit! laus sit ei (*b*)! Nostri animi et corda sensu suavi perfun- » dantur, lumbi corroborentur, capita erigantur. Nostra fama exaltetur, gloria ad summum » fastigium educatur, et laudes divulgentur Proavorum. Hostes perdantur, et consumatur » ipsorum exercitus! Ad terminos usque marium, ad abyssos tenebrarum, ad incendia Ignis » (inferni) alacriter nos te sequemur, et te duce properabimus (*c*). Et hocce nostrum re- » sponsum et consilium, quod cum Domino nostro communicamus, una cum tuâ, quae » mittetur Epistolâ, (ad hostium) perducatur notitiam. Nam in illo (responso) consilium » declaratur exitium hostibus nostris parandi, eosque perdendi, et animos ipsorum et pro- » posita frangendi, cum auxilio Dei et ipsius potentia."

Confestim igitur Rex jussit tradi sibi Tabellas, Censum exhibentes eorum, qui ex exercitu (ad bellum gerendum) erant electi, ac simul proclamare, ut equos ii statim conscenderent. Ac nondum hora elapsa erat, quin equis vehebantur trecenta millia Virorum, quorum quisque virtute et sollertiâ erat insignis (*d*), ac revera (omnes) ita erant selecti,

ut, sive procerâ staturâ, sive aciei dispositione, nullae copiae iis similes conspici possent. Redierunt ergo ad eum Praefecti militares, ei dicentes (*e*): »Domine et Dux! jam tibi »collecta sunt trecenta millia Virorum electorum: si jubes eligere alterum ejusmodi »exercitum, festinanter cum eo accedemus: nam in nostris Tabellis alia trecenta millia »Virorum (recensita exstant), sed haec a nobis separata sunt; attamen haec colligi »etiam possunt intra hebdomadem." Rex vero Jûša:a respondit, dicens: »si (Deus) ho-»stes perdere velit per sexcenta Virorum millia, per trecenta millia hos item perdere potest. Tum jussit adduci Legatum, quo praesente, quia perspicacem eum esse ani-madverterat, Epistolam Concioni iterum praelegit. Dixit porro illi: »exspectabo et vide-»bo, quid mihi intra horam unam respondeas. Nam non opus est mihi, ut cum auxi-»liis iis, (quae vides), subsistam, neque ut in ipsorum conditionem inquiram, et post »tres dies duplum ipsorum colligi mihi potest, per auxilium Dei, ejusque potentiam. »Sociis tuis ea trade, quae de rebus gestis Dei O. M., Populi sui imperium tenentis, »vidisti. Proficiscar ego statim, postquam cum meâ Epistolâ abiisti, Dei praesidio et »auxilio ac vi adjutus."

p. 32.

CAPUT XXXI.

Narrantur quae post Legati reditum in castris hostium acciderunt.

Postquam Regis audiverat orationem et praelectionem Epistolae, et verba ejus (splen-dida) (*a*), ac dispositionem (viderat) exercitûs, et hunc in eâ versari conditione, ut (sta-tim) proficisci posset, Legatus Epistolam accepit, et capite inclinato, animo dilacerato, colore mutato, plorante oculo, confestim abiit. Ad (hostium) perveniens exercitum, eos invenit collectos Al-Qaimûne, et conspectis iis, flebat fletu acerbo, et altâ voce clamabat. Deinde iis dicebat: »vae mihi vestrâ causâ, vae tristitiae meae propter vos! quorsum »tendere vultis? Ad Mare tenebrarum? Ad eos, qui nullum vobis responsum referunt, »nec salutem dicent? Ad eos, in quorum oculis vos estis pulveris dispergendi instar? »Nulla vobis apud illos erit subsistendi, aut morandi, aut standi locus. Res universa eo-»rum est dura. Nullus inter eos est jocus, nulla techna clandestina. Attendite Respon-»sum Epistolae, ut sciatis, Deum omnibus rebus praevalere, et hoc ante (agatis), quam »vobis, quae vidi, describam, et quae hisce oculis intuitus sum, nunciabo. Nam si per »annum subsisterem, ut haec (vobis) enuclearem et explicarem, nondum indicassem ejus »Dei naturam, nec quidquam ex ejus attributis (plene) significassem."

CAPUT XXXII.

Praelegitur Epistola, et quae hac opportunitate hostibus evenerint traduntur.

Legatus igitur Epistolam sumsit, et omnibus Regibus praelegit. Haec ejus erat inscriptio: »(Epistola) ad Turbam nefariorum, rebellium, improborum, incredulorum, calu»mniatorum, pertinacium, immundorum, proditorum, alios contaminantium, et ad turpia »quaeque excitantium (*a*), quorum pernicies jam appropinquat, et quorum interitus in»stat, — (data) a (Viris) probis, justis, mundis, lucidis, potentibus, firmis, egregio quo»que auxilio instructis, firmitate valentibus (*b*), (ubique) notis, et celebratis, separatis »(ab aliis Gentibus, et prae iis) selectis, defensis per Deum, ac jussu Ipsius adjutis, »et tutis sub tegmine misericordiae et clementiae ejus: et hic iis sufficit, et Ipsi illi »fiduciam habent!" Hanc Inscriptionem legentes, ita flebant, ut oculi ipsorum lacrymis manarent. Porro evolverunt Epistolam, quam aliquis eorum praelegit voce gementi. Tum vero facies suas colaphis caedere coeperunt, de se ipsi lamentantes quam maxime, donec absolverant ejus lectionem. Ac nondum finita erat Epistola, quin macie conficiebantur lumbi, et inclinabantur capita, et frangebantur animi, et copiose manabant lacrymae, ac mentes eorum obstupescebant. Nec surgere ex locis suis poterant, nec tamen etiam ibidem subsistere. Corripuerat eos mentis alienatio, et vehemens animi agitatio (*c*). Clamabant insuper ejulantes, dicentes: »vae nobis ac proli nostrae! perdidimus nosmet»ipsos, et violavimus uxores nostras, expergefecimus leaenam dormientem, excitavimus »leonem cubantem, solvimus elephantem ligatum, ad iram provocavimus taurum constri»ctum." Linguae eorum se motitabant in ore ipsorum (*d*), dementium instar, sed balbutientes vehementer, ac si essent ligatae. Non intelligi poterant, quae ipsi dicebant, nec ea, quae iis dicebantur. Surdi facti erant, ac muti, et obstupefacti, et attoniti, atque capillos ex capite evellebant, et vestes dilacerabant. Tum vero ad eos venit Magorum Princeps quidam, et cum eo Mater Šaubaci, filii Ḥamāmi, perita Artis magicae, Lumen magnum et septem Stellas colens; et cum eâ multi ex Magis, Incantatoribus, et Praestigiatoribus (*e*). Hi eos sedarunt, dicentes: »o ignavi (*f*)! fregistis exercitum (nostrum), ante quam ho»stes conspexistis, et interfecistis vosmetipsos, antequam tempus vestrum venit. Talia non »agere licet Praefectis exercituum in Socios suos. Perdidistis homines istos timore (iis in»jiciendo), eosque interfecistis sine gladio! Sedete nobiscum et intelligite, quae nos vobis »dicemus, et adducite Legatum, quem misistis, et bene perpendite ea, quae hic vobis »descripturus est." Itaque adduxerunt Legatum. Hic autem describere coepit Regem, et reverentiam, quam, ipsum conspiciens, susceperat (*g*); deinde exercitum secundum singulas Tribus, ac res Dei gestas, quas viderat, et magnificam rerum conditionem, p. 33.

quam contemplatus erat. Quibus dictis, Legatus sic pergebat: »Viri congregati: accipite »consilium meum, neque ad alius monita vos componite. Vidi profecto, quae vos »nondum vidistis. Animadvertite igitur, quae vobis brevi eventura sint! Post triduum »impetus de improviso institutetur, ac fuga instabit, et quodque grave onus nobis im»ponetur, hostesque servos nostros et opes abripient (*h*). Dux nimirum ille illustris non »est contemnendus, nec parvi aestimandus! Et in eum Populum non valent Artes magi»cae, neque astutia. Omnia Numina, quae colitis et veneramini, aufugient a Numine »quod illi colunt. Audivistisne, quid evenerit Domino nostro et Principi, Bil:āmo?"

Tum in secessum abierunt Praestigiatores, et Mater Šaubac*i* cum iis, iique unanimo consensu consilium inierunt simul operandi, ut Legati mentem turbarent, ne ad Socios rediret. Praeterea (alia) machinari coeperunt. Aedificabant nimirum aras, et Sacrificia offerebant, et ad ea, quae rogabant Socii, respondebant; ac sedebant, ut de horum rebus judicium ferrent summâ cum superbiâ. Deus autem eos haec quiete agere sivit, quia hoc volebat. Laus sit ei, et celebretur ob eorum, quae fecit, eventum.

CAPUT XXXIII.

Jušа:a Rex expeditionem suscipit.

Decretâ expeditione, Jūša:a Rex convenit cum Dei Ministro, 'Il:azaro, Pontifice, eique dixit: » (hinc) exi, et bene precentur (Sacerdotes) Populo tuo, et tuam ei trade bene»dictionem. Si autem profecti sumus, ad sacrum (Munus) redi, nec desine (ibi) stare, »et supplex precari coram Deo tuo, donec audiveris res (a nobis esse peractas)." Exiit ergo 'Il:azar Pontifex ad Tabernaculum, et Populo benedixit, ac bene precatus est. Regi autem valedicere incipiens, flebat. Ipsi (Sacerdotes etiam) incolumitatem, felicem eventum, integritatem, et prosperitatem apprecabantur. (Rex) jussit praeterea Levitas per exercitum proclamare (verba Legis), ut iis praeceperat Dominus noster, Mūsa, Propheta, cui eximia sit salus! in Lege sanctâ ex mandato Dei, ubi dicit: *si exitis ad bellum gerendum adversus hostes vestros, et videtis equites et pedites et agmen, agmine vestro majus, ne timeatis eos! nam Deus est Deus noster, qui vobiscum est, et vos eduxit ex Terrâ aegyptiacâ*, et (quae sequuntur) ad finem hujus Sectionis (*a*).

Lege a Praeconibus proclamatâ, clanxit tubis clangoris Fīnaḥas, filius Pontificis, c. s. s.! et Cognatus ejus, et clamavit Coetus Israëlitarum unâ voce. Ipsi etiam percel-
p. 34. lebantur Angeli in Coelis et Terrâ propter eorum clamorem, et inclinarunt se, atque adorarunt. (Israëlitae) vero, jumentis vecti, profecti sunt, donec perveniebant in viciniam Al-'Aglūn*i* (*b*).

CAPUT XXXIV.

Traduntur quae Israëlitis eo in loco evenerunt.

Postquam pervenerant Israëlitae Al-Āglūn*um*, nondum ab hostium machinationibus, castris ponendis tuti erant (*a*), quum Jušaa, et qui eum comitabantur, jam progressi erant intra septem muros ferreos. Hic enim Praestigiatorum in eos dolus erat consummatus, ut Dei supremi Decretum exsequeretur, (huc tendens), ut nomen celebraretur Nabīh*i*, qui Rex erat duarum Tribuum et dimidiae trans Al-'Ordonne*m*. Ac nihil (revera) eâ in re peractum est, quod non eum habuit eventum, ut (omnes) gloriarentur de Nabīh*i* famâ, et de Nominis divini claritate. In his (primum) est, quod, si (a Jūšaâ) Gigantes in fugam conjecti fuissent, (Tribûs tamen illae) sane cum illis (hostibus) ad defatigationem (usque) transiturae, et hos persecuturae fuissent, quemadmodum in ipsorum etiam votis erat (*b*). Deinde (ea acciderunt), ut manifestaretur, quo usque Deorum, quos colebant Gigantes, consilium pergere tantum posset. Nam Fīnahas, Dei Minister (*c*), *solus* tubâ clanxit, et irrita omnia reddidit, quae Fascinatores operati erant, quia (tunc isti) attoniti stabant. Porro stupore (tamdiu modo) captus est Jūšaa Rex, quamdiu Gigantes, animis corroboratis, cordibusque recreatis, quiete utentes, sederent, adeo ut exercitus Nabīh*i* ex Oriente accedere posset. Postea evanuerunt Praestigiae ab Occidente, et exiit exercitus, ut hostes ab omni latere ita circumveniret, ut ne unus quidem ex iis salvus evadere posset.

Hocce bellum postremum fuit, cui intererat Jūšaa Rex, quia mors ejus jam prope instabat. Ante vero (quam ad hanc narrandam pergo), commemoraturus sum quae (in hoc bello) acciderunt, ut, quicunque haec audiat, his (veluti testis) intersit, et dolum istum magnum miretur, Eumque celebret, qui omnibus vicissitudinibus et Geniis est superior. Honore hic afficiatur, et laudetur! Ac illustrior est, quam ut eum celebrare possint Idololatrae. Omnipotens ejus nomen est, et ab eo auxilium peti, in eoque fiducia poni potest.

CAPUT XXXV.

Narratur, quomodo Deus Israëlitarum ex his fascinationibus liberationem facilem reddidit.

Postquam viderat Jūšaa, quae facta erant, in magno stupore et metu gravi mansit, et columbas sibi a Deo optare coepit, quae ex columbis Cognati sui Nabīh*i* ad ipsum descenderent. Nondum vero precandi finem fecerat, quum columba in conclave advolabat. Tum laudavit Deum O. M., eamque deinde intuens, summo cum gaudio agnovit, (ipsam columbam esse speratam). Scribere ergo coepit Epistolam ad Nabīh*um* Cognatum, quam traditurus sum, si Deus velit, et nobis auxilium praestet.

p. 35.

CAPUT XXXVI.

Exemplum Epistolae.

» Scripsi ad te, (*a*) mi Cognate, quem servet Deus, et ducat! Triste enim est cor, » confectae sunt vires, plorant oculi, contritus est animus. Interitus tum mihi imminet, » tum trecentis Virorum millibus, quae me sequuntur. Ad consummationem usque Prae- » stigiatorum doli, quibus nos petebant, ipsis cesserunt. Cum Populo meo inclusus sum, » et stupore correptus, intra septem muros ferreos; et nobis e regione sunt Reges sex » et triginta, summâ laetitiâ affecti, et exsultantes quam maxime. Nos vero ab eo inde » tempore tristitia cepit, et fletus metusque. At istiusmodi calamitates nobis non evene- » runt, nisi per Deum supremum, qui famam tuam efferri, et rem tuam claram reddi » voluit. Hic enim Deus est, mi Cognate! qui debilitat, et confirmat. Sed nosti Foe- » dera et Pacta, quae me inter et te existunt. Age igitur confestim, nec dormi! et si » dormis, evigila; et si evigilasti, conside; et si consedisti, surge; et si surrexisti, incede; » et si incessisti, accurre. Nos enim, tam ego, quam universus Fratrum tuorum exer- » citus, exspectamus solatium a Deo supremo, et a te. Inclusi sumus intra septem muros » ferreos prope Al-Āglūn*ūm*. Hostium exercitus est Al-Qaimūne. Ne te detineat languor, » aut mora, aut segnities, aut cunctatio. Saevientes ventos praeverte, et ea manifesta, » quibus celebraberis ad postrema usque secula praeterlabentia, si velit Deus, et auxilium » ejus adsit."

Postquam Jūša:a Epistolam complicaverat, columba non patiebatur, hanc alis suis alligari, sed capiebat ipsam ore suo, et alis plaudebat, atque in summum aërem se extulit.

CAPUT XXXVII.

Narrantur Nabīh̲i res gestae.

Nondum haec eo tempore cognoverat Nabīh̲*us*, quo lumbis cingulo constrictis, et viride vestimentum, viridemque fasciam gerens, in Throno Imperii sedebat (*a*). Intentus erat judiciis habendis, quum illa columba chartam in conclave projiciebat. Quâ apertâ et lectâ, Nabīh̲*i* oculi lacrymis manabant (*b*). Gravem mox edidit clamorem, quo percellebatur consessus. Altâ voce clamabat: » Fratres congregati, et Cognati, atque Socii! me » sequimini, et vos conjungite cum Fratribus vestris. Hi enim Al-Āglūne Artibus magicis » inclusi sunt intra septem muros ferreos. Viri consociati! festinanter, festinanter!" Haec clamavit circumcirca gravi cum clamore, cujus sonum audiebant ex Coeli regionibus, et Terrae (c) finibus, [ejus Terrae nimirum, quae Israëlitarum complectitur ditiones]. Jam vero clamor excitabatur, et voces sine intermissione surgebant. (Agmina) statim se colligebant, (ita instructa) ac si diu ante, et per longum temporis spatium se parassent.

Sex virorum millia albo vestitu erant induta, et equis insidebant rufis; et sex millia vestitum habebant rubrum et equos albos; et sex millia vestitum viridem cum equis nigris; et sex millia cum vestitu nigro equos albos, sed nigris maculis distinctos; ne alios memorem equites variegatos, et celebres, quam plurimos et innumeros (*d*). Accessit deinde p. 36. auxilium mulierum et puerorum (*e*), et ex Peditibus praeterea cohors exiit, quae numerari non poterat. Ipse Nabīhus prodiit, equo praestanti vectus, qui pardum maculis referebat, (equo) celeberrimo, cursu ventos aequiparante, a cujus tergo sequebatur exercitus. Ille quum dixerat: »ignem (*f*), ignem (largiatur Deus), nullus viae est dux, nullus »locus quietis!" — hac voce in altum eductâ, — res miranda in Coelo se obtulit, ita ut aves, aliae post alias, deciderent, et a vento gravi in Desertum aufugerent, nec ferae in latibulis suis subsistere possent.

Conspiciebatur enim ab illis (Portentum), cujus instar nihil ante umquam viderant (*g*). Nabīhus, quum appropinquabat ad magnam Planitiem, substitit, donec exercitum collegerat. Hoc tempore Mater Šaubaci in locum adscendebat excelsum (*h*), quem Al-Qaimūne sibi elegerat, ut Lumen majus secundum morem suum coleret. Conspectâ Stellâ splendenti [significat Nabīhum, adscendentem ex Oriente], illa ad Filium suum festinanter descendit, eique dixit: »ecce Lunam splendentem, ex Oriente prodeuntem, et Stellas »circa eam lucentes! [significat Nabīhum ejusque exercitum]. — Si sint ex hostibus no»stris, vae tunc et tibi et mihi! Si vero nobis sint praesidio, felicem te et me praedico." Tum ille ipsi succensuit, quia ad ipsum properans, *vae* istud pronunciaverat, eamque (cujus Deus minime misereatur) interfecit. Loricam ipse induit, et arcum sumsit cum sagittis; margaritisque et unionibus undique cinctus, deinde per castra clamavit, et ipse solus ad Nabīhum abiit. Ad quem quum accesserat, et eum conspexerat, dicebat: »quare Nabīhe! latras? (*i*)" Tum ille: »omnino, inquit, nomen meum est *Nabīhus*, filius »Ģil'adis, filii Macīri, filii Manaššae, filii Jūsafi, cui Imperium datum est a Jaqūbo, »filio 'Isḥaqi, filii 'Ibrahīmi, qui Reges Aš-šami interfecit. *Me* vero misit Deus meus »ad te cohibendum, teque perdendum! Ut Pater meus Patrem tuum occidit, ita illius »Filius hujus Filium nunc occisurus est. Te autem, o exsecrate, o immunde! quis tu?" Dixit ille: »sum Šaubac, filius Ḥamāmi, filii Fūti, filii Ḥami, filii Nūḥae, cui Deus tempore, »quo ex Arcâ exiit, benedixit. Subsiste mihi, donec primum jaculatus sim. Tum accedas iterum!" Respondit Nabīhus: »a Deo meo auxilium peto, propterea tibi primum »jaculari, ac bellare primum, licet. Emitte (sagittam), o exsecrate, et immunde!" Tum (Šaubac) sagittam primam in eum emisit. Erat autem (exsecretur eum Deus!) jaculator, tela summo cum studio conjiciens, neque aberrans (a scopo). Sed Nabīhus caput ita inclinabat, ut (sagitta) a latere ejus transiret, et ipsum non assequeretur. Deinde (Šaubac) sagittam alteram emisit, sed tunc ille in altum se elevavit, ita ut telum eum inter et ephippium ipsius volaret. Itaque tertiam ille sagittam ejecit, quam dextrâ manu Nabīhus

excepit. Jam Šaubac, Ḫamāmī filius, fugâ sibi consulere coepit; quod videns Nabīḫus: »quorsum fugis, inquit, o exsecrate, o immunde! Tria ego a te (dexteritatis) testimonia »accepi (*k*); unum modo ejus generis (a me) accipe! Hanc sume (sagittam) ex meâ dextrâ, »cui Deus, cujus summa est vis, benedixit." His dictis hanc ita projecit Nabīḫus, ut Coelum versus ferretur, sed demitteretur deorsum per caput Viri in viscera ipsius, et per viscera equi penetraret in terram 5 ulnas regias (*l*), [quae sunt 12 ulnae hujus (hodiernae) ulnae]. Ac confestim eo in loco fons ortus est, dictus *Fons sagittae* ad hoc usque tempus (*m*).

p. 37. Israëlitae, conspecto hocce Miraculo, in honorem Dei O. M. exclamabant dicentes: »nulla est potentia, nulla vis, nisi in Deo!" Hos quum audiverat Jūšaʿa, et ii, qui cum eo inclusi erant, Deus ipsi dixit: »loquere ad Sacerdotes, ut tubis clangant." Quo facto, muri disscissi sunt et corruerunt. Mox exercitus (Jūšaʿae et Nabīḫi) hostes circumvenit, et tubarum clangor Angelorum ex Coelis auditus est. Porro dixit Jūšaʿa luci: »*mi-* »*hi subsiste!*" et lux subsistebat; atque ventis: *me adjuvate*! et ipsum adjuvabant. Nam hostes protrudebantur ab Oriente, et Occidens ictum ad latus, unde impulsus venerat, repellebat; et similiter in omnibus Coeli plagis. Vir autem iste, qui Fulmen secum ducebat, postquam hoc vibraverat, in hostes ipsum transferebatur, ita ut ex his mille interficeret (*n*). In reliquos vero gladius saevire non desiit, donec equi per sanguinem ad nares usque incedebant. Tunc Jūšaʿa Populo dixit: »Hodie consummatur judicium eorum, »qui in Deum conjurarunt, eorumque, qui cum conjuratis conspirarunt. Omnes Israëli- »tae laudent et celebrent Regem Regum, et Dominum Dominorum, qui ipsos liberavit, »servavit, custodivit, et ab omni calamitate immunes reddidit, ac hostes radicitus per- »didit" (*o*). Rex deinde (Deum) celebrabat, dicens: »Deus in bellis heroëm pro nobis »se gessit. Deus ejus nomen est." Ipsum sequebantur Israëlitae, dicentes omnes: »Quis »Tibi est similis, qui summum in Sanctitate locum tenes! o terribile Numen! Tu, qui »sidoris fausti instar, Te conspicuum reddidisti! qui facis Miracula, qui Dei Servos (*p*), »et eos, qui ipsum diligunt in omnibus, ubi versentur, locis custodis!"

Haec autem Sectio est, sumta ex Sectionibus (Carminis) Domini nostri, Mūsạe, Prophetae, quo celebrabat Deum ad Mare (*q*). Dicebat etiam Jūšaʿa: »Deus pro nobis pugnavit, »dum (a proelio) abstinebatis." Et hoc quoque dictum est Mūsạe, Prophetae, c. s. s.!

Pernoctarunt deinde (Israëlitae) in loco proelii, et quiete usi sunt eâ nocte. Non tamen cessarunt celebrare Deum, additis laudatione et jubilatione, quamdiu nox duraret, ad ortum usque solis, securi ab hostili impetu, inter laetum clamorem cum hilaritate et gaudio praedam (dividentes, captam) post hostium interitum et deletam eorum memoriam. Nam Deus est Auxiliator et Custos, curam insignem gerens. Hic nobis sufficit, et quam praeclarus est Defensor.

CAPUT XXXVIII.

Describuntur ea, quae (Israëlitae) agebant diebus (divini) Favoris.

Hocce tempus annos complectitur 260 (*a*). Ad summum autem culmen Favor ille pervenit diebus Jūša:ae Regis, et post eum ad finem hujus Periodi, ut commemoraturus et traditurus sum. Tunc (Israëlitae) observabant Sabbatha, et Dies, sollennibus conventibus habendis consecratos, [id est Novilunia et Festa]; et Annum sabbathicum celebrantes, intermittebant terrae culturam, a Regno inde Jūša:ae Regis, quovis septennio per annum unum, quo tempore nulla instituebatur seminatio, aut agricultura, et quisque tamen habebat, quantum ipsi sufficeret (*b*). Solvebant praeterea Israelitae Levitis decimam eorum partem, quae ipsi nanciscebantur, et possidebant ex satis, fructibus, animalibus, aliisque rebus. Harum vero Decimarum decimam partem Levitae solvebant Sacerdoti summo (*c*). Erant porro Israëlitis Decimae secundae, quas pro suo quisque libitu erogabant Deo, Sacerdotibus, et infirmis (*d*). Si porro novi quid in terrâ plantassent, ejus fructus non comedebatur, nisi anno 4to, quem (tamen tunc solus) comedebat Sacerdos summus; (fructus) vero anni 5i unicuique sine exceptione permissi, et communis juris erant (*e*). Servus deinde hebraeus, qui servitutem per 7 annos transegisset, manumittebatur, ab eoque (Heri) tollebatur dominium (*f*). Si vero Israëlita necessitate cogeretur, vendebat puerum suum, et vendebat se ipse. Huic autem (servituti) semper erat redemtionis pretium, quod computabatur pro annorum ratione, per quos (Israëlita) servus fuisset, ac si horum numerus esset pretium, quo redimebatur (*g*). Si vero nullus reperiretur Servo israëlitico, qui ipsum redimeret, Consanguineus, affinitate aut proximus, aut magis remotus, is manumittebatur Anno jubilaeo. Similiter redemtio erat agrorum venditorum. Praeterea unoquoque septennio terra inter Tribus dividebatur una cum incrementis et detrimentis (*h*). Semper insuper habebant Magistratus, quibus Calendariorum conscribendorum, ac rerum, quae in (sacrum) Aerarium conferebantur, cura commissa erat. Primitiae animalibus constabant et frugibus atque fructibus, qui ad (Dei) Ministrum deferebantur. Nec aliquid sacrificabatur ex capris, ovibus, et armentis, nisi in Arâ, positâ in Monte benedicto. Ex his tamen excipiebantur, quae vitio laborabant, tum etiam, quae erant ex his 7 animalium speciebus, v. c., ex cervis, damis, bubalibus, dorcadibus, orygibus, et antilopibus (*i*). Erant etiam iis Judices, ad quos ea deferebant, quae quovis tempore mandata et interdicta erant, ut ipsa tamquam jus (semper) observandum sequerentur (*k*). Rem nefandam nemo eorum perpetrare poterat, Religionem v. g. abjurare, aliave, quae ex Praestigiarum sunt genere, peragere, quin ipsa manifesta reddebantur. Nec criminis auctor palam fiebat, quin prehendebatur, licet vel in terrarum fines fugisset. Cognoscebatur autem facinus per Gemmas, quas gerebat Dei Minister (*l*). Hic etiam Mulieri, quam Maritus suspectam haberet, ex aquis Templi potum bibendum tradebat, et in ipsam maledictionis formulam pronunciabat, si perfide in eum egisset, et

p. 38.

concubitu cum alio celebrato se contaminasset. Quae si eatenus insons esset, salva redibat, si vero rea, disrupta confestim peribat (*m*). Et similiter, si quis caedem non deditâ operâ commisisisset, hujus, ubi innotesceret, caedis auctorem ob res fortuitas, quae vim suam in ipsum exseruissent, ita egisse, — hujus (inquam) jus palam fiebat (*n*). Erant enim peccata ex errore, et incuriâ oriunda, et actiones viles, quas Servus sine studio committere posset. Haec Dei Minister, Pontifex, quovis Die Jejunii, qui incidit in diem 10um mensis 7i, quo expiatio institueretur animarum spirituumque, in se suscipiebat (*o*). In Festo Azymorum item tollebant fermentum. Levitae porro in classes erant divisi. Alii nempe eorum scribebant Legis exempla, alii Hymnos, Genealogias alii; alii Thesauro (sacro) Israëlitarum erant praepositi; in Templo alii Sacrificium administrabant perpetuum et constans, et Fertum cum eo conjunctum, alii vero Oleum unctionis, et Suffitum aromaticum, atque adspersionem Sacrificiorum, et Similam, itemque Oleum et Lychnuchum; aliis (porro) Vasa Templi, et horum dispositio, et inspectio ipsorum apparatûs commissa erant. Eligebant (deinde) alii animalia (Sacrificiis apta), sepositis (animalibus) dubio obnoxiis (*q*), alii contra mactabant, sanguinem alii Arae adspergebant, alii vero Sacrificiorum partes movebant. Universa haec (Levitarum) cohors distributa erat pro Munere, quo fungebatur; nec discedebat ea ab iis, quae ipsi mandata essent. Sacrificium perpetuum ante ortum solis, et post hujus occasum offerebatur. Tempore, quo Sacrificium Arae imponebatur (*r*), Sacerdos tubâ in vertice
p. 39. Montis benedicti clangebat, quod deinde repetebant Sacerdotes (reliqui) ubique locorum, ita ut uno (veluti) oculorum nictu omnes Israëlitae Sacrificia in Arâ oblata esse cognoscerent, et surgerent precaturi. Et hae Preces acceptae erant, et benedictiones (cum iis) conjunctae, ac gratia consummata, et misericordia (omnibus) communis. Resp. rite erat constituta, et quae publice agebantur, perspecta, perpensa, luce collustrata, felici successu coronata, et arcta iis et Deo necessitudo intercedebat.

Hoc est omnium (Institutorum) compendium. De Deo Israëlitae semper loquebantur, et ipsum (de rebus suis) consulebant (*s*), (Deum, inquam), qui misericordiâ ductus, (homines) in rectam viam ducit. Hic nobis sufficit, et est quam praeclarus Defensor.

CAPUT XXXIX.

Dies Favoris divini ad tempus usque, quo (a Cultu divino) aberrare coeperunt, producuntur (a).

Regnavit Jūša'a, filius Nūni, 45 annos (*b*). Instante morte, congregavit Israëlitas, quos obtestatus est, et (jurejurando) impulit, ut Leges observarent, quas Mūsạ, Propheta, c. s. s. l in unum volumen conjunxerat (*c*). Sibi deinde et iis Sacrificia obtulit, et ipsis valedixit, eademque fere peregit, quae peregerat Dominus noster, Musạ, Propheta, c. s. s. l (Populo) valedicens. Praeterea ille elegit 12 Principes ex omnibus 9 Tribubus et

dimidiâ, quibus, postquam ipsorum eruditionem et ingenium (Reip.) administrandae aptum examinaverat, coram Israëlitarum Concione in Campo Al-Bahaï sortes duxit. Tum prodiit Regni sors Viro cuidam, cujus nomen erat *Abīl* (*d*), filius patris Calabi, ex Tribu judaïcâ. Hunc ergo Jūšaa praefecit Imperio et Judiciis, et cidarem ei induit, Concionem monens, ut mandato ejus obediret. Ipsum vero jussit, obedientiam praestare Dei Ministro et cum eo omnes res suas communicare (*e*), nec quidquam prius peragere, quam eum hujus rei certiorem reddidisset. Postea Jūšaa mortuus est, c. s. s.! et eum sepeliverunt in (loco) *Cafar Gowaira* (*f*). Etiam diem obiit Calab*us* Socius ejus, et hunc sepeliverunt in ipsius viciniâ.

Novus ille Rex Gentis Imperium jam in se suscepit, et hoc praeclare gessit (*g*). Rex enim Mābi, auditâ morte Jūšaae, copias colligi jussit, et ipsius terram invasit. At ille etiam exercitum collegit, ac Deus ipsum adversus illos adjuvit; quare metus, quem incutiebat, in (animos) item reliquorum hostium incidit, (quorum terras) expugnavit, et suo Imperio adjecit. Regnavit 9 annos.

Eo mortuo, Imperium accepit *Tarfīa* ex Tribu Afrīmi. Ad eum, quum Regno praepositus erat, Rex Ammān*is* tetendit. Sed Deus ipsi auxilium praestitit. Is regnare perrexit per temporis spatium, quod Deus ipsi decreverat, (quo exacto), mortuus est.

Deinde Imperium tenuerunt ad finem usque hujus temporis spatii, quod (ante) commemoratum est (*h*), [annorum nempe 260], novem Reges, deinceps succedentes, ex omnibus Tribubus, qui Regno praefuerunt annos 215, dum per reliquos annos regnaverat Jūšaa, Nūni filius. Postremus eorum fuit Šamšam (Schimschon), Rex (*i*), qui unicus erat inter illos, et quo pulchrior, atque auxilio contra hostes praestando major, nemo conspiciebatur. Vis tamen et pulchritudo, et felicitas, et conditio consummata, adjudicabitur iis, qui eos sequantur, si vestigia premant eorum, qui praecesserunt, et faciant, quae ipsi fecerunt, et Sacrificia offerunt, iis similia, quae iidem obtulerunt.

CAPUT XL. p. 40.

Historia Ministrorum divinorum, et Ministerii, quo functi sunt diebus Favoris (divini), per temporis spatium ante commemoratum (a).

Ilazar, Pontifex, c. s. s.! morte appropinquante, idem fecit, quod Jūšaa, Nūni filius. Collegit enim Principes Israëlitarum, quos obtestatus est, et (jurejurando) impulit ad (Dei) obedientiam. Deinde valedixit iis, et Templo (*b*), Deumque coluit, et exiens, odores (Olei) sancti ex extremis (Vestium) partibus fragrabant. Postea profectus est in locum *Cafar Gowaira*, et Vestimenta sacra, quibus indutus erat, exuit, eaque Filio induit, Fīnahaso. Mox mortuus et sepultus est in loco *Cafar Gowaira*, et ipsum deflevit Gens universa Israëlitarum Patrum more.

Post eum (Rerum sacrarum) Principatum nactus est Filius ipsius (*c*). Hic Munus suum eàdem ratione atque Parentes gessit. Hic etiam, morte instante, Israëlitas obtestatus est, et Sacra peregit, (Populoque) valedixit, et se convertit in locum *Cafar Gowaira*, ibique sacrum, quo indutus erat, Vestitum deposuit, eumque induit ei, qui ipsi ex suâ progenie successit. Deinde mortuus, ibidemque sepultus est.

Post eum (Rerum sacrarum) Principatum tenuerunt 5 Dei Ministri, qui Deum coluerunt, sacro Ministerio Deo accepto fungentes (*d*). Hi fecerunt, ut illi, qui ante eos hoc Munus gesserant, ad illud usque temporis spatium, quod supra commemoratum est. Qui dies monilis instar erant, firmiter constricti, et perpetuâ serie (margaritarum) compositi; (dies), luce (collustrati divinâ), atque felicitate coelesti et terrestri (insignes) (*e*). Tandem vero Principatum accepit *'Ozīus*, postremus Ministrorum Dei diebus Favoris (divini), quo juvene (*f*) Rex ejus temporis, cui non alius succedebat, mortuus est.

Ad hoc usque tempus ab Adamo inde anni 3054 Aerae Orbis Terrarum conditi elapsi erant (*g*). Ante mortem Regis Šamšami tantam Israëlitae collegerant opum copiam (*h*), ut, si Gens per Terram se propagasset, Mundum replevisset bonorum cumulo, quibus Deus ipsis benedixerat, et ipsorum possessiones multiplicaverat. Sed evenit id, quod dixerat Mūsa, Propheta, in Oratione, quam habuit: *edebat Jaqūbus*, *et saturatus est*, *saginati sunt Israëlitae*, et quae ceteroquin leguntur ad finem Sectionis in Carmine illo magno. Tunc enim deseruerunt viam, quâ incedere ipsos jusserat, et quam ipse tenuerat. Nobis sufficit Omnipotens, Beneficentissimus, contumacibus moram concedens.

CAPUT XLI.

Initia aberrationis, post mortem Šamšami, Regis ejus temporis (*a*).

Hic, Israëlitarum Imperium tenens, gravem cladem inter Gentes edidit, ac multos ex iis perdidit. Mortis ergo illius famâ ad has delatâ, congregatae sunt, et Foedus dato jurejurando invicem inierunt (*b*). Magna nimirum ipsas ceperat aemulatio, in Libris Bil'āmi legentes, hunc Populum numquam periturum esse, nisi per impietatem, et scortationem (*c*). Itaque dolos struere coeperunt Praestigiis operandis, cui rei non eligebant locum prohibitum, procul remotum, (atro carbone) notatum, ad quem illi (alios) mittere debuissent ad locum quaerendum, et ex quo lucrum copiosum (Exteris) contingeret, ac Portenta simul manifestarentur, cujusmodi inter Gentes feruntur (*d*). — Miserunt nimirum illi Populi nonnullos ex suis Doctoribus, qui suam Israëlitis Doctrinam traderent, et
p. 41. versarentur in viciniâ Aedis divinae (*e*). Quia autem hoc tempore ipsis nullus erat Rex, qui Remp. administrabat, nec Pontifex, qui Rebus (sacris) prospiciebat (*f*), hi Doctores (minime sollicitati) primum docebant omnes Israëlitas, in locis campestribus habitantes, iisque suam revelabant Doctrinam arcanam; ex quibus centum Viros ita erudiebant,

ut ipsorum auxilio (deinde) uti possent. Hi ergo rem istam nefandam, istudque opus agere incipiebant in vertice meridionali Montis benedicti (*g*), qui locus hanc ob causam a numero illorum *Al-Mīa* dictus est. Deinde aedificia ibi struere coeperunt, et Sacrificia offerre, quae nullam praestare poterant utilitatem, sive in vitâ praesenti, sive in futurâ (*h*). Postea omnes ii, metuentes Israëlitarum indignationem, migrarunt in partem Montis benedicti occidentalem. Quorsum quum proficiscebantur, similis, quo ipsi jam constabant, numerus cum iisdem se conjunxit. Hi degebant in clivo Montis, quem hanc ob causam dixerunt a numero agminis sui *Al-Miatai* (*i*). Ibi tamen morati sunt per breve tempus. Hinc enim abierunt, quia magnopere multiplicati et aucti erant, ac ramorum arboris instar se propagaverant, et locum (quorsum se converterant), a magno suo numero appellarunt *Far:atā*.

Non prius vero Deus iram et indignationem suam manifestabat, quam contagio istius impietatis ad omnes Israëlitarum Principes ubique locorum penetraverat. Nimirum postquam hi illis se opponere neglexerant, ac segnes se gesserant, iram (Dei) provocabant, et ipsi inquinabantur (*k*). Alii enim retrocedebant, et retardabantur, alii occupati erant suis ipsi negotiis, et opibus, atque divitiis, aliisque rebus, quibus superbiebant: dominio praeterea Pauperum, quo bona assequerentur hujus vitae, quae nondum in ipsorum potestatem venerant (*l*). Alii erant Zelotae; sed longe major pars voluntate ducebatur a Dei Cultu aberrandi. Ac Sacerdotes coeci erant, et attoniti, et flaccidi (*m*). Invidia (denique) excitata in ipsâ Tribu Fīnaḥasī, et discordia inter ejus Sodales exorta erat.

Turpibus hisce et foedis facinoribus peractis, ab iis aufugerunt Angeli, iisque iratus est Creator. Nam Signum, quo sibi conspiciendum dederat (*n*), ab iis sustulit, et ex Monte benedicto, et evanuit splendor, qui (ante) in Templo conspiciebatur, et sublatus est Ignis divinus, qui a Sacrificiis, in Aris oblatis, non disjunctus erat.

Ex Fīnaḥasī Posteris, postquam ii a Dei Cultu defecerant, alii dispersi, alii obcoecati sunt. Nos ergo, insigni hoc Dei Favore privati, ad eum confugiamus, et ab eo, cujus Nomen est Omnipotens, auxilium petamus.

CAPUT XLII.

Traditur, quibus rebus factum sit, ut initia aberrationis inter Populum sisterentur (*a*).

Primo diluculo diei 2; (*b*) ineuntis anni 361 Imperii Favoris (divini), qui dies notus erat magnâ miseriâ, ac malis multis, diuturnoque moerore, et gravi tristitiâ, (hoc die), qui diei similis erat, quo Pater noster Adam*us* exiit ex Paradiso, et qui idem est, quo hic nuncium accepit tum mortis suae, tum mortis etiam generis humani, — (hoc die) exiit 'Ozī*us*, Pontifex, Dei Minister, cujus majestas evanuerat, cujus gloria abierat, cujus sanctitas interierat,

cujus (Ṣe toralis) splendor exstinctus erat, — primo mane istius diei, infaustis suis auguriis notissimi, (exiit ille) ad Templum, et Aulaeum sustulit Aedis sacrae interioris, nec amplius conspexit aliquod divinae benevolentiae indicium. Vidit enim (*c*), et ecce intra
p. 42. Aedem tenebras densas, (ubique) dispersas, et nubes atras! Itaque abiit, ut reverteretur, et Ministerio (sacro) fungeretur, die 3^{o} et 4^{o} hebdomadis. Mane autem diei 5^{i} istas tenebras videns, (longius) dissipatas, ac (sacrum) Templi apparatum obtegentes, Deum O. M. animadvertit Israëlitis iratum esse, et potentiae suae ac misericordiae clementiaeque splendorem ex hoc loco et ab illis sustulisse. Colligere ergo coepit sacras Vestes, ac Vasa aurea et argentea. Quae enim parata erant aetate Prophetae, c. s. s.! haec ex Tabernaculo (in Templum) translata erant (*d*). His collectis, Deus ipsi in Monte benedicto speluncam monstravit apertam, quam eo in loco nemo ante eum diem conspexerat. Sumsit igitur omnia, quae in Templo inveniebat, eaque in hanc speluncam detulit. Exinde vero egrediens, in ostio ipsius manu suâ inscriptionem exaravit, et quae ibi deposuerat, perspicue indicavit. Eamdem porro signis notavit, quae tamen deinde evanuerunt, ita ut nemo hanc speluncam, et signa, atque inscriptionem postea reperire potuerit.

(Pontifex) mox altâ voce flevit, ac vehementer ploravit, ejulavitque. Omnes ergo ad eum se collegerunt Levitae, et 12 (Tribuum) Principes, qui cum eo (in Cultu Dei observando) perseveraverant, ac praeterea 70 Sapientes (*e*). (Venerunt), ut ipsius fletûs et clamoris causam ex eo quaererent. Eos igitur certiores reddidit eorum, quae ipsi revelata erant. Postquam vero ipsis explicuerat iram (Dei), et quod ipsis et Populo evenerat, vestes dilacerarunt, et faciem percusserunt, et capita deorsum inclinarunt, omnemque Populum congregarunt. His ii jam enarrare coeperunt, quae beneficia Deus O. M. in ipsos contulerat, et quae nunc animadverterant vindictae divinae vestigia; quomodo porro (Deus) ista manifestaverat, (splendorem nempe divinum in Adyto) evanuisse, et calamitatem (ipsis imminere gravissimam). Deinde dicebant: »Vae nobis, liberisque nostris, »post nos (victuris). Quantum nostrae (calamitatis) gaudium hostibus futurum est, et »quanta Gentium ex te laetitia. Gens Israëlitarum! sublatus est Custos tuus, et quis »oculos jam in te convertet? Sublatum est fulcrum tuum, et quis te sustentabit? »Sublatus est Rex tuus, et quis te adjuvabit? Sublatus est Princeps tuus, et quis te »corroborabit? Tibi iratus est Misericors, et quis de te misericordiâ movebitur? »Suntne propter te Miracula edita? Miçr tuâ causâ vastata. A latere tuo conspicua »fuit Potestas (divina). Fissum est Mare, ut per illud transires. Periit Firaun*us* cum »ipsius exercitu, ut tu servareris. Demissa est *Man* ad te corroborandum. Dulcis »reddita est aqua amara ad sitim tuam explendam. Vox audita est Creatoris ad te do»cendum. Rupes aquam emisit ad te tentandum. In fugam conjecti sunt 'Amlāq*itae*, »te petente. Majestas (divina) ut circa te habitaret, Creator permisit, ad te tuendum. »Nomen ejus in te demissum est, ut hostes metu a te detinerentur. Columnam nubium

» tibi posuit benignissimum viae indicem. Montes Wādī'l-Maugabi clausit (*f*), ut tuto » transires. Perdidit Sīhunum et 'Ūgum, ut urbes ipsorum et opes haereditares. Per- » terruit (*g*) Reges Ammānis, Mābique et Madjanis, ut eorum armenta abriperes. » Aquas stitit Al-'Ordonnis, ut conspicua redderetur tua potentia, et ut efferretur gloria » tua, ac tua memoria celebraretur. Septem Gigantium Reges interfecit, ut ipsorum » terrâ, urbibus possessionibus, te donaret. Eos, qui ad te oppugnandum se conjunxe- » rant, exitio dedit. Radicitus delevit Ṡaubacum, filium Ḫamāmi, et Reges, qui cum eo, » ut te debellarent, erant conjuncti. Coelum et Terram te custodire et te curare jussit. » Ostenta Orbis coelestis infausta, et Sidera (mali ominis), a te et Terrâ tuâ removit. Te » felicitate magnâ et multiplici benedictione cinxit. Loca tibi assignavit excelsa et nobi- » lissima, portam Paradisi. Possessionem tibi dedit, de quâ, te excepto, nulla Gens glo- » riatur. Beneficia in te effudit, cujusmodi per saecula labentia nulla sunt audita. Auxi- p. 43.
» lia tibi misit per Angelos suos, et magnam suam potentiam. Texit te misericordiâ suâ. » Custodivit te suâ clementiâ. Tibi (Legem) commisit cum jubilatione, teque inter famulos » suos recepit (*h*). — Sed reliquisti Cultum ejus, et negasti Nomen ejus esse excelsum (*i*), » et coluisti eos, qui noxam, sibimetipsis illatam, tollere nequeunt. Praeterea neglexistis » eos, qui (Deum vobiscum) expiare poterant, et hanc ob causam Deus vos etiam missos » fecit. Obtexistis (faciem), et ab Eo te avertistis; idcirco suam etiam majestatem Ille te- » xit, et a vobis avertit. Recte vos duxit Dominus noster, Mūsa, Propheta, cui sit salus » eximia! sed eum veracem non habuistis. Docuit vos, sed eum non audivistis. Praescripsit » vobis (mandata), sed ei non obedivistis. In quem abibitis locum, ubi (Dei iram) » effugiatis? Quos reperietis, qui vobis asylum praebeant (*k*)? Unde Vindicem vobis in- » venietis? Quis salvos vos reddet ab hostibus vestris? Praevaluistis (olim), si de- » fenderet vos virorum multitudo, et ubi pulchrae vestrae res gestae splendore erant » insignes (*l*); sed ubi (jam) sunt, qui Principes nostros cognoscant? Ubi is, cui nos » dato jurejurando, nos submittamus? Ubi is, qui infantium nostrorum misereatur? » Ubi is, qui voces nostras audiat? Ubi is, qui crimina et peccata nostra expiet? Ubi » is, qui potentiam nostram manifestet? Ubi is, qui gloriam nostram hîc conspicuam » reddat!"

Haec poenitentia ubicunque se manifestabat (*m*), et gravis erat Israëlitarum fletus, ac vehemens horum ejulatus. Deinde vota fecerunt, semper se recordaturos esse hunc luctum quoque die 2o (lunae), et 5o (Jovis), donec Gratia Dei ad ipsos rediisset. Clara Ipsius est magnificentia, et novit, quando illa reditura sit. Eum precamur, ut iram suam removeat, et tegumentum suum, per magnam suam clementiam, (in peccata demittat). Ipse enim audit, et (orantibus) respondet.

CAPUT XLIII.

Historia Viri errabundi, invidentis Posteris Fīnaḫasi, Sacerdotis, c. s. s.!

Exorta erat discordia inter Fīnaḫasī Posteros, et hujus Patrui Filium, *Ilīum* (Elium), quod nomen significat *Insidiatorem* (*a*). Hic Vir errabundus ex Gente erat 'Itamarīs Fratris 'Ilazarīs, Sacerdotis. Erat vero Principatus (sacerdotalis) penes Gentem Fīnaḫasī, quae offerebat (Sacrificia) in Arâ aeneâ et lapideâ (*b*). Iste autem Insidiator, annos natus erat 50, magnisque opibus pollebat. Nam potitus erat (sacro) Israëlitarum Thesauro, ac praeterea scientiam quamdam sibi paraverat Artis magicae, quae ipsius divitias auxerat, et excelsam ac lautam ejus conditionem splendidiorem reddiderat (*c*). Quia autem rem, quam aggrediebatur, gravem esse existimabat, huic (peragendae) multos socios ad se congregavit, quibus haec dixit: » non ego sum, qui Pueri Ministerio fungi possim. Istud » placere mihi nequit. Ac spero item fore, ut vobis quoque non amplius gratum sit, » hoc mihi mandatum esse." His illi omnes responderunt: » Tuis nos mandatis sub» mittimus, nosque tuo Ministerio nos obstringimus. Nos jube, quae tibi placeant." Eos igitur jurare fecit, se ipsum secuturos esse, quorsum tenderent diluculo diei secundi (*d*). Tum obtulit Sacrificium in Arâ sine sale, ac si hoc (addendum esse) nesciret, et protinus profectus est cum (sacro) suo apparatu, atque agmine, et armentis, et cum omnibus, quae praeterea possidebat, et descendit Sīlūne*m* (Siluntem). Israëlitas porro collegit et in agmina divisit, et eorum Praefectis mandata dedit, et dixit: » quicunque Mi» racula conspicere velit, ad me proficiscatur." Sic magno Sectatorum numero Sīlune collecto, Fanum hîc sibi aedificavit, et in eo (Sacrarium) exstruxit secundum normam
p. 44. Templi (garīzīm*itici*), ibique Aram *unam* posuit, in quâ sacrificaret, et Sacrificia offerret.

Duos 'Ilī*us* Filios habebat, qui tempore matutino mulieres in Templo colligebant, et cum iis coitum celebrabant (*e*), atque omnibus, quaecunque in promtu erant, tum ex Sacrificiis et vino, tum ex aliis ejusmodi (Rebus sacris) utebantur. Praeterea homines jubebat, nomen suum in Precibus publicis commemorare (*f*), quod (faciendum esset) prius, quam Sacrificia sua offerrent. Ac Vir iste perseveravit in Populo Arte magicâ avertendo per spatium 40 annorum. Nam Deus supremus, cujus summa est potentia, ipsum hoc quiete agere sivit.

Šāmul, (Samuel), ex Tribu Hārūnī oriundus. Levita erat, sed Magus, homo impius (*g*), quia Pater ejus ipsum, 4 annos natum, 'Ilio educandum tradiderat. Huic Pater dixerat: » Hic Puer est, quem (turpi) libidine (inflammatus) accepi. Sed de improviso mihi in» cidit (cogitatio), hunc Puerum in hocce Templo per tempus vitae suae Ministerio sacro

» fungi oportere (*h*)." Tum ergo Errans iste eum accepit et docuit, eumque Artis magicae ita peritum reddidit, ut hac operandâ ipsi non cederet. Laudetur Deus, qui non punit, nisi postquam Rebelles quiete agere sivit, et beneficia in ipsos contulit.

CAPUT XLIV.

Ratio describitur, quâ Nebulo iste cum Filiis et agmine perierit.

Gentes, auditâ scissione, quae inter Israëlitas orta erat, exercitum collegerunt, ex iis compositum, qui habitabant Jāfāe et Lodd*ae* (Lyddae) et Baiṫ-Ḡabrīn*i* et Gazzac, aliisque in locis (*a*), et consilium ceperunt impetum faciendi in eos, qui erant Sīlūne. Exiit tunc exercitus Nebulonis istius obviam illis, sed clade affectus, et in fugam coniectus est, et caesa sunt ex illius Sociis quatuor millia Virorum. Qui autem ad Socios suos revertebantur, 'Ilīo dicebant: » causa fugae nostrae haec est, Arcam auream nobiscum non » fuisse." Itaque Arcam ('Ilī*us*) illis tradidit, et ambos Filios cum flore exercitûs ad priorem exercitum restituendum cum iis misit (*b*). Verum Gentes collectae his etiam insidias struxerunt. Quum enim egrediebatur ille exercitus, hostium copiae ipsum cinxerunt et gladio in eum saevierunt. Capta etiam est Arca, et ambo Filii 'Ilī*i* interfecti sunt, quâ opportunitate aliquis, qui salvus (deinde) evasit, vestem suam utriusque sanguine contaminabat. Hic mox venit ad Patrem in Solio suo sedentem, cui dicebat: » nuncium » infaustum tibi affero. Uterque enim Filius tuus (*c*) interfectus est, ac vestimenta mea » sanguine eorum contaminata sunt. Praeterea Arca aurea capta est, et gladius Populum » tuum consumsit." Hoc nuncio audito, cecidit ille a Solio supinus, sibique collum fregit, et mortuus est. Quâ calamitate cognitâ, Nurui ipsius, quae gravida erat, ingruebant partûs dolores, quibus succubuit (*d*).

Sic absolvit Vir iste opus suum in hac Vitâ, sed in alterâ in eum inquiretur. Laus sit ei, quem nulla res fugit, ac nihil latet. Laudetur et celebretur!

CAPUT XLV.

*Historia Bokt̄onāççar*i (*Nebucadnezaris*), *Regis Al-Mauçil*i (*Mozuli*), *quae in Libris reperitur, in quibus ipsius res gestae describuntur* (*a*).

Hic Rex quidam erat Persarum, qui Terras expugnabat, et incolas subigebat (*b*). Huic p. 15.
Reges obediebant (*c*), omniumque ille Aš-šām*i* Regum Imperium tollebat. Hi ergo abierunt ad Regem Al-Qods*i* (Hiërosolymorum) (*d*), et cum eo consilium inierunt Imperio Bokt̄onāççar*i*, ejusque mandatis se submittendi. (Quâ in re) perseverarunt per 12 annos. Anno enim 13° (*e*) seditionem moverunt et rebellarunt. Quod postquam (ille) iis excusaverat,

et ipsos monuerat, ii vero non deterrebantur, (ille) in eos profectus est anno 14°; quâ opportunitate quemvis eorum, cui obvius fiebat, perdidit. Etiam in (urbem) Al-Qods tetendit, quam (copiae) obsidione clauserunt, donec (Rex) eam ceperat. Ibi (hac occasione) magnam idem stragem edidit, ac Regem ipsius cepit, et oculis effossis, Baisān*um* misit (*f*). Incendio item delevit omnia aedificia et monumenta (*g*), quae condiderat Solaimān (Salomo), Dāvīd*i*s filius. Deinde (Rex) ille secessit in regionem nostram [id est: in hanc regionem (*h*)], ibique haec proclamavit: »quicunque reperiatur hîc post septem »dies, et subsistat, ejus sanguis fundetur." Mox coepit incolas vexare, quos (postea) dimiserunt per omnes regiones. Turbam contra ex Persiâ deduxit, eamque habitare fecit in hac regione Israëlitarum loco. Hi autem dispergebantur ad fines usque Orbis Terrarum, propagati et dissipati per terras Orientis et Occidentis. Sic ratum factum est dictum Legis sanctae: *et dissipabit te Deus inter omnes Populos ab altero Terrae termino ad alterum* (*i*).

Post aliquod tempus allatae sunt Literae Persarum, qui Israëlitarum loco in terrâ Aš-šām*i* habitabant, (querentium) de maledictione, quae huic regioni ejusque frugibus, ac fructibus inhaerebat; fructus nempe, (externâ specie) pulchros, (intus) corruptelam perniciosissimam contraxisse. His Literis, eas querelas exhibentibus, ad Regem delatis, Rex Principes Israëlitarum arcessivit, ex iisque causam hujus rei percunctatus est. Responderunt: »causa ex Gente nostrâ abductâ, et Cultu Dei nostri, per terram »omisso, repetenda est (*k*). Nos secundum ritus, quos (Cultus) exigit, (hîc) Deum co»limus, donec in eam redeamus, et Deum nostrum in Monte sancto (iterum) adoremus, »et Sacrificia (ipsi) offeramus, prouti jussit nos in Libro suo per Prophetam suum." Rex iis respondit: abite et aedificate Templum Dei tui, eique (Sacrificia) offerte, et Deum »tuum colite secundum morem tuum; vobis ego auxilium praestabo." Illi vero dixerunt: »Da nobis scriptum tuâ manu exaratum, (scriptum datum) ad omnes Fratres nostros, »per omnes (Terrae) tractus dispersos; nam redire non possumus, nisi omnes." Itaque Rex iis dedit scriptum suâ manu exaratum, quo iis permisit in Aš-šām proficisci (*l*). Abierunt ergo ab eo hilares, ac laeti ob beneficia, quae Deus in ipsos contulerat. Praeterea summus Sacerdos et Rex Epistolas quoquoversus miserunt, haec verba continentes: »sci»tote, Regem, quem Deus potentem reddat, nobis permisisse in Locum sanctum adscen»dere, et hunc restituere, atque Sacrificia (offerre) pro Terrae salute cum Ritu (Deo) »accepto. Oportet igitur vos et vestras mulieres et infantes cum omnibus, quae pos»sideatis, properare, ut congregemur, et proficiscamur, et secundum ea, quae (Deus) »nobis praecepit, Cultum Dei nostri O. M. restituamus." Advenit igitur Gens universa (*m*). Dixerunt vero Judaei: »omnes colligamus nos, et proficiscamur in urbem Al»Qods, et hanc incolamus, unanimoque consensu agamus." At responderunt iis Filii Harūn*i* et Jūsaf*i*: »minime, sed adscendatis vos in Montem benedictum, et aedifice-

»mus (simul) Sacrarium, et unanimo consensu (ibi) invicem agere studeamus." Verum illi in suo consilio perseverarunt, donec necesse esse putabant, ad Regem se convertere. Hic autem Samaritanorum causam superiorem reddidit hoc modo.

Congregarunt se Israëlitae, Socii Montis benedicti, secum ducentes Librum Mūsae, p. 46. Prophetae, c. s. s.! et argumenta, quibus probarent Deum in Monte benedicto, non vero alibi, colendum esse. Ab alterâ parte conveniebant Judaei, ut significarent, quae Libri, (conscripti) post Mūsam Prophetam, c. s. s.! de (urbe) Baito'l-Moqaddis (Hierosolymorum) monebant (*n*). Libri ergo ad Regem adducti, et praelecti sunt. Rex omnem rem expendit, (et vidit), omnes locos *Montem* designare *benedictum*. Respondit vero Zorbābal (o), eique dixit: »Rex! Liber, quem mecum gero, mihi indicat, (urbem) Baito'l-Moqaddis, et Sacrificia *ibi* (offerenda esse docet)." Invitumne ergo me cogis, ut ad sacrificandum in Montem benedictum adscendam (*p*)? Respondit ipsi Sanballat Levita (*q*), Regi dicens: »Libri, quos Zorbābal secum ducit, suppositi sunt et mendaces. »Mihi permitte, ut hos in ignem conjiciam. Imo hunc Librum meum, iste, si possit, »sumat, eumque (in illum) projiciat." Tum Rex Sanballato concessit, ut Libros Zorbābal*is* in ignem conjiceret. Quod quum fecerat, hi combusti sunt. Concessit deinde Zorbābal*i*, ut Sanballat*i* Librum (in flammas) mitteret. Quem tamen ille sumtum et apertum projicere nolebat, dicens: »Libri mei mihi soli (cordi sunt), sed Liber (Legis) »sanctae (*r*), ipsi pariter ac mihi (carum) est." Rex igitur respondit, dicens Zorbābal*i*: »video Libros tuos nullius esse pretii; (sed) quare nolis Librum ejus (in ignem) conji»cere?" Tum metu ne occideretur, Legis Codicem sumsit, et in ignem eum projecit. At (integer) inde exiit. Itaque (Rex) ei permisit, ipsum alterâ vice in eum projicere. Sed tunc etiam ne quidquam detrimenti ex igne passus est. Tum vero supplex Regem adiit ad ipsum rogandum, ut Librum tertiâ vice (in flammas) conjiceret. Veniâ impetratâ, hunc (rursus) sumsit, et sputum in novae Sectionis indicem quemdam emisit, ac deinde Librum in ignem projecit. Tum combustus est locus, in quem saliva inciderat, sed (Liber) in sinum Regis (integer) insiliit. Rex igitur confestim Judaeis succensuit, et ex iis, qui aderant, 36 Viros statim occidit. Sanballat contra ipse et ejus Socii magnis laudibus apud Regem praedicati sunt. Illum Rex donis praeterea donavit, et munera ac torques et armillas (ei tradidit), eumque vestibus induit sericis (*s*), et Israëlitarum Principibus praefecit. Deinde ipsos dimisit, cum universâ Israëlitarum Gente, quae ex priore captivitate rediit, cujus numerus erat 300,000 Virorum.

Hi autem fidos se praestiterunt, postquam incredulos se gesserant, ac recta viâ incesserunt, postquam in errorem ducti fuerant. Deus ergo in clientelam eos recepit, ac vincula, solutâ captivitate, fregit, misericordiâ commotus, quâ eos amplectebatur, et clementiâ (ductus), quâ indui solet, Foederis memor, quod cum 'Ibrahīmo, et 'Ishāqo et Ja'qūbo inierat (*t*).

Rex porro (Epistolam) misit ad omnes Persas, habitantes in Israëlitarum ditionibus et hos exinde in ipsorum regiones transtulit (*u*). Israëlitae vero in terram suam intrarunt, qui ipsis locus est sanctus, et pararunt suppellectilem, suppellectili Templi (antiqui) similem, ac multa obtulerunt Sacrificia. Terra quoque optimos in suo genere proventus largita, et in (pristinum) nitorem et splendorem restituta est In cumulum vero horum beneficiorum (Deus) iis nihil retinuit, nec vim divinam, quae occultata erat ipsorum Proavis (postea) occcultavit. Sic cuique (calamitosae) conditioni est principium, omnique rei fatali finis (*v*). Dei ergo rogamus auxilium per benignitatem, quâ haec, misericordiâ commotus, largitus est, et ipsi fiducia habeatur.

CAPUT XLVI.

*Historia Al'iscandar*is (*Alexandri magni*).

Ab Adamo ad Regem Al-iscandar*em* praeterlapsi sunt anni 3930 (*a*). Hic, postquam bellum molitus erat adversus Darium, Persarum Regem (*b*), in somnio Angelum vidit, ex
p. 47. Coelo descendentem, ornatu et vestitu Pontificis indutum, et ipsi dicentem: »ne metuas, »fortis Heros! subiges Persiam. Nam ego (Regem) ejus in tuâ potestate positurus sum. »Deus tecum est." Hunc ergo cepit (Al-iscandar) et occidit (*c*). Deinde autem, Gentibus omnibus subjectis, Sacerdotes eum in spem adduxerunt, fore ut aliquem, illi formae similem, aliquando conspiceret. Ejusmodi tamen Virum (nullibi) animadvertit. Postquam vero Çûr*um* (Tyrum) venerat, ut hanc (urbem) expugnaret, in pagis circumjacentibus multi Samaritani habitabant (*d*). Hos Al-iscandar ad se vocavit, ut ad suas partes ipsos traduceret. Ili vero nolebant; nam jurejurando Tyriis se obstrinxerant. Itaque iis succensuit, et convertit se in tractum Nabolos*i*, cujus incolae ipsi obviam iverunt. Conspecto tunc habitu summi Pontificis, festinanter descendit ex jumento, eumque adoravit. Quod quum viderant ipsius Discipuli (*e*), hi etiam accelerarunt, et eum item adorarunt. Valde hoc mirabatur universus exercitus, quia (Rex) eos perdere studuerat. Socii ergo ei dicebant: »revera hicce Populus te incantat." Dixit ille: »quid mente volvitis? »per Deum! nullam vim incantatio in me exercet, sed in ἔκστασιν (aliquando) raptus »sum, et tempore quidem, quo ad Darium (debellandum) exibam; tum (Deus) obvium »mihi misit Virum, huic homini similem, et hunc externo habitu referentem. Ac »dixit mihi ille: »exi in Darium, nec metuas, hunc enim tu occides." Et sic etiam »evenit" (*f*). Hanc ob causam Al-iskandar, Gentis amore captus, Samaritanis benefecit (*g*), iisque dixit: »Deus vester est Deus Deorum, ac Dominus Dominorum.

Al-iskandar expugnavit deinde omnes regiones Al-Hind*i* (Indiae), et Fâris*i* (Persiae) et Ar-Rûm*ae*, alias (*h*). Postea impulit ipsum cupido omnem Terram visendi; ac tum iter molitus est in Regionem Tenebrarum, quorsum tetendit (cum Sociis, vectus) asinis femel-

lis, quas pulli sequebantur. His ergo secum ductis, et pullis in loco solis luce collustrato ligatis, iter tridui per Tenebras susceperunt, unde, sumto pulvere, qui in terrâ (jacebat), postea abierunt. Hunc autem, in locum lucidum reduces, contemplantes, pulverem, quem secum duxerant, animadverterunt rubinos esse et uniones. Itaque (Al-iscandar*um*) poenituit, se ejus rei, quam sumserat, non plus secum asportasse. Quis enim non id prehenderet, quod alter reliquerat? (*i*).

Dixit (etiam Al-iscandar) Sociis suis et Viris doctis: »quando revera omnes Orbis Terrarum tractus facile et expedite invisere possim?" Dicebant ipsi Viri docti et Comites ipsius; » Orbem Terrarum uno momento et brevissimo temporis spatio invisere si velis (*k*), »Fabros lignarios peritos arcescas, iisque praecipias, ut cistam construant, rotis instructam »et apparatu, qui motu suo ipsam in altum educit et demittit. Deinde sumas quatuor aquilas »tuas amatas, easque alliges quatuor cistae angulis, et suspendas carnem ad superiorem »cistae partem, ita tamen ut aquilae ad eam pervenire nequeant. Si enim aquilae carnem assequi velint, ad illam adscendent, quo facto arca in aërem tolletur, usque dum »ita educta sit, ut aedificia, et quae ea cingunt, (superne) conspicere possis. Si autem vis, »rotae velociter commovebuntur, et invertere poteris carnem; tum aquilae se demittent, »ut hanc assequantur, et cum cistâ terram versus ad locum planum, quem velis, descendent." Haec igitur Al-iscandar fecit. In aërem adscendit, donec Terram contemplatus p. 48. erat. Tum vero deorsum volarunt aquilae, et deduxerunt eum, usque dum pedem posuerat in loco, ubi urbem condidit, quam Al-iscandarī*am* vocavit.

Deinde se convertit ad Montem benedictum, et professus est, hunc (omnium) locorum esse nobilissimum, et Cultu Dei O. M. (omnium) summum.

Postea Comitibus suis regionum, (quas expugnaverat), Imperium commisit (*l*), donec omnem Terram subegisset. Hi, postquam viderant, Israëlitas ejus favore usos, et clementer habitos esse, ac (Regem) ob nullam causam sive gravem sive levem eos reprehendisse, invidiâ in ipsos ferebantur (*m*). Regi ergo ii Sodales dicebant: »quare adversatur haec Gens omni (in quâvis Religione receptae) consuetudini, omittendo (mandato) »de Statuis ponendis. Nam hanc (tuam Statuam) non venerantur, et (tamen) nonnulli »eorum Idola et Imagines colunt." Jussit ergo (Rex) eo tempore Sacerdotem, id est Sacerdotem summum, et Principes Israëlitarum in omnibus ipsorum locis, Statuas et Imagines (regias) erigere; et praeterea iis dixit: »proficiscor in (terram) Miçr, et post reditum meum ea, quae jussi, inveniam. Tum Al-iscandar profectus est. Summus vero Sacerdos convocavit omnes Israëlitarum Principes, quibus, postquam in Montem benedictum adscenderant, et jejunaverant, ac precati erant, et Hymnos cecinerant, atque supplices Deum O. M. invocaverant, Deus in probis ipsorum animis consilium excitavit (*n*) Pueros Regis Al-iscandarī nomine nuncupandi. Nuncios igitur quoquoversus miserunt, qui Samaritanis mandarent, ut omnibus Filiis, qui ipsis nascerentur, nomen Regis Al-iscandarī impone-

rent. Ac sic etiam fecerunt. Triennio autem post Rex Al-iscandar rediit, et ex Miçr adscendit. Ad Israëlitarum terras tunc perveniens, nullam vidit inter eos Statuam sive Imaginem. Quod quum aegre ferebat, Principes Gentis ad se arcessivit, et ex iis causam ejus rei quaesivit. Responderunt ii, se posuisse Simulacrum, articulate loquens ac sese commovens, tamquam ardoris symbolum, quo ad obedientiam ipsi praestandam ferebantur, et (indicium) animi, ad morem (ipsi) gerendum paratissimi (*o*). His dictis, confestim adducebant Pueros suos, quorum magnus numerus ab iis collectus erat. His (summus Sacerdos) dicebat: »quae sunt nomina vestra?" »sumus, ajebant, Servi Regis Al-is-»candari, cujus nomen accepimus." Rex et Discipuli, hac re exhilarati, quod fecerant probabant. Conspectâ ergo Regis de iis, quae facta erant, hilaritate, Sacerdos, per hanc laetitiam audax, illi dixit: »causa, quare Idola non posuimus, metus est Dei nostri »O. M., qui nobis talia interdixit. Is vero, cujus invocatio sublimis, et cujus Nomen »illustre est, quum viderat consilii probitatem, indicavit nobis, Pueros nostros Idolis »subsistendos esse (*p*)." Rex, (his auditis), ea probavit, et dixit: »Novi ipse Deum »vestrum Deum esse Deorum, et Dominum Dominorum." Praeterea Rex donis eos donavit, et manifesto declaravit, ipsorum agendi rationem remuneratione dignam esse. Ac laus sit Deo! Ei autem, qui invidiam (aliis) excitat, (a Deo) petimus anguem et arundinetum (*q*).

CAPUT XLVII.

Historia Adrīnūsi (Hadriani), (quâ occasione narratur), quomodo hic Al-Qods (Hiërosolyma) expugnavit, et quae evenerunt ipsi, obviam facto Afrīmo et Manaššiae (a).

Postquam hic Rex, cujus nomen erat Adrīnūs, regnum post Al-iscandar*um* acceperat, in Miçr descendit et multos interfecit Christianos, qui cum Messiâ conspiraverant (*b*), et conditâ urbe in (terrâ) Al-hāgar (*c*), abiit, et Baïto'l-Moqaddis (Hiërosolyma) obsi-
p. 49. dione cinxit (*d*). Anteâ autem (in Palaestinâ) erat oppidum, dictum Jāsuf (*e*), ubi duo erant Fratres (samaritani), Afrīm et Manaššīa (*f*). Eo etiam advenerat Judaeus quidam, secum ferens nonnullos columbarum pullos, quibuscum intrare volebat (in locum sacrum), ut (has) sacrificaret in urbe Baïto'l-Moqaddis, ad peccata sua (expianda) (*g*). Is quum pernoctabat (in oppido) Jāsūf*i*, ceperunt duo illi Fratres illos (columbarum) pullos, quos mactarunt, et cum muribus magnis permutarunt. Judaeus deinde noctu abiit (Hiërosolyma) ad Sacerdotem, qui in Templo sacro Munere fungebatur, et huic dicebat: »hos pullos »meo nomine sacrifica." Sacerdos, corbi aperto, ac fraude murium compertâ, Virum »illum prehendit, ut ipsum interficeret. Hic vero: »fraudem, inquit, (aliquis) hac in re »operatus est. Noctem enim ego transegi in diversorio Jāsuf*i*, ubi non erant, nisi duo

»Juvenes samaritani. Inde noctu profectus sum, metu ne dona, quae pro peccatis meis »sacrificarem, mihi eriperentur. Istam fraudem hac in re commissam esse nesciebam." Itaque miserunt ad Cauponem, et duos Fratres ceperunt ad (hos) puniendos, eosque, confirmantes (*h*) deinde, se illud fecisse, interfici jusserunt. Aliquis vero eorum (qui aderant) dicebat: »si interficimus eos, actum est de iis; potius ergo Templi sint famuli per »vitam suam, et spinas edant, quae avium sunt alimentum, et aquam bibant, atque in »terrâ dormiant."

Postea Adrīnūs (in urbem) Baito'l-Moqaddis descendit, eamque obsidione clausit. Alii autem Judaei per locos subterraneos (*i*), quos struxerat Solaimān, filius Dāwūdi, Rīham (Hiërichuntem) exierant, alii Loddam (Lyddam) se converterant, earumque urbium incolis commeatum parabant (*k*), et res quasvis iis adducebant. Demittebant item Mannam in muros, et dicebant: »videte, quae fecerit nobis Dominus noster, qui in nos cibum »demisit; ut nobis in Deserto fecit, ita (jam) iterum faciet." Earum urbium incolis etiam projiciebant in murum fructus recentes et arefactos, aliaque ejusmodi, et dicebant iis: »edite! similiter Dominus noster ad nos descendet." Ac dicebant urbium incolae »sumite vobis a nobis animalia mactanda, (eaque nostro nomine) ad Regem (mittite). »Nam Dominus noster, quoties (carne) opus habituri simus, ad nos (hanc) demittet; ut »(olim) nobis fecit in Deserto, sic (nunc) nobis faciet." Adrīnūs his (donis acceptis), quamdiu bello defatigabatur, in Judaeos propensus factus erat, et putabat vera esse ipsorum dicta (*l*).

Postquam haec acciderant, duo illi Fatres Afrīm et Manaššīa convenerunt, ut Literas scriberent (*m*), quas luto involutas desuper projicerent ex muro ad Adrīnūsum Regem. Has (Rex) ad ipsum delatas aperuit et legit. Sequentia in his scripta erant: »ne putes, dicta »eorum vera esse. Si enim vis, nos tibi indicabimus, quomodo expugnare possis regio- »nem; sed propterea quod (nostrum consilium) te in his bellis superiorem reddet, nos a »morte serva. Si ergo vis expugnare hanc regionem, Rīham (Hiërichuntem) et Loddam »mitte (exercitum), et diligenter custodi introitum speluncarum, ne quis quidquam ad has »adducat, et cave, ne solus ad eas accedas; praeterea tene Bait-lahmum (Beth-lehemum), p. 50.
»et perde alimentum, quod inde ad illos (Hiërosolymitanos) tranferre conentur, oleum »(nempe), aquam, sesamum et mel" (*n*).

Fecit Rex, ut ipsi dixerant, et misit etiam (nuncium, haec dicentem): »adduc Samari- »tanos Afrīmum et Manaššīam." Hi deinde ipsi aderant in urbis Baito'l-Moqaddis obsidione (*o*), quae incolas ita in angustias redegit, ut mulieres filias suas, et viri filios comederent. (Mox Rex) de improviso impetum fecit, quum (Judaei Legis) Instituta observabant. Cives igitur, omnibus subsidiis se destitutos esse videntes, (vitae) petebant salutem. Urbe expugnatâ, Adrīnūs mandatum edidit, ne Templum, ante quam ipse intrasset, subverterent. Postquam ipse hoc intraverat, hujus Aedis Sacerdotem prehendit, eique dixit: »cu-

»jus nomine hoc Aedificium conditum est?" Dixit ipsi Sacerdos: »conditum est no»mine Ejus, qui res creatas creavit." Quum autem ipsum locum intraverat, vidit figuras pictas, et a latere earum Idolum. Quibus conspectis, dixit Sacerdoti: »positumne est »hocce (Idolum) nomine Ejus, qui res creatas creavit? Ipsumne hîc (Ejus auctoritate) »factum est? (His dictis), Sacerdotem corripuit, (ut) supplicio (eum traderet). Tum vero ille ei narravit, hunc esse dolum, quem operati erant Judaei idololatrae, sed praecepisse Hārūn*um*, Eum, qui res creatas creaverat, colendum esse (*p*).

Rex iste improbus Afrīm*um* et Manašši*am* a caede liberavit. Posuit etiam Adrīnūs in urbe Statuam in columnâ, suadentibus Afrīmo et Manaššia, quâ (Rex) suam (urbis incolis) dignitatem manifestam redderet. Et haec ibi superest ad hunc usque diem. Praeterea duas (alias) Statuas posuit, et vocavit alteram nomine Afrīmī, alteram vero nomine Manaššiae, ac praecepit iis, quos Judaeis praefecit, ut curarent, ne quis ipsos transiret, nisi a tergo illarum, ad quod faciendum ad hunc usque diem obligati sunt (*q*).

Inde Adrīnūs abiit ad urbem Al-Arba:, quae est Ḥabrūn (Hebron), ibique egit, ut egerat in urbe Baïto'l-Moqaddis (*r*).

Dixit (aliquando) Manaššia Adrīnūso: »jube, ut construant meo nomine tintinnabu»lum, quod pulsetur nomine meo." Hoc ille fecit (*s*).

Hinc convertit se Nābolos*um*, quam destruere volebat. Interea vero dum (versabatur) in Campo Al-Bahā*ï*, et exsultabat, quod per *eum* transibat, (Regis Socii) dicebant: »si »hoc (consilium) perficitur, (Gens samaritana) certo seditionem movebit. Quicunque istud »(in urbe) Nābolos*ï* videat, strenuus reddetur, et summo fervore inflammabitur, in modum »heroum (*t*)." Itaque uno ore (Regi) dicebant: »quantum possis, (delicta urbi) condona." Tum Deus animum ejus ad misericordiam pronum reddidit. Nam veniam urbi concessit, tum iis etiam, qui turmas, Nabolos*ï* (collectas), duxerant; sed aedificavit in Monte Çarīzīm*ï* urbem, (quam nuncupavit) nomine Patris sui, *Sacaros* (sive *Caesaris*) (*u*). Et januas, quae appensae fuerant (Templo) in urbe Baïto'l-Moqaddis, aeneas, flavas, laminis argenteis obductas, auroque variëgatas, quae Solaimān*is* jussu elaboratae erant, et quibus simile quidquam nullus artifex, vel firmissimâ manu instructus, (umquam) fabricatus erat, — has (januas) transtulit, easque apposuit portae Templi, quod exstruxit in limine Montis, prope Nābolos*um* (*v*).

Deinde Adrīnūs Romam abiit. Quo facto collegerunt se Samaritani, et lustrarunt loca, quae Adrīnūs adierat. Tum Judaei, maligna consilia mente volventes, ad Regem se converterunt, eique dixerunt. »vide, quam tibi prosit auxilium, quod Samaritanis praesti-
p. 51. »tisti: hi enim tuam perniciem palam volunt! Et vide quomodo in quoque loco, quem »adiisti, ignem accenderint!" Adrīnūs, hoc sermone audito, »interficiemus, inquit, »quemque circumcisum." Hos igitur interfici jussit ubique, tum rure, tum in urbibus. Etiam proscripsit Baptismum (Proselytorum) et Sabbatum et Festa (*x*).

Volebat (praeterea) diruere Nābolos*um*, eamque devastare, et in campum desolatum

convertere (*y*). Quâ ingente (et jam brevi imminente) calamitate cognitâ, Samaritani fugerunt, metu perterriti: nam ab antiquis inde temporibus gravem hanc iram (divinam), sibi metuentes, praeviderant. Non amplius ergo intrarunt domus, nec degebant sub tectis, neque aliae ipsis supererant mansiones, nisi deserta, sylvae et speluncae.

Venit mox (ipse) Ādrīnūs, et domus incendio delevit. Eruditos cruci affixit, et Gentis Judices interfecit, (dum alii) carceribus inclusi, fame (deinde) moriebantur. Corpora ipsorum mortua projiciebantur, nec sepeliebantur. Jura infringebantur, tum vivorum, tum etiam mortuorum, (aliique) suppliciis afficiebantur in locis munitis, et in viâ (*z*). Quum autem accesserat, ut dirueret Nābolos*um*, initium fecerat a portâ urbis occidentali, donec pervenerat ad quatuor columnas, quae sunt super descensu, qui est inter utrumque Montis pedem (*α*). Ibi prehenderunt Virum quemdam, caedem effugientem. Hic vero ad Ādrīnūs*um* confugit, eumque ad jusjurandum adegit, dicens: »rogo te per Numen tuum, »Rex hujus temporis! ut audias, quae dicenda habeo, ac deinde iis utere, prouti velis." Rex, postquam ipsi juraverat, captivum (sequentia) dicentem audivit: »mitte et in»quire in Samaritanorum agendi rationem. Ili enim ignem accendere solent in omni »loco, ubi peregrinus fuerit. Hanc ob causam, (loca) lustrant, non vero hoc nunc fe»cimus ad te laedendum. Nulla hostilitas (nos eo adduxit). Ac Judaei id tibi tantum »dixerunt, ut dolum (nobis struerent), propterea quod nos tibi auxiliati sumus, ad eos in »angustias redigendos, et quia nos confestim victum tibi praebuimus" (*β*). Dixit (Rex) »nemo postea interficietur." Mox gratiam urbi concessit, et hanc non evertit, sed tres Statuas super aquaductu posuit (*γ*). Deinde mortuus est Ādrīnūs, cujus Deus non misereatur (*δ*). Mortuus est gravi morbo, omnisque generis doloribus affectus, et regnavit per 21 annos. Ossa ejus Deus in pulverem redigat. Erat autem temporis spatium ab Ādamo ad mortem ejus 4513 annorum et 7 mensium (*ε*).

Iis diebus ablatus est Liber vitae futurae, quem manu tenuerant inde a tempore (divini) Favoris (*ζ*). Item ablatae sunt Preces, quas recitabant in oblationibus cujusque Sacrificii pro ipsius ratione, et Hymni, quos cantabant diebus (divini) Favoris. Quae omnia, scripto consignata, servata erant religiose per varias generationes tempore Prophetarum ad eum usque diem manu Pontificum summorum. Praeterea ablatus est Liber Pontificum, quem (Samaritani) habebant, in quo eorum successio ad Fīnaḥas*um* deducebatur. Etiam auferebantur Annales, quibus natalitia et anni vitae ipsorum continebantur. Ex his nimirum nullus Liber antiquus (post illam calamitatem) repertus est, neque Tabula Chronologica, praeter Legem, et Librum, quo comprehenduntur Vitae (Sacerdotum) ipsorum (*η*). Annos autem Vitae Pontificis summi et successionem conscripsimus ab Āqbūno inde, summo Pontifice. Haec jam sequuntur (*ϑ*).

p. 52.

CAPUT XLVIII.

Historia Àqbūni, Pontificis summi.

Quum huic dicebatur: »Frater Regis! omnia, quae sunt in aedibus tuis, sunt Regis;" »omnia," Àqbūnus ait, »sunt Dei, ac me ipse Deo tradidi, nec novum Dominum agno-»sco (*a*)" Postquam illi ab eo abierant, prehenderunt duos Sacerdotum Filios, iisque dixerunt: »si ad Deos nostros confugitis, salvi domum abire poteritis." Quod quum negassent, dicentes: »nolumus" eos supplicio traditos interfecerunt, et corpora ipsorum mortua ex muro, qui murus est Sebastiae, foras projecerunt (*b*). Et ex Sapientibus Israëlitarum sex et triginta crucibus affixi sunt ad portam Nābolosi. Hoc die amovebantur Israëlitae frumenti instar, nec Sacerdos iis erat, nec sapientiâ, nec Legis institutio. Ac nemo diebus horum Regum (id est Imperatorum Romanorum) Legem discere poterat, ne unus quidem inter mille ac duos [(sive) inter decem millia] (*c*). Israëlitae istas calamitates pati non prius desierunt, quam surrexit Babā-Rabba. (*d*).

Àqbūno eo tempore cum Uxore congrediente, haec concepit et peperit Filium, quem nuncupavit Naťanālem (*e*), Patrem Babā rabbae, qui frangi jussit avem aeneam, quam (Romani) posuerant in Monte (sacro), ut Samaritanos prohiberent, quominus in eum adscenderent. Idque fecerant Romani et (ipsorum) Praestigiatores (*f*). Postea mortuus est Àqbūnus, Pontifex summus; qui, morti proximus, dixit Naťanāli, Filio suo: »mi »Fili! ne sollicitudine te afficiant haec tempora aut hae calamitates, hostiumve occursus. »Scias, has calamitates brevi transituras esse, et tentationem eas esse, nobis a Deo immissam, »ut palam fiat, nos (Deo) fidos servasse nosmetipsos, nec deseruisse Cultum Dei, Dei nostri. »Mi Fili! hae calamitates et angustiae transibunt, et Deus supremus et potentissimus »eas a nobis tollet." Tum Sacerdos Àqbūnus, propheticâ oratione utens, Filio suo (futura) revelare coepit, eique bene precatus est, et dixit (*g*): »mi Fili! cave ne alium, praeter »Deum, colas, etiam si lapidibus obruaris (*h*). Etenim viribus te (Ille) instruct in Cultu »suo tuendo, et ex te aliquem excitabit, qui Genti isti improbae, et (omnes) opprimenti, »praevalebit." Ac principi Viro Àqbūno eo tempore omnia concessa sunt, quae apprecatus erat Filio suo. Nam natus est ex Filio ejus Babā-Rabba, et hic auctor erat eorum, quae Romanis evenerunt. Confestim deinde mortuus est Àqbūnus, Pontifex, et translatus est ad Gentem suam. Prosit nobis Deus benedictionibus suis! Eum mortuum omnes Israëlitae lugebant, et fletum de eo instituebant 30 dierum.

CAPUT XLIX.

Narrantur quae Nat̄anāli post Patris mortem a Romanis acciderunt.

Postquam mortuus erat Aqbūnus, Vir princeps, et ad Gentem suam translatus erat, Nat̄anāl loco Patris Munus Pontificis capessivit. Congressus est (*a*) cum Uxore, quae concepit et peperit. Tres Filios ex eâ accepit. Primogenitus ejus fuit Babā-Rabba, secundus Aqbū- p. 53.
nus, et tertius post ambos illos, Fīnaḥas. Pontifex Nat̄anāl primogenitum nactus, diu incertus haerebat, quomodo eum circumcideret. Romani enim eo tempore Samaritanis circumcisionem interdixerant, et Custodes iis praefecerant, ne Filios circumciderent. Ad portam autem Pontificis Nat̄anālis Praefectus erat Regis, cujus nomen erat Garman Ar-rūmī. Vir ergo princeps Filium, quem nactus erat, sumsit die circumcisionis (*b*), eumque, lanâ ei impositâ et subjectâ, in cophino deposuit. Porro dicebat Famulae, quam habebat: »sume hunc Infantem, et nos praeverte in campum apertum ad speluncam. Nos »vero te statim sequemur, ut eum circumcidamus. Sed nemo agnoscat, quid geras. »Eum ergo tu sume, et exi ex portâ domûs; nos vero exibimus a parte domûs posteriore." Tum sumsit Puella Infantem, et exiit. Verum quum egressa erat ex portâ domûs, ipsi dicebat Garman Praefectus: »perfice Filia, quae tibi proposuisti (*c*), nec metuas." Puella ergo abduxit Infantem ad speluncam, et dicta Garmanis Viro principi Nat̄anāli reddidit; qui metu correptus, dicebat: »rem Deo committamus." Parvulum deinde circumciderunt; quod simulatque peractum erat, Famula ipsum reduxit. Postquam autem venerat ad januam, ipsi dicebat Garman: »eum in pace educa, mi Filia." Abiens igitur verba Garmanis Viro principi retulit. Hic gravi metu affectus: »quis, inquit, Garmanem rei nostrae »certiorem reddidit? Iram ejus non placare potero, nisi opibus magnis." Timore ergo perculsus, ad Garmanem Praefectum exiit, ad domum ejus (se convertens), utroque pugno auro impleto. Garman vero principi Viro dixit: »quid faciam de eo? Tres inde denarios tantum su- »mam, ne dicas, me tibi dolum struxisse (*d*). Nihil enim equidem de iis cum Rege »communicabo." Quod postquam Garman Viro principi, addito jurejurando, promiserat, animus ipsius gaudio suffusus est, ideoque rem (universam) Garmani narravit. Hanc ergo ob causam Samaritani, quoties Infantem in speluncâ circumcidant, Garmani beneprecare coeperunt, dicentes Linguâ Romanorum: *Misereatur Deus Garmanis, Ar-rūmī, Episcopi!* Ad hunc nostrum usque diem hoc ipsi apprecantur, circumcisione ad finem perductâ.

Romani autem (eo tempore) adipem etiam porcorum immiscere coeperunt omnibus, quae edebantur et bibebantur, ut (Samaritani) corporis noxâ inde afficerentur. Claudebantur insuper Synagogae nostrae, ac nos illi prohibebant, quominus in Montem adscenderemus, Telemate ei imponendo. In his angustiis gravibusque afflictionibus perpetuo versati sumus

per spatium 20 annorum, quum Deus nos consolatus est, et nos eripuit ex Improbi potestate per Baba-Rabbam (e).

CAPUT L.

Narrantur quae Babā-rabbae et Romanis evenerunt.

Regno ab Israëlitis sublato, et Romanis Imperium tenentibus, multi Samaritani in judicium vocati et contriti sunt sub lapidibus, iterato ictu in ipsos immissis (a), quare (haud pauci) fidem abnegabant, et Idola adorabant. Ac multi ex Samaritanis eam ob causam
p. 54. perditi sunt. Nec (Romani) etiam Samaritanorum cuidam permiserunt, ut Filium circumciderent, sed fidum Virum romanum, qui prohiberet, quominus circumcisio institueretur, aedibus Samaritanorum apposuerunt. Samaritani igitur eo tempore, quum Filius nasceretur, eum in cophino deponebant, et lanâ tegebant, ac festinanter in speluncam abducebant, ut eum sub terrâ ad cereï splendorem circumciderent.

Romani praeterea Samaritanos abarcebant ab adscensu Montis (sacri). Dicebant enim: » quisquis adscendat in hunc Montem, occidetur." Posuerant etiam in vertice Montis Telesma, Avem nimirum aeneam, quae vertebatur una cum sole, quocunque modo hic se verteret. Si quis autem Samaritanus adscenderet, clamabat Avis: (*adest*) *Hebraeus!* ut cognoscerent, Samaritanum ad Montem (venisse); ac tum (Romani) ad eum exibant; ipsumque interficiebant. His calamitatibus Israëlitae pressi sunt, donec surgebat Babā-Rabba. Ipsi enim genius erat intelligentiae et ardor vehemens (ad Religionem vindicandam).

Babā-Rabba nempe, Gentem universam israëliticam collegit, eique dixit (b): » Quousque » tandem Gens ista immunda de te praevalere perget! Surgite, et Israëlitas ex hac afflictione » eripiamus, et eodem (omnes) feramur ardore ad Dei supremi causam agendam, quo flagravit Pater noster Fīnahas, et cui ad finem usque seculorum memoria intaminata » supersit. Jam vero cognoscite, consilium me agitare Romanos perdendi, Montemque » Ğarīzīmi ab iis mundum reddendi; quod tamen a nobis peragi nequit, si ista Avis, Templo » imposita, non perditur. Hoc vero per dolum tantummodo aggredi possumus, ipsumque » Deus mihi revelavit. Novistis nimirum hoc tempus improbitate esse notatum, et » Romanos multos habere Reges (c). Consilium ergo inii, Lawīum, Filium Fratris » mei, Qostūnīam (Constantinopolin), in Romanorum (urbem), mittendi, ut sermonem eo- » rum addiscat, et omnia, quibus potentiam sibi pararunt, cognoscat, et in Sectas inqui- » rat. Eo autem abeat, vestitu assumto Monachi, (sive) Episcopi, (aut Sacerdotis) christiani, » quem nemo cognoscat; nec eum agnoscant Romani, quis sit (d). In Montem vero Ğarī- » zīmi deinde redeat, et adscendat in Templum, et convertat se ad frangendam Avem. Quam » quum (Samaritani) dejecerint, conferat se, et adscensum ad Montem occupet, et sup-

» plex Deum precetur, ut ad Gentem se convertat, et auxilium nobis praestet in hostibus » nostris debellandis (*e*)."

Populus universus, (his auditis), dicebat: » fac, Domine noster, quae tibi placeant!" Quibus ille: » date, inquit, mihi documentum manu vestrâ munitum (*f*), (quo declara- » tis), vos post reditum ejus ab ejus parte staturos esse." Quod quum fecerant, Babā-Rabba Filium Fratris sui procedere fecit ad locum, dictum *Bait-īl* (*Beth-el*) (*g*), eique coram Populo (ibi) dixit: » bene attende, quomodo te geras, atque omnem curam impende omni- » bus rebus addiscendis; sed cave, ne intermittas lectionem Legis noctes atque dies. Ac » juvet te Deus in omnibus, quae facias." Tum misit Lawī*um*, Filium Fratris sui, qui (mox) profectus est, Qostūnīa*m* petens. Vir erat Lawī*us* mentis acutae, magnae intelligentiae, memoriae tenacis, ab omnibus illicitis et indecoris se abstinens, et quibusvis virtutibus insignis (*h*). Is igitur quum Qostūnīa*m* pervenerat, eruditionem (sibi comparare) quaesivit, et omnem ei operam dedit; ac (revera) assecutus est id, quod quaerebat. Discere autem continuavit cum eo, (quo excellebat), mentis acumine, per duos annos. Ac (brevi) nemo inter omnes Romanos eo doctior erat. Tantos enim in Scientiis progressus fecit, ut Romani ad ipsum saepius accederent ad eum venerandum (*i*). Ac propter summam, quam in Disciplinis nactus erat, perfectionem, eum crearunt Archiëpiscopum. Porro ad summam dignitatem evectus est, ita ut Reges ad aedes ejus se conferrent, nec Rex Regnum sibi comparare posset, nisi ipsius jussu, et coronâ indui, si ipse non annuisset. p. 55. Sub finem autem 13 annorum dixit Regibus: » Templum (sive Ecclesiam) in Monte » Nābolos*i* adire cupio (*k*)." Omnes ergo exercitus accelerarunt, et Rex ipse cum copiis profectus est, ut ipsi essent obsequio. Quia autem omnes incolae Nābolos*um* reliquerant, misit Rex, ut exirent obviam Archiëpiscopo. Quibus auditis, Samaritani gravi metu correpti, omnes collecti sunt, dicentes: » desperamus de (felici eventu) consilii » (nostri), quod Lawī*um* mittendo (nobis proposuimus), cui auctores fuimus, ut iter susciperet. » Nam nullus de eo nuncius (ad nos) perlatus est, ita ut nullum sit dubium, quin perierit. » Et hunc Episcopum, qui jam ad nos pervenit, audivimus esse Principem Gentis Roma- » norum, et hos eum creasse, quia summam in Religione impiâ (pervestigandâ), diligen- » tiam ponebat, ac Romanos eum vocasse........

ANNOTATIO.

CAPUT I.

(*a*) Partim *Librario*, partim Chronici arabici *Scriptori* imputanda est sordida scritio بسم الة رحمن, pro بسم الله الرحمن. *Ille*, الّة pronuncians, alteram *Lām* omisit, ut deinde p. 4 باليل pro بالليل, et p. 238 اليل pro الليل. Vid. ad Cap. XXXIII. n. *b*. Samaritani nimirum Deum etiam vulgo nuncupant الله, non الّة, ut manifestum est, tum ex *Epistolis* (de Sacy, *Not. et Extr.* T. XII, p. 65, 86, 92, 93, 95—97, 117, 198, 203, cet.), tum ex Incriptionibus, Codici Versionis Abū-Saʿīdi leydensi appositis, tum etiam ex usu loquendi, in hoc Chronico passim obvio. *Articulum* in voce رحمن desiderari, *Scriptori* tribuendum est, illum saepe omittens, ubi addendus, et interdum addens, ubi omittendus esset. Vid. Ann. ad Cap. X. Recte quidem nonnumquam ille eum adscripsit, ut in initio v. c. Epistolae, quae Cap. XXIX legitur. *Hic* vero Samaritanorum consuetudinem sequitur, qui, ut Judaei, Adjectivis Dei nominibus appositis Articulum non praefigunt. Judaei v. c. scribunt 2 Reg. XIX. 4 et 16 אלהים חי, Ps. VII. 10 אלהים צדיק, Ps. LVII. 3 et LXXVIII. 56 אלהים אליון, Ps. VII. 18 יהוה אליון, et Gen. XIV. 18, 19 אל אליון. — Patrem Mūsae in Versione ʿAmrānum, non ʿImrānum, (عمران), ut in Qorano dicitur, nuncupavi, quia Samaritani vocali *a* adeo frequenter utuntur (vid. supra *Diss.* p. 29), et in hac voce certo formam *hebraïcam* servarunt. Hujus vocalis in eâ Gente tritissimus usus me etiam movit, ut deinde nomen v. c. كلب *Calab*um pronunciarem. — Pro خلافة 1, 2 legendum esse خلافة, manifestum est ex collatâ Inscriptione Cap. II. Verbis كسرعة ترجمة اللسان, Auctor significasse videtur, Hebraïca se non verbotenus, sed libere in Linguam arabicam convertisse, haud secus atque Interpretes facere solent, qui sermonem vertentes, *sensum* potius, quam *verba* curant. Vocem, quae mox sequitur, خدّاب, reddidi *Orationes*, quia Orationes intelliguntur pas-

sim inscrtae. Quae leguntur p. 1 a verbis وما اظهر usque ad انه سميع مجيب, sub finem hujus Capitis, J. H. Hottingerus jam edidit et vertit latine in Libro, cui titulus est *Smegma Orientale*, Heidelb. 1658. 4°. p. 437—442. Literae ظ vocis اظهر in Codice manus *antiqua*, ut atramenti color ostendit, *superne* adscripsit *lineolam* (∇̄), et sic quoque Literae غ p. 4 in voce وغداهم. Talis vero *lineola* ab eâdem manu *supponitur* h. l. Literae ة in vocibus بة (quae proxime praecedit, et mox sequitur *ante* من النحر); praeterea in ووصفة تعبيئة. Contra *duo puncta*, simili atramento scripta, imponuntur Literae ة, in voce ترجمة, et *lineola* Literae ا priori, in voce والسلطان. Pro عند ما J. J. Scaliger in margine Codicis عن ما sine causâ reponendum esse suasit. Israëlitae enim iis rebus *testes adfuisse*, non vero ab iis *remoti esse*, dicuntur. Auctor denique de *Gigantibus* in hoc Libro loquens, *incolas* intelligit, *ante Israëlitarum adventum Palaestinam incolentes*.

(*b*) Intelligitur Rivus *Arnon* (ארנון), cujus etiam infra, (in Codice p. 94 et 206) fit mentio. De eo conf. Gesen. ad Jes. XVI, 2, et Burckhardt, *Reisen in Syrie*, II. p. 633. Eodem nomine arabico utitur Abū-Sa'īdus. — Verba موجبات هذه النوبة Hotting. reddit *praeclara Politiae s. Administrationis illius opera*, cogitans, ut ex p. 443 liquet, *periodum Mosaïcam*. Verum hae notiones voci النوبة obtrudi nequeunt. Universe haec adhibetur de *ipsâ* rerum, quae per *vices* transeunt, *successione*. H. l. *grave* significat *temporis momentum*. Quae *facta praeclara* h. l. intelligantur, conjici potest ex Arabum de Mūsa, cum Deo et Gabriële colloquente, traditionibus, ex quibus nonnulla Hotting. tradidit in *Hist. Orient.*, Tig. 1660. 4°, p. 82 seqq.

(*c*) In Adjectivo لهوتي h. l., ut p. 23 in Substantivo لهوت, *Elif* post *Lām* omittitur, sed plene scribitur p. 38, 148, 160, 200. Pro his Vocabulis, usurpatis maxime in Scriptis arabicis theologicis, et praesertim in Libris, quos Arabes christiani scripserunt (vid. Ewald. *Gramm. arab.* I. p. 155, et infra n. *m*), ceteroquin usitantur potius الالوهة, الالوهية, et الوهة, et Adjectivum الالهي. Alia ejus generis Vocabula sunt جبروت et ملكوت p. 36 et 135, ناسوت et ناسوتي (p. 42, in Ann. ad Cap. VII, n. *b*). Male Hottingerus verba reddit: المشاهد منه اقتداح نور يحكي شكل كاتبه الفاطر, (*voce*) *clare pronunciante: Inde accensio lucis, quae revelat simulitudinem ejus, qui* (Legem) *servandam praescripsit, Creatoris nempe.* Quibus addit: possunt haec verba ita etiam reddi: *accensio luminis, quod ostendebat rationem, quomodo se gerere deberent, praescriptam ab ipso Creatore*, Exod. 19: 20, 21." Primum pro يحكي perperam legit يجلي, deinde sententiam male divisit, nec vim verbi قدح in VIII formâ animadvertit. Hac formâ ni-

mirum significat *ignem ex igniario*, *aliâve re ignem emittente*, *sibi elicuit*, sive *excussit.* Os igitur divinum cum ejusmodi re comparatur, et vox loquens radios igneos ex illo ejicere dicitur.

(*d*) *Mare rubrum*, quod Arabes nuncupant بحر القلزم (quod nomen infra etiam occurrit p. 78), interdum, ut *Mare mediterraneum* et *Oceanus*, vocatur البحر الملح (*Mare salsum*), et aliis etiam nominibus insignitur. Dicitur enim item البحر الاعظم *Mare magnum*, ne cum majoribus Fluminibus, v. c. cum *Indo*, *Gange*, *Euphrate*, et h. l. ne cum *Nilo* confundatur. Ceterum observentur varia *Marium Epitheta*; v. c. *Maris atlantici*, بحر الظلمات *Mare tenebrosum*, sive ut Cap. XXXI: p. 155 بحر الظّلام, quae forma in Lexicis non occurrit; *Maris mediterranei*, البحر المحيط *Mare* (terras) *circumdans*, vel, ut infra C. XX, p. 98, البحر الكبير. Vid. DE SACY, *Chrest. arab.* II, p. 13, 14, et H. A. HAMAKER, *Aanmerkingen over de Samaritanen en hunne briefwisseling*, p. 40 et 41, in *Archief voor Kerk. Geschied.* Tom. V.

(*e*) Pro *Aegypto* h. l. et in C. XXIX, p. 140 utitur Auctor verbis مصر الكُبْرى; quod sane observatu est dignissimum. Hoc nomine enim intelligitur urbs مصر sive القاهرة, non vero *Fostāt* (الفسطاط), quae *olim* dici *tantum* solebat مصر, et deinde مصر العتيق, ne cum alterâ urbe مصر, sive القاهرة confunderetur, quam urbem condidit Ǵauhar, Almo:azzī Fatimidarum primi Kalifae praefectus, anno Higrae 358, id est post Chr. 968 (cf. DE SACY *Chrest. arab.* I. p. 127). Qāhira tamen per longum tempus *suburbium* habebatur *Fostāt*ae, quae causa sit, quare 'IDRISĪ, scribens anno 548, sive p. C. 1153, in descriptione urbis *Fostāt*ae, Qāhirae ne mentionem quidem faciat (cf. *Géographie d'Edrisi* par P. AMÉDÉE JAUBERT, Paris 1836. 4°, I. p. 301 seqq.). Deinde BINJAMIN TUDELENSIS, qui anno 1171 Aegyptum adiit, tempore nimirum, quum *Fatimidarum* Dynastia, quam (p. 115 ed. L'EMPER.) memorat, regno suo nondum motus erat — mentionem quidem facit τῶν מצרים החדשה והקדומה, id est مصر *novae* et *veteris*, sed *hanc* nuncupans, intelligit *Memphidem* antiquam, ubi, ut ait, Josephus olim habitabat, urbem *duabus parasangis* ab *illâ* distantem, et *devastatam* (ed. laud. p. 119). Brevi post, anno nempe Higrae 572 (1176), Fatimidis devictis, Qāhira a Salahod-dino exornata et moenibus instructa est. (C. NIEBUHR, *Reizen naar Arabië*, I. p. 104). Post hoc tempus Fostātae splendor ita obscurari coeptus est, ut anno 598 (1201) teste 'ABDO'L-LATĪFO incolarum numerus ibi minor esset, quam Qāhirae (DE SACY, *Relation de l'Egypte*, p. 411). Aetate vero AL-MAQRĪZĪI (viventis ab a. 769—845, sive p. C. 1367—1441), *Campum* illa referebat *latum*, *et arva frugibus consita*, *sine ullo*, quod amplius superesset, *aedificio praeter arcem Aš-šam'ae* (الشمع). Vid. locus in notis HAMAKERI ad

Librum de *Expugn. Memph. et Alexandriae*, p. 90. — Hicce ergo nostri Chronici locus gravissimus est ad aetatem Auctoris quodammodo definiendam. Vixit enim sine dubio *post conditam Qāhiram*, sive post annum Aerae nostrae 968 (a quo tempore demum usitari potuit nomen مصر الكبرى, quod nempe مصر الصغرى supponit), et *ante interitum Fostāt*ae, (sive *ante* Al-Maqrīzī*um*), quia haec distinctio postea supervacanea fuisset. Haec autem Qāhir*ae* et Fostāt*ae* cognomina alibi non inveni.

(*f*) De hoc Rege, hebraïce עוֹג dicto, et minus bene interdum أوج pronunciato, multae in Oriente feruntur Fabulae, de quibus vid. J. D. Michaëlis ad Deut. III: 13, *Journ. Asiat. 3e Série*, Tom. V. p. 504 seq., et Ewald. *Gesch. des volkes Israël*, I. p. 275 seq. Ab Hebraeis vocabatur *postremus Rephaïtarum*, ejusque terra *Rephaïtarum regio*, et *cubile* ejus *ingens* fuisse dicitur (Deut. III: 11, 13). Porro iidem tradunt, *Enaqitas* in terris, a Tribu Judae occupatis, olim habitasse, et deinde ipsorum reliquias inter Philistaeos superfuisse (Jos. XI: 21 seq.). Ab his ergo traditionibus Noster, Moslimos potius sequens, quodammodo differt.

(*g*) In Codice legitur ماروں, ad quam lectionem Scaliger in margine adscripsit مرْوانه, sed recte jam vidit Hottinger*us*, legendum esse قارون. Vitii origo ex Literarum ࠌ et ࠒ similitudine derivetur, unde simul apparet, Codicem nostrum ex Codice Literis *samaritanis* exarato, descriptum esse. Idem hic intelligitur, qui ab Hebraeis (Num. XVI: 1, coll. Exod. VI: 18, 21) vocatur קֹרַח בֶּן־יִצְהָר. Jitshar autem, quia etiam nuncupatur *frater Amran*is, Qārūn*us* similiter *filius patrui*, tum *Mūsae*, tum *Aharūn*i, dici potest, eoque sensu vocatur ابن عم, quod saepe tamen *latiore* sensu de *cognatis* et *necessariis* usurpatur. Vid. Hamak. in Notis ad Libr. laud. فتوح مصر p. 14. Sic etiam infra C. XXXV et seq., ubi (p. 167 bis et 168) Jūša'a Nabīh*um* appellat ابن عمه; Cap. XXXVII, p 171, ubi Nabīh*us* socios, qui ipsi, judicia agenti, erant adjuncti (vid. Cap. XXIII), Seniores ergo, sive Principes Tribuum, Viros eruditos, et Levitas, uno tenore alloquitur vocibus بنو عمي وجماعتي (*cognati mei et socii*). De usu dictionis ابن عم conf. deinde Cap. XXXIII (p. 163), ubi Nomen proprium excidit, et Cap. XLIII, ubi de Ilīo usitatur, et Abū'l-Fat*h*us (*Neues Repert.* I, p. 120, et 150). Qārūn*us* autem, qui Filius Patrui Mūsae dici potuisset, et sic etiam dicitur apud Abū'l-Fada*m* *Hist. anteislam.* p. 32. l. 6), hic vocatur ابن عم هرون; nec sine causâ. Mūsa*m* nempe Samaritani diligentius colebant, (quâ de re in primis cff. dicta ad Cap. VII), quam ut eum hic memorarent De Qarūno enim permulta Judaei et Moslimi fabulantur, nec modo de ejus *cum sociis interitu*, sed etiam de *thesauris* ac *palatio magnifico*. Immensas divitias sibi parasse fertur *scientiâ suâ* (Qor. XXVIII: 76—81, et Abū'l-Fada, *Hist. anteislam.* p. 32). *Chy-*

miae nempe ope, Judaei tradunt, *Josephi thesauros eum in Aegypto reperisse* (Hotting. *Smegma Or.* p. 441). Primus deinde dicitur fuisse, qui artem exercuit *auri parandi:* quâ de re As-sojūtīus in كتاب الاوائل, sub finem Capitis باب البيع (Cod. leyd. N. 474 et 840) refert: أول من اتخذ الكيميا قارون ذكره الثعالبى. Hinc Proverbium, de hominibus ditissimis usitatum, فاق قارون, *superavit Qārūn*um. De eo vidd. porro Reland. *Dissert. Miscell.*, T. II, p. 69, 70; Rosenmüller, *Handb. der Bibl. Alterth.-kunde*, T. IV, p. 58. In primis G. Weil. *Bibl. Legenden der Muselmänner*, p. 181. Ceterum nomen قرون in Chronico scribitur *sine Elif post* ر, quam Literam Arabes addere solent.

(*h*) Haec Gehennae divisio, ut jam monuit Reland., l. l. p. 68—70, a Moslim*is*, qui eamdem, a Judaeis primitus receptam, Islām*ismo* accommodaverant, desumta est. Nimirum, ut docet Abū'l-ḥasan Ālī Al-kesāī (celeberrimus Grammaticus, mortuus anno H. 182, 183 vel 189; vid. Herbelot in voce *Kessaï*, et de Sacy, *Anthol. arab.* p. 136), in *Historiâ Patriarcharum et Prophetarum* (ex quâ J. H. Hottinger*us* in Operibus suis, ac Reland*us* in *Dissert.* laud., locos passim descripserunt), — Gehennam (in Chronico C. XXVII, p. 129. dictam النار العظيمة, et C. XXX, p. 151. احراق النار) Moslimi diviserunt in 7 Regiones, quarum prima (الجهنة) Moslim*is*, qui graviter peccant; secunda (لَظَى) Idolorum Cultoribus; tertia (الحُطَمَة), Gogo, Magogo, iisque similibus; quarta (السَّعير) Satanis; quinta (السَّقَر) iis, qui preces et eleëmosynas negligunt; sexta (الجَحيم) Judaeis, Christianis et Magis; septima (الهاوِيَة) Hypocritis, omni Religione destitutis, assignatur. *Septima* Regio h. l. dicitur القَرار السُّفْلى, *Regio infima*, in Cap. XXVII, p. 127. قرار الاسفل, et in Qor. IV: 144, اَلدَّرْك الأَسْفَل من النار, *locus ignis inferni infimi*; a Judaeis ארץ תחתית. De *combustione* nonnullorum Qārūni Sociorum, cujus h. l. mentio fit, Qor'ani l. l. et Abū'l-fadā l. l. non loquuntur, sed Num. XVI: 32—35 cum *terrâ apertâ ignis consumens* jungitur. *Gehennae* descriptio, ubi tamen nonnulla aliâ ratione exponuntur, exhibetur etiam in G. Weil, *Bibl. Legenden*, p. 289 seq.

(*i*) Vox أَنْفُس, Collectivum vocis نَفْس, Cap. III, p. 12 de *hominibus universis* usitatum, h. l. ut Hebr. נֶפֶשׁ (Gen. XII: 5, Ezech. XXVII: 13, coll. Apoc. XVIII: 13) *servos* significat. De ipsis enim Israëlitis jam mentio facta est, quibus commemoratis, *servi* et *jumenta* uno tenore, Orientalium more, enumerantur. Haec autem notio, Judaeis et Samaritanis, quin *Arabibus* etiam (v. c. in Qor. III. 54) usitata, in Lexicis vulgo tamen omittitur. In arabicâ Pentateuchi samaritani Versione, Gen. XII: 5 v. c., idem

vocabulum illi voci hebraicae etiam respondet. Columna ignea hîc non modo *collustrandi* causâ, ut vulgo, sed *ad frigus abarcendum* data esse dicitur.

(*k*) *Cordatiores inter Gentes* HOTTINGER*US* vertit, sed videtur Noster *homines certos quosdam*, ex Historiâ notos, intellexisse, *Raḥab*am puto et *Gibʿon*itas, qui, quia, licet non Israëlitae (ذو الكفر), ad Cultum tamen ipsorum profitendum parati erant, ceteris Canaʿān*itis* sapientiores, sive ذو الألباب, id est: *intelligentiâ conspicui* dicuntur. In seqq. pro البدعات scripsi البدعة, quae vox *novam* designat *Doctrinam*, quo nomine ab Idolorum Cultoribus, de quibus hîc sermo fit, *Religio mosaïca* nuncupabatur. In *singulari* numero vox legatur, quia in *plurali* potius Collectivum البدع usitatur; et quisque novit, quam facile ex similibus Literis ﺔ et ﺔ *repetitis* et *confusis* lectio Codicis existere potuerit.

(*l*) Ut hîc rursus conspicua est dictionis *qor'an*icae imitatio, ita sequentia (ut in praecedentibus البدعة) ex Moslim*orum* loquendi usu illustrantur. Ab his enim distinguuntur الدين et المذهب. *Illud* Moslim*is* est *Religio* ipsorum *universa*, quam hi omnes profitentur; *hoc* vero *certa quaedam Secta*, sive *Doctrina*, quam nonnulli sequuntur. Sic Noster *suam Sectam*, ejusdemque *Doctrinam*, Christianorum, Judaeorum et Moslim*orum* ratione habitâ, solam veram esse tacite jactans, de priscis Israëlitis, quos se referre Samaritani gloriantur, dixit ولا مذهب صحيح غير مذهبهم. Illis autem omnibus, quamvis الدين non abjudicet, *Israëlitarum* tamen *veterum*, ac *suam Religionem* nuncupat دين الكامل الخ, *Religionem perfectam*, *consummatam*. Librarius quidam orientalis, ut videtur, puncta interdum Literis nonnullis hujus pericopes inscripsit. Adscribuntur enim literae غ in voce غير ante كتابهم, Literae ث in voce واكثر et ter Literae ت in voce والاتشتات.

(*m*) De hac constructione cf. EWALD. *Gr. Ling. arab.*, II. p. 151 seq. Pro والجلوت (Hebr. גָּלוּת) scribendum fuisset والجالوات, [plur. a sing. جالوت (vid. n. *c*), iterum recurrens in C. XLV, p. 226 et 227. Rarior forma Speciei V verbi شت, التشتات, in Lexicis non notatur De eâ formâ vid. DE SACY, *Gr. ar.* ed. 2ae, I. p. 290. *Exsilia* commemorans, Auctor cogitavit *Assyriacum* et *Babylonicum* non modo, sed etiam *Samaritanos per varias Orientis et Occidentis urbes recentiore aetate dispersos.*

CAPUT II.

(*a*) De iis, quae h. l. traduntur, conf. Num. XXVII, 12—23, Deut. III, 28, et XXXI, 1—3, 7, 14. *Mensis* et *dies*, in Chronico samaritano commemoratus, convenit cum Deut. I, 3. *Annus* vero *aetatis* Mūsạe ibi non indicatur. Deut. XXXI, 2 annus *120* legitur. In Textu arabico p. 6 pro خلاخة l. خلافة, et يوشع pro يوسع; deinde p. 7 pro بالنظر l. بالنظر, ثاره pro تاره, et p. 9 الثار نذكر— pro تار—يذكر, et اوجبت pro اوجبت.

(*b*) Epitheton الروحانى, quod h. l. et infra in C. XXIX (p. 136 in Cod.) legitur, desumtum est ex Num. XXVII. 18, ubi Jūšạa dicitur אִישׁ אֲשֶׁר רוּחַ בּוֹ. Variis praeterea titulis, quorum alii occurrunt C. XXIX, l. l. alibique, Jūšạa ornatur in recentiorum Judaeorum et Samaritanorum traditionibus. Ejus *laudes* (v. c. C. XIII, in Cod. p. 64 seq. et C. XLII, p. 207), ac *res gestae* (C. XXI, p. 101 et 102) celebrantur, et *quotidianae* etiam *occupationes* (C. XXIV, p. 120 et 121) deditâ operâ enumerantur. Quia hostibus adeo timendus erat, ab his dicitur الذئب القاتول (C. XXVII, p. 127), sive *lupus percussor*. Multas Judaeorum Arabumque de eo traditiones congessit Hottinger., tum in *Hist. Or.* p. 60 seqq., tum in *Smegmate Or.* p. 468 seqq. Addatur Abū'l-fad. *Hist. anteislam* p. 34, ubi *Genealogia* etiam exstat plenissima. — Etiam attendatur verbum اوحا, quod ubique, ut aliae hujus generis formae, scribitur pro اوحى, quo utens Noster *revelationem* supranaturalem, *Angelorum* interventu aliove modo extraordinario acceptam, intellexit. Conf. v. c. Cap. VIII sub finem, et initium in primis Cap. IX. Construitur hoc saepe cum الى p.; sed C. II p. 5, III p. 10, IX p. 45, XX p. 98 c. ل p. Mandatum, ab *hominibus* traditum, verbo significatur وصّى; v. c. C. X p. 52, et XXIII p. 112, XLVII p. 241 et 242, et in *Enchiridio Studiosi*, p. 10 l. 3, et 11 l. 4, ed. Casp.

(*c*) Verbis يعنى—عدد Scriptor Chronici arabici sensum explicat, qui ipso judice praecedentibus (ex Num. XXVII: 18 desumtis) inesset. Symbolicae *manuum impositarum* actioni vim tribuit *infusionis* supranaturalis, quae Jūšạam iis facultatibus ingeniique dotibus instruxisset, quibus ei opus esset ad Munus rite gerendum. In his autem enumerandis cogitandi rationem aevi sui manifesto declarat. 1) Commemoratur سر الاسرار, id est, *Arcanum abditissimum*, sive Doctrina quaedam arcana de *Deo* ejusque *Naturâ* et *Operibus*, quâ si homines imbuti essent, hi quoque Opera divina sive Miracula patrare posse credebantur. 2) حِلْم id est *scientia* et *prudentia*, quam Mūsạ non modo experientiâ edoctus, sed etiam *ratione extraordinariâ*, *somniis* et *visionibus* sibi paraverat. Pru-

dentiam spectari h. l., *tali* modo acquisitam, nexus docet, ne dicam notionum progressus verbi حلم, quod v. c., ut חלם, notat *somniavit*, sive priscas eâ de re opiniones, 1 Reg. III. 5 seqq., et alibi obvias. 3) علم العلوم *notitia* variarum *Disciplinarum*, ab *hominibus* excultarum, quarum quae classes, et quae genera Moslimi habeant, von Hammer in *Encyclopädische Uebersicht der Wissensch. des Or.* (2 voll. Leipz. 1804. 8°) indicavit. Ex his autem Jûša:ae *pars* tantum impertiebatur, ut non modo efficiendum est ex particulâ من, sed diserte declaratur verbis ما يستطيع حمله. Relandus in Diss. *de Samaritanis* (*Diss. Misc.* II, p. 31), ubi locum ويعرفه — عليها عدده explicuit, etiam de voce الاسم disseruit. Nimirum hac voce Nomen intelligitur יהוה, quod nusquam in hoc Chronico occurrit, ac rarissime a Samaritanis pronunciatur. Ut Judaei saepe, sic illi vulgo huic substituunt השם, ac magicam vim utraque Gens huic Nomini tribuit, quam superstitionem inter Christianos qopticos Huntingtonus (*Epist.* p. 51) etiam observavit. Ut famosus iste David, cognomine אל רואי, item בשם המפורש, id est, *Nomine*, *quod Mirabilia efficit* (Binj. Tudel. *Itin.* p. 91 seqq. ed. l'Emp.), ita in hoc Chronico, et Moslim*orum* Fabulis Mûsa Miracula edidisse fertur per baculum, cui Nomen illud inscriptum erat. Hoc Nomine igitur Jûša:a etiam *exercitus* et *Gentem* profligare potuisse dicitur, *majorem*, *quam ut terra contineri*, et *numerosiorem*, *quam ut numerari posset*. Si autem de Mûsa dicitur: *docuit ipsum Nomen*, intelligi videtur *vera* ipsius *pronunciatio*, de quâ olim adeo argutati sunt. Noster porro quantopere dictione hyperbolicâ et rhythmicâ, ac resonanti oratione, delectetur, ex verbis videmus. التى لا يسعها بلد ولا ياتى عليها عدد, et ex eorumdem repetitione C. III, p. 12.

(*d*) Quae Num. XXVII, 19 leguntur, hîc mirifice exornantur. In Textu hebr. memoratur כל־העדה. Hic vero primum recensentur اهل العلم والمعرفة, id est *Viri docti*. Nec subtiliter distinguere nos oportet, sive اهل النباهة والرياسة, *Nobiles et Principes*, quos Hebraei uno nomine זקנים complectuntur, sive العقد et العهد, sive etiam الملك et الحكم, cujusmodi Synonyma Auctor amat. Dictio, *aliquem muneri* cuidam *praeficere*, verbo solenni قلد seq. acc. *pers.* et *muneris* (id est *munere* veluti *torque aliquem induere*) designata, deinde saepe recurrit: v. c. Cap. XLVI, p. 234, et, ubi V^a forma تقلد ملكه, *imperium sibi induere* tamquam *torquem*, sive *regni administrationem in se suscipere* (conf. H. E. Weijersii *Loci* Ibn Khacanis *de* Ibn Zeiduno, p. 160). De *culpâ*, quae alicui imputatur, illud verbum obvium est C. XIII, p. 64, قلده اثما. Ceterum pro تلالعزر, ut in Cod. legitur, restitui لالعزر, quia nomen العزر scribi solet. Facilis tamen est error. Occurrit nempe revera apud alios Auctores (Cf. Hotting.

Smegma, p. 523 seqq.) forma العازر, orta ex corruptâ nominis אֶלְעָזָר pronunciatione, vocali ex ע in ל retractâ, quae forma deinde (cf. exemplum ap. Hott. l. l. p. 471) contracta est in لعازر, ut *Λάζαρος* ex *Ἐλέαζαρος*. — In sequentibus deinde legitur vox الزّهر, quae Infinitivi forma a زَهَرَ *splenduit*, in Lexicis non notatur, et ٱلْكَهَنَة, apud Moslimos *Harioli*, hic vero, ut apud Scriptores christianos et judaeos כוהנים.

(*e*) Recentior manus, fortasse Scaligeri, pro رأى legere suadet فرأى. Sed perperam. Nam *copulandi* particulae, in hoc Libro, ut in Chaldaïcis et Syriacis, saepe omittuntur. His dictis Auctor rationem explicaturus, quare Jūšaːam Mūsa successorem crearet, non meminit ante se locutum esse de *Dei praecepto*, ipsum *ita* agere *jubentis*. Bellum a Jūšaːâ ante gestum, quod h. l. ob oculos habet, sine dubio proelium est cum Ằmlaq*itis* commissum (Exod. XVII, 8 seqq.). Mox verbum ينتخب in Glossâ, يعنى بذلك يختار منهم, ab alio explicatur. Observetur porro لْلوَقْت (*protinus*), h. l. et C. XVIII, p. 90, *vulgari* Linguae magis quam *eruditae* proprium, dum tamen ex *illius* consuetudine, p. 85, eodem sensu لوقته, et Cap. XVIII p. 91 فى وقته, et C. XXXVI, p. 169 لوقتك legitur. Mox unâ voce scribitur اثنعشر, ut Cap. X, p. 47, et C. XXIV, p. 117 pro solenni scribendi ratione اثنا عشر, quae alibi, v. c. C. XXIII, p. 115 observatur. In verbis وقبل نذكر سبب هذا التار (ubi vitium in Codice, يذكر, ex Codice repetendum est, *arabicis* Literis scripto) historia spectatur, Num. XXV, 1 seqq. et XXXI, 1 seqq. narrata, quam Noster infra pluribus tradit Cap. V. *Mandatum* mox memorans, quo significabatur, quomodo de Māb*itis* et Ằmmān*itis* agendum esset, respicit Deut. II, 9 et 19. Iis denique, ad quae Israëlitae *necessitate cogebantur*, intelliguntur bella cum Sīḥūno et ːŪgo gesta (Deut. II, 20 — III, 8).

CAPUT III.

(*a*) In hoc Cap. p. 11, l. 4 pro نزل leg. نزل, et p. 13, l. 1 pro والرحم, والرجم. Observatu dignum est, loca, in quibus Israëlitae tunc castra posuerant, dici *Campos Māb*itarum. Hoc nomen nimirum huic tractui ex pristino tempore adhaesit, quum Māb*itae* ipsum tenebant. Vid. Bertheau, *das Buch der Richt.*, p. 158. Dictio عليه افضل السلام, *cui sit salus eximia*, id est, *cui salus praestantior quam aliis concedatur*, etiam occurrit C. V, p. 33 bis, C. VI, p. 35, C. XII, p. 59, C. XIII, p. 65, C. XXIII, p. 111, C. XXXIII, p. 163, et C. XLII, p. 208. Hac formulâ Samaritani, de Mūsa loquentes, quem adeo venerantur, per excellentiam utuntur. Legitur etiam in Chronico Ằbū'l-Fatḥi v. c. in Pericope, a Schnurrero editâ in Paulus *Memorabilien*, Tom. II, p. 82,

l. 2, et in Cod. paris. 2, quo Abu-Sa:īdi Versio continetur, in quâdam Subscriptione et in Scholiis, ei Versioni additis. Vid. de Sacy, hanc formulam reddens, *sur qui soit la paix la plus excellente*, in Eichhornii *Allgem. Bibl. der Bibl. Liter.* 1800. X. p. 25, et *Memoires de l'Acad. des Inscr.*, Tom. XLIX, p. 11 et 36. P. 32 etiam alia formula legitur سلام الله عليه. Plerumque tamen, ut brevitati consulant, illud الله, et افضل omittitur. Mūsa nuncupatur سيدنا موسى (ut p. 1, 4), sive سيدنا موسى النبى, sive ut in Inscriptione C. II, tantum النبى. Posteriora vocabula pro libitu hîc transponuntur. Rarius tamen dicitur النبى موسى (ut p. 8, 27, 28); plerumque موسى النبى, ut p. 6, 10, 27, 32, 35, 36, 39 et deinde. Quibus titulis honorificis Samaritani porro Prophetam ornent, et quas splendidas res gestas ei tribuant, sequentia hujus Chronici Capita (vid. ad Cap. VI, n. *c*, et Cap. VII, n. *a*), et Carmina a Gesenio edita testantur. Sic, ut in hoc Chronico C. VII, IX, et XXIX (p. 137, 148) dicitur كليم الله, ita in Carminibus dictis, Ibrāhīmi instar, خليل الله, aut, ut infra p. 49 et 52, et C. XXIX l. l. الخليل, et عبد الله Cap. IX. Aliis porro in iis Carminibus honoratur titulis. *Unicus* v. c. vocatur *Legatus* (p. 38 et 94), *omnium temporum Propheta et revelationis terminus* (p. 23, coll. p. 55), *Mundi vertex* et *corona* (Carm. XII. 26 p. 40, coll. p. 103), *sol* et *lumen* (XII. 27 p. 40, coll. p. 104). *Dotes* deinde *eximiae* (p. 51), quas inter in Carm. VII, p. 42 *praeteritorum* et *futurorum cognitio* et *Miracula* ei tribuuntur, de quibus vid. etiam infra ad Cap. XII, n. *a*; ejusdemque reverentiae indicium offert arabica Abū-Sa:īdi Versio vocis אִישׁ, quam, si de Mūsa haec adhibetur, reddit رسول. — Pro بانى, ut in Codice legitur, rescripsi باننى. Perperam Scaliger legere volebat بانه.

(*b*) Forma التلاف (*interitus*), deinde tum hìc (v. c. p. 151, 156, 180), tum alibi (v. c. Abū'l-fad. *Ann. Mosl.* V, 362 l. 14, *Vita Tim.* ed. Golii, p. صد l. 8) saepius obvia, in Lexicis omittitur, in quibus etiam non exstat X[a] species verbi ملك, *se ipsum possessorem reddidit*, *sibi subjecit*; استملاك (*aliena dominatio*) occurrit praeterea 1 Tim. VI. 1, et infra C. X, p. 53. De *Servis* h. l. fit mentio (conf. Cap. I, n. *i*), dum contra Deut. II. 34 seq. et III. 6, 7, coll. Num. XXI. 21 seqq. *jumenta* et *praeda* tantum *servata* esse dicuntur. Perperam pro الانفس Scaliger hìc et p. 12 الانفاس (*animas*) restituit, ac si de *hominibus quibusvis* esset sermo. — De verbi ساق *adducendi* notione, cujus VII[a] Sp. h. l. occurrit *passivo* sensu, vid. A. Meursinge *Spec. exhibens* Sojūtīi *Librum de Interpretibus Korani*, L. B. 1839. p. 80. Mox verbum قطع occurrit in VIII[a] *vastandi* sensu, in Lexicis non notato. Paulo ante IV[a] ejusdem verbi forma obvia fuit notissimâ notione *assignandi in foedum* c. gemino acc.; p. 115 vero construitur c. ل p. — Post فراسلوا

Literis samaritanis inter lineas adscribitur علی, quae sana quidem est constructio, at facile etiam in III Sp. haec particula potest abesse.

(c) العسكر h. l. intelligatur de *Legatorum agmine*, magno Servorum numero stipato. Probe enim tenendum, *Mābi*tarum *opulentiam* ubique perstringi. Eaedem Legatorum catervae mox significantur voce القوم. A voce خمس incipit Epistola, Bilāmo praelecta. *Quinque* Reges ibi memorantur, quia Num XXXI. 8 de *quinque* Midjan*itarum* Principibus, in proelio cum Israëlitis commisso interfectis, sermo est. Quid sit deinde انبساطك, ex sequentibus تسلط نيتك, et ex verbis mox additis, فی انبساط ذكرك وارتفاع امرك, manifestum est. Proprie illud significat *late extensum*, *expansum esse*, quod si de *vultu* adhibetur, rugis remotis, *hilaritas* denotatur, sive *gaudium*; si de *animo* candido, nec ad fraudem se veluti plicante, *integritas*, *simplicitas*, *veracitas*, *probitas* (Vidd. loci ex Ar. Erp. a Cast. laudd., Rom. VIII. 1, 2 Cor. VIII. 2, IX. 11 et XIII. 3), si porro de *notitiâ*, sive ut h. l. de *auctoritate*, *scientia* designatur aut *potentia amplissima*. Idem verbum infra recurrit C. XLVI, p. 236, ubi verti potest *animos sumsit*, sive *prae laetitiâ audax factus est*. — Verbum denique صلح in VII^a, a Freyt., omissum, apud Cast. *reparatus est*, h. l. significat *in integrum restitutus est*. In sententiâ denique hyperbolicâ, الذی لا يسعها بلد ولا ياتی عليها عدد ولا احصة, supra C. II (vid. n. c), exceptis vocibus ولا احصة, jam obviâ, non opus est, ut الذی mutemus in التی, licet respicitur praecedens أَنْفُس, quia ex more Arabismi vulgaris الذی sine *generis* ac *numeri* discrimine in hoc Libro usurpatur, v. g. in hoc Cap. p. 20 in verbis, انا اتانتك الذی ركبت علی; C. VII in fine (p. 42 seq.) الجماعة الذی كانت; Cap. IX, p. 45, C. XIV, p. 70, C. XXVII, p. 127 (الذی كان فيها); C. XXXVII, p. 171 (in Glossâ الذی هی اقطاعهم) cet. Interdum التی scribitur, v. c. Cap. XXIII, p. 117, ac saepius الذين occurrit. In eâ autem sententiâ vocem احصة pronuntiari أَحِصَّة, collectivum Lexicis non additum, a singulari حَصِيص (*numerus*). Sic Samaritanus, qui, Codicem legens, puncta *Literis punctatis* plerumque addidit, locum nostrum intellexisse videtur. Punctum enim Literae ص non inscribitur, ut in proximo vocabulo ينضاف, ubi illud, teste atramenti colore, ab orientali manu additum est. Nec pronunciare possumus, أُحْضَة (de quâ voce egi *in Orient.* I, p. 282), quia ea vox hic inepta est.

(*d*) A primâ manu scriptum erat in Codice ضمن هذا طريقته; deinde post ضمن alius Samaritanus كان inserendum esse, in margine indicavit, hoc, ut videtur, consilio, ut *illi*

voci, quam delere nolebat, *hanc* substitueret. Minime legendum est, ut rec. manus in Cod. voluit, فما كان هذا, sive فما كان من هذا الخ (*et quae sunt ejus generis plura*). Tunc enim وما الخ Noster scripsisset. Verba امر عمّور, intellexi de imperio rerum, praestigiis Bil:āmi subditarum, de quibus supra sermo est in verbis تسلط نيتك. Sumsi ergo عمور ut inf. verbi عمر, *adhaerendi* notione. Deinde pro والقبيح melius Noster scripsisset وعلى القبيح. Sensus est: *nos* juvando splendida tibi erit compensatio. Ii vero, qui *Israëlitarum* causam tuentur, dedecore cumulari solent. Spectat nimirum Auctor ea, quae Bil:āmus deinde egit, et mortem ejus inhonestam, quae Cap V. traduntur.

(e) Dictione اهل العلم والرياضة *Viri* intelliguntur, *quâvis eruditione insignes*, supra (p. 10) dicti وجوه اهل السحر والحكمة. De *eruditione*, latiore sensu vox الرياضة infra item adhibetur in Cap. XXIV, p. 117 et p. 120. Ceteroquin de *Geometriâ*, *Arithmeticâ*, *Astronomiâ*, et *Musicâ*, usitari solet. — In voce برسالة, Librarius, tum h. l., tum postea *Articulum* omisit, ad *pronunciationem* tantum attendens. Sub finem paginae 14 vox فقيل a manu europaeâ in Cod. mutata est in فقال; sed perperam: nam Samaritani, quia Num. XXII: 9 אלהים ad Bil:āmum venisse dicitur, ut Anthropomorphismum evitent, potius *impersonaliter* loquuntur, ac *somnium* fortasse a Deo illi immissum cogitarunt. Ceterum argumentum historiae Bil:āmi *summatim* cum Num. XXII convenit. Nonnulla tantum fusius hic exponuntur, mirifice exornantur, et opinionibus Samaritanorum recentiorum accommodantur. Dictio ورد على الكلام *se gessit*, (proprie *descendit*) *secundum hunc sermonem*, cui SCALIGER adscripsit, *consensit*, illustratur v. c. loco KOSEGART. *Chrest.* p. 97, اورد بك ذلك الايراد وفعل بك هذه الفعال. Perperam SCALIGER mox commendavit lectionem فزاد بهم, et وشرف, et mutavit أولائك in اوليهم.

(*f*) Sine causâ SCALIGER hic etiam واعطائك in واعظامك, et الرسل in للرسل emendavit. Post سلموا على legitur ملو, ex pronunciatione vulgari pro ملء, quod ergo intactum reliqui, ut p. 20 et 23 سو pro سوء, et p. 21 شى pro شىء. *Hamza* enim, quod item observavit E. SMITH in *Kurze Uebersicht der Ausspräche des Arabischen, hauptsächlich in Syriën* (ROBINSON *Palestina*, III Bd. p. 832 seqq.), *in fine nominum*, praecedente *Gezmâ* et Literâ *non semivocali*, ut و pronunciatur, ut جزو (*pars*) pro جزء; sed praecedente *Gezmâ* et و vel ي, hae Literae *geminantur*, ut شىّ et نوّ, pro شىء et نوء. Contra فبيتو (coll. تبانوا p. 14) et ياخطبنى, pro فباتوا et ياخاطبنى, sunt scribendi vitia. Quare porro a SCALIGERO verbis واخذ — وعبادته, in margine nota adscriberetur: *πλεονασμός ex interpr.* SA:ADĪAE, non video; quia in editione hujus Versionis, sive lon-

dinensi (in Polygl.), sive constantinopolitanâ, sive in Cod. quem Pocockeus contulit (vid. hujus Diss. in *Polygl. Lond.* VI, p. 59), haec *sic* non exstant.

(*g*) Hîc rursus a verbis وانه الحج *animadversio* obvia est Scriptoris arabici, rationem explicantis, quomodo Deus, Bil:āmo, quae vellet, patefecerit. In his 1) molestias creat vox صرر (sic enim, non صرد, ut in notis, Textui arabico suppositis, legitur), pro quo videtur reponendum esse دَرّ, *ductus*, *modus*, *mos.* 2) Pro بسطه alia manus, Literam ح in margine adscribens, legit بسحطه, sive بسخطه, quod tamen, pariter ac primaria lectio, explicari nequit. Conjeci igitur legendum esse بخطّه, pro quâ voce alii scripserint بِسَطْرِهِ, cujus scriptionis indicia in primariâ lectione supersunt. Haec nempe est Auctoris ratiocinatio: Deus haec Bil:āmo patefaciens, *se ipsum* ei conspicuum reddere non poterat. Neque etiam interventu utebatur *Israëlitae*, qui Samaritanorum more ipsum colebat, et Prophetae instar Dei nomine ad Bil:ām*um* loquebatur, neque etiam *scribendi artem* in suos usus convertebat, ut mandatum *scripto consignatum* mitteret, et Angelo traderet; sed mandatum, *ore enunciatum* ad eum perferebat. Quod contendens, Auctor tamen non negat *Angelum proprie sic dictum* adfuisse, sed *Angelum* vult *cum mandato divino*, quod *ore pronunciaret*, a Deo missum fuisse. Voce خَطّ opponitur أَمْر, quâ voce utens, simul se accommodaverit loquendi usui, apud Samaritanos certe tunc jamdudum usitato, et a Judaeis recepto. Notum enim est Rabbinorum מֵימְרָא, et امر الله, in Versione Sa:adiae, obvium (Gesen. *Jes. Einl.* II, p. 92), quibus formulis Judaei item *Angelum* significaverint, *mandatum divinum ore suo proferentem.* Haec scribens, animadverto verba اعنى امر من اموره (p. 17), supra in *Dissertatione* p. 104 perperam *Glossis* annumerata, et dicta p. 103 l. 19 sic emendanda esse: Aliae, et pleraeque, incipiunt ab أَعْنِى, id est: *dicere volo*, *intendo;* quae dictio in vulgari Linguâ, ut inter Persas et Turcas, *particulae* instar, *scilicet*, usurpari coepta est. Pro انفذ Scaliger perperam legit وانفذ, et من post ملاك inseruit. Nec locum intellexerunt tum alii, tum J. H. Hottinger*us* (*Enneas Diss.* p. 21, 22), et H. Reland*us* (*Diss.* II, p. 18 seqq.), qui pluribus de eo disseruerunt. Relandus praeterea ex h. l. contendit, *Samaritanos Angelorum exsistentiam negasse*, quod p. 21 disertis verbis declarat. Reprehendatur ergo Hengstenberg*ius* (*die Authent. des Pent.* I, p. 31 seq.), affirmans, Reland*um* posuisse, *Samaritanos Angelorum*, non *existentiam*, sed *personalitatem*, ut ajunt, tantum improbasse.

Quomodo de hac quaestione judicandum sit, supra in *Diss.* p. 122 seq. indicavi: *nonnullos* nimirum per multa secula *Angelorum existentiam negasse*, *plerosque* vero *pro-*

basse, quam ob causam tum in *Codice hebraeo-samaritano*, tum etiam in *Versione* ejusdem, ét *samaritanâ*, ét *arabicâ*, et vero etiam in Scriptis Abū'l-ḥasani ea defenditur, et in Chronico Abū'l-fatḥi, atque in nostro Libro ubique sumitur. Noster enim *Angelum* hîc diserte memorat, sed eum sibi finxit, *formâ subtiliore* instructum. Ipsos enim dicit *spirituales*, et infra (p. 24, et C. XXIX, p. 136) ملائكة القدس (*Angelos Sanctitatis*), ac paulo ante (p. 23) ارواح اللاهوت (*Spiritus Divinitatis*). Perspiciens ergo Angelis, ad Mundum pertinentibus *coelestem* et *aethereum*, si se conspiciendos praebeant, opus esse *formâ terrestri*, hîc loquitur de سبب البارى المخاطب لبلعام, id est de *formâ visibili*, quam *Creator*, *ad Bilāmum loquens*, posuerat. Pari modo Baidāwīus, in *Commentario* (vid. Hottingeri *Enneas Diss.* p. 21) Angelos vocat اسباب نازلة. Mox Angelum Noster appellat: علّة المخاطبة له id est, *organum*, *ad eum loquens*, et quod, ut ex p. 20 liquet, *humanâ formâ indutum*, sibi cogitavit. Druzorum Libri hanc dicendi rationem illustrant. In his Hamza dicitur الأمر, et امر الله, *Mandatum*, sive *Mandatum Dei*, id est *Dei mandatum perferens*, aut *Dei nomine edens*, ubi per *Deum* intelligunt Ḥakimum (Vid. de Sacy, *Exposé de la Religion des Druzes*, Tom. I, p. CLVIII, et II, p. 54, 59, 84 n. *b*, 634 cet.). Idem Minister praeterea in iis Libris vocatur علّة العلل, sive *causa causarum*, quia *causa* esse censetur, quâ effectum sit, ut sequentes Ministri exstiterint, et omnia, quae exsistunt, orta sint. Iique Ministri, quia multarum rerum Auctores habentur, similiter العلل appellantur (de Sacy l. l. II, p. 751, coll. p. 43, 76 seqq., et *Chrest. ar.* II, p. ٩١, coll. p. 213, 263; et p. ٩٨, coll. 219, 274). Vox علّة ergo significat *causam*, *organum*, *instrumentum*. *Arboretum* v. c., ex quo Deus ad Mūsam loquitur, in iisdem Scriptis dicitur علّة, quâ Deus ei se manifestavit (de Sacy, *Exposé* I, p. 48 seq., et 56). — In hac, in quâ explicandâ versamur, pericope etiam observetur nomen Dei, quem ceterum الله et الرب vocans, ibi nuncupavit البارى, quo titulo utitur Auctor in stilo sublimiore. Tunc Abū'l-fatḥus, Deum vulgo etiam الله appellans, eamdem vocem adhibet; vid. *Neues Repert.* 1 Th. p. 128, 138, 140, Paulus *Memorab.*, II, p. 62 l. 7, 68 l. 2, 70 l. 9, 96 l. 12, 98 l. 7. Eodemque nomine Deus etiam significatur in Scriptis Druzorum. Vid. de Sacy *Chrest. ar.* II, p. ٢٨ coll. p. 192, et ٨٣ coll. p. 206, et passim in *Exposé*. — Praeter morem in hac pericope deinde خاطب in III cum ل p. construitur. — *Socius* denique *Bilāmi* etiam memoratur Num. XXII, 22, sed ibi *duo* eum comitati esse dicuntur. Hujus Viri nomen alibi بلعام, alibi بلعم scribitur in Codice. Illa

tamen scriptio est frequentior, quam ergo, ét in *Textu* ubique scripsi, ét in *Versione* atque *Annotatione* reddidi Bil:ām, quod in *Dissertatione* item legatur.

(*h*) In his Auctor id agit, ut Dei causam adversus eos defendat, qui dicant, eum *abeundi veniam* Bil:āmo primum *dedisse*, huic vero *proficiscenti iratum* fuisse, ut legitur Num. XXII, 20 et 22. Hanc iram Sa:adīa exinde derivat, quod Bil:āmus *cupiditate incensus profectus esset*. Sic enim locum reddidit: ثم اشتدّ غضب الله لمضيه طامعا. Noster vero Deum Bil:amum illud *rogasse*, contendit, ac si *investigare* tantum voluisset, *quae consilia Bil:ām*us *agitaret*. Quare addit: Deo ceterum non opus esse interrogationis ambagibus, quia *uno verbo*, quod velit, declarare solet. — Quod mox observatur de Bil:āmi *dicendi ratione*, ex responso ipsius illustratur, quod p. 20 asinae dedisse fertur. — Vocem الهى intactam reliqui, quam Scaliger in اليه mutare voluit. — Ab eâdem manu, quae hîc *nunnationem* Literae *Elif* vocis شيا adscripsit, *tria puncta* addita sunt Literae ث vocis اثاثة p. 18 et 19, in quâ ergo, ut in aliis, ث Literae ت substituitur. Sic v. c. in C. XLVI p. 236 ثلامذتة, pro تلامذتة (Vid. Ann. n. *e*), et in C. XLVII الثراب pro التراب, et نقثل pro نقتل (vid. Ann. ad h. C. n. *h* et *x*). Formam ergo اثاثة retinui, et hanc praeterea servandam esse arbitror, quia et اثان alibi legitur. Attendatur insuper forma hujus vocis *feminina*, quam Arabes, quibus اتان, ut אתון, jam femininum est, merito improbant, nec adhibuit Sa:adīa, qui اتان scripsit. Ex sequentibus duas sententias, alteram فاشتدّ — به, alteram فاما — بيده, Relandus l. l. p. 22 edidit, in priore pro وَجْد perperam legens رجم. Praeterea بطش, quod is vertit *coercuit*, melius redditur *vi cohibuit*, *vim intulit*. Vid. de Sacy, *Mem. de l'Acad. des Inscr.* T. XLIX, p. 102.

(*i*) Ut supra p. 13 بهيمة (בְּהֵמָה), vox Arabibus minus consueta, ita hîc occurrit كرم, Arabibus plerumque *uva*, aut *vitis*, hîc vero, et ap. Sa:adīam Num. XXII: 24, ubi legitur coll. كروم, et sic etiam apud Aṫ-ṫa:ālibīum (vid. *Selecta*, edita a P. Coolio p. ٦٩, n. ١٢٧)., idem atque כֶּרֶם *vinea*. — P. 19 vox امر intelligatur de *itinere*. Angelum enim Legati non animadverterunt, ac nondum Bil:amus eum conspexerat. Pro زوغا denique زواغ restitui, quod Scaliger in margine زواح apponens, jam videtur conjecisse. Sic nempe Literae tantum transponuntur, et forma زواغ, cujus loco زَوْغ tantum laudatur, in Versionibus tamen arabicis sacri Codicis frequens est.

(*k*) Delectatur Auctor asinae oratione exornandâ, iis, quae Num. XXII: 28, 30 leguntur, praeterea addens: وانى — الدعة. In hac oratione 1) pro اذا اليبس reposui أَلْسِّتْ

لنا ; 2) sine dubio legendum est عَلَى ; 3) خَلَقْتَ pronunciandum esse vidimus, supra in *Dissertatione*, p. 93 not. 4. Asinâ igitur Bil:āmus a pueritiâ inde usus esse fingitur.

(*l*) Verbum تَحَيَّرَ *haesitandi* notione c. فِي rei a CASTELL*O* notatum, sed a FREYTAG*IO* omissum, hoc sensu etiam occurrit in KOSEGARTEN*II* *Chrestomathiâ* p. 10 lin. 9 (ad quem locum cf. *Bibl. Crit. Nov.* Tom. V, p. 297), et in hoc ipso Chronico C. XIII, p. 63, et C. XXXII, p. 161. In C. vero XXXII, p. 159, et in C. XXXIV, p. 165, vertatur: *attonitus haesit.* — *Collis* (القلعة) mentio desumta est ex Num. XXII: 41, ubi de בָּמוֹת בָּעַל fit sermo, quae vocabula ab ABŪ-SA:ĪD*O* vertuntur بِيَعَ الوثن, ubi ergo بِيعَة, de *Ecclesiis Christianorum* frequentatum, de *Templis Idolorum* adhibetur, quo sensu saepe in Versionibus occurrit. Locus ille Num. l. l. ita situs esse dicitur, ut *Castra Israëlitarum ad extremam ipsorum partem* (קְצֵה הָעָם) inde *conspici possent.* Hanc ergo ob causam Bil:ām*us* eo deductus esse dicitur. *Hunc* tamen locum Noster non distinxit ab altero loco, quorsum Balaq*us* Bil:āmo obviam iverit, et qui in colo 36 his verbis describitur: עִיר מוֹאָב אֲשֶׁר עַל־גְּבוּל אַרְנֹן אֲשֶׁר בִּקְצֵה הַגְּבוּל. Hinc porro in colo 39 ambo illi petivisse dicuntur alium locum, dictum קִרְיַת חֻצוֹת, a SA:ADĪA redditum قَرْيَة حُوصُوث, ab ABU-SA:ĪD*O*, Pentateuchum samaritanum (ࠇࠉࠑࠅࠕ) sequente, قرية حيصوت; in Versione vero samaritanâ explicatum per ࠌࠃࠉࠍࠕ ࠓࠆࠉࠄ (*urbs mysteriorum ejus*). — *Lex* h. l. et p. 106, 219, 225 dicitur التورية, quae forma, orta fortasse ex formâ judaicâ אוֹרָיְתָא, cum frequentiore التوراة (תּוֹרָה) permutatur C. V. p. 31, et C. X p. 51, alibi. P. 186 memorantur *Sectiones* Legis, quas Samaritani Moslim*orum* more, nomine ab Al-Qor:an*i* Capitibus sumto, appellare consueverunt سُوَر (Vid. H. E. WEIJERS in *Catal. Librorum* MSS. Instituti regii p. 60). Sic infra in Cap. XXII p. 106 et 108 citatur سورة التخوم, sive *Sectio terminorum*, Num. XXXIV: 2—12, et C. XXXIII p. 163, ubi, loco Deut. XX: 1 inserto, brevitatis causâ, ne sequentia addantur, Auctor addit الى اخر السورة, id est *ad finem Sectionis.* In fine denique Cap. XL p. 195, ubi, laudato initio loci Deut. XXXII: 15 secundum Versionem arabico-samaritanam (باكل يعقوب ويشبع يسمن اسرايبل), haec leguntur: وانظر الى اخر السورة فى الشيرة الكبيرة, *et inspiciantur* (reliqua) *ad finem Sectionis in longo hocce Carmine.* Ibi voci السورة ab eâdem manu, quae Codicem samaritanis Literis descripsit, explicandi causâ inscribitur الفصل, quâ voce *longior Pericope* videtur intelligi, quia *totius Carminis* mentio fit. Vox تفل deinde etiam in ipso Textu occurrit C. XLV p. 225, ubi Zorbabal sputum conjecisse dicitur

(بالتورية) في فصل منها , id est *in Indicem novae Sectionis* Codicis Sanballati, in verba igitur, cujusmodi v. c. sunt الفصل الاوّل.

(*m*) Quae de Sacrificio Bil:āmī h. l. traduntur, paucis memorantur Num. XXII: 39. Non opus est, ut verba واصعد عجلا وثنيا واخذ يعبد cum SCALIGERO emendemus, sive in وثنيا واحد ويبعد, id est: (obtulit vitulum) *et arietem unum et discessit* (ويباعد); sive, quod etiam conjecit عجلا واحد وثنيا يبعد (et obtulit) *vitulum unum et iterum* (ثانيا) *abiit*. Per عبد nempe intelligitur *adoratio Dei*, quam Sacris faciendis ille instituebat, ut ipsum incitaret ad ipsius voluntatem manifestandam. Deinde ثَنِيّ, proprie *secundas agens*, ut explicatur ab HAMAKERO in Disp. *de Collectivis arab.* (*Orient.* I, p. 51), de animalibus usitatur, *secundos dentes cum primis mutantibus:* quod quia *Camelus* facit *sexto* anno, *Camelum* illud designat *sexennem; equus* vero et *bos* atque *ovis* quia *tertio*, *equum*, *bovem* et *arietem* designat *triennem*. In Hebraïcis عجْل وثنيّ h. l. respondent vocibus פַּר וָאַיִל (Num. XXIII: 2). Arabice *sic* haec redduntur, non adeo, quoniam animalia *florentis* aetatis mactari solebant, cujus generis est ثنيّ, sed quia *hoc* vocabulum ibi legebatur in *arabicâ Pentateuchi samaritani Versione;* nam pro ثنيّ SA:ADĪA habet hîc أَكْبُش.

(*n*) In praecedentibus ea, quae leguntur Num. XXIII: 3 seqq., quam brevissime narrantur. Quae h l. dicuntur de *Angelorum agmine*, *Israëlitas custodiente*, orta videntur ex samaritanâ posterioris partis loci Num. XXIII: 21 interpretatione. Pro اللهوات leg. اللهوت: vid. ad Cap. I, n. *c*, coll. cum p. 24 ملائكة القُدْس (*Angeli Sanctitatis*). Verba يا اسرائيل الخ sumta sunt ex Num. XXIV: 9, sed memoriter, sententiarum ordine inverso, citantur. Quae leguntur a verbis الم اقل لك ad finem usque Capitis, et totum Caput IV sequens, HOTTINGERUS edidit et latine vertit in *Smegmate orient.* p. 444 seqq. In his pro اجتمّوا (p. 23), l. اجتمعوا. Verbis اخبار عجيبة, id est *res mirandae*, dicta spectantur Num. XXIV: 15—24. Voces منجم نجوم HOTTINGERUS vertit *Astronomiam*, ego vero *ortum stellarum*; ac si dixisset: etiam si stella oriretur, quae ceteroquin infausta habetur, haec tamen Israëlitis non noceret; sed potius reddendum est: *nec valet in eos Praestigiator* (ساحر), *nec Astrologus*. Deinde ينقرهم, sine dubio mutandum est in يُقَطِّرْهم. Verbum enim قطر, quod significat *stillatim diffluit*, apte hîc adhibetur de *interitu paulatim procedente*. HOTTINGERUS scripsit يطفرهم, et vertit: *neque expugnari potest cor ejus*. Consilium denique Bil:āmī Israëlitas Idololatriae illecebris perdendi (quâ de re sequens Caput exponit), Num. XXV: 1 seqq. diserte quidem non traditur, at Ju-

daeos idem statuisse, ex colo 18 et C. XXXI. 16 manifestum est. Istae insidiae Bilāmo item tribuuntur Apoc. II. 14, et in Chronici C. XLI verbo idem rursus monetur. Simili autem ratione, atque hoc et sequente Capite, Bilāmus loquens introducitur, etiam apud Josephum, Antt. IV. 6, et Philonem *de Vitâ Mosis*, qui loci exstant in Relandi *Diss. Misc.* II, p. 72 seqq., ubi hic de *Moslim*orum item eâ de re traditionibus verbo loquitur. Pro يفعلوها, si non *impersonaliter* sumitur (*dolo*, *quem struant*, id est *alii*), legatur نفعلها; sic haec cohaereant cum iis, quae in *Inscriptione* seq. et in Cap. IV leguntur.

CAPUT IV.

(*a*) Perperam Scaliger pro واصبحهن legit واصبحوهن (*et mane eas adducite*), non cogitans, Nostrum amare stilum rhetoricum, synonymis splendentem. Neque post واول من cum eo كلهم inserendum. Vocem زينة ab eodem explicatur *κάτοπτρον*. Potius tamen intelligam *quodvis* ornamentum, quo ostenso, mulieres aliorum oculos in se converterent. Neque etiam cum Hottingero, منهم de suo addente, et mox suffixum in اليها omittente, عجلة تجرى مع الريح, *currus* vertatur, *qui agitatur vento*, sed *currus* (vectus *jumentis*), *cum venti celeritate ruens*. Verbum deinde نال, mediâ *Jā*, hîc et p. 249 *coeundi* sensu occurrit, quae notio a Castello notatur, et loco Versionis saadīanae Gen. IV. 17 et 25 probatur. P. 248 pro eo scribitur عرف.

(*b*) Num. II. 12, 13, Princeps (נָשִׂיא) hujus Tribûs dicitur שְׁלֻמִיאֵל בֶּן־צוּרִישַׁדָּי, et cohors ipsius 59,300 Virorum. Praefectus vero ejus Tribûs, sive potius *Princeps Familiae cujusdam Šimūni*ticae (נְשִׂיא בֵית־אָב לַשִּׁמְעֹנִי), eo tempore caesus, Num. XXV. 14 vocatur זִמְרִי בֶּן־סָלוּא. Mulier Midjan*itica*, quae una cum illo interficiebatur, ibidem in colo 15 nuncupatur כָּזְבִּי בַת־צוּר רֹאשׁ אֻמּוֹת בֵּית־אָב בְּמִדְיָן. Hanc *Filiam* fuisse *Regis Māb*itici, Noster finxit cum universâ istâ *Bilām*i *oratione*. In Glossâ mox sequenti اعنى هذه السبط, vox السبط, ut שֵׁבֶט Ezech. XXI. 16 (dum hoc ceterum etiam *masc.* gen. est), ut *femininum* construitur. Alibi السبط est *masc. gen.*, ut in Cap. XII, p. 57. Vox حيناذ, ut jam in praecedentibus et alibi, v. c. p. 178, respondet usui et constructioni Particulae אָז. Verba وكان فى المتقدمة significant, eum cum Tribu suâ proxime Tabernaculo castra posuisse, quam ob causam ille Filiae Regis, ad Tabernaculum accedenti, statim obvius erat. Ante voces الف رجل Librarius orientalis *arabicis* Literis inseruit وعشرين, ab Hottingero in Textum perperam receptum. Nam additum est sine dubio, quia Num. XXV: 9 *viginti quatuor millia* Israëlitarum eâ opportunitate caesa esse dicuntur. Quae lectio sana quidem est, ut collatio ostendit hujus loci cum Num.

XXVI: 14 et Num. II: 12 et 13, sed Noster in Libro, quem sequebatur, *quatuor millia* legit, quod apparet ex mentione *quatuor millium Puellarum.* De voce أثر (sub finem Capitis) sensu *famae* vid. H. E. WEIJERSII *Spec. critic.* laud. p. 151. Fīnaḥas laudes hîc, ut semper a Samaritanis, summopere celebrantur. Foedus ei Auctor apprecatur, id est *Foedus*, quo Deus ei ejusque Posteris perpetuum Sacerdotium confirmavit. Num. XXV: 10—13 id narratur, et Foedus dicitur בְּרִית כְּהֻנַּת עוֹלָם. Ex ejus stirpe Samaritani suos etiam Sacerdotes derivant, eumque titulis honorificis, الامام, ابونا, aliis ornant. Vid. RELAND. *Diss. Misc.* II, p. 64, 88 seq., et Chronicon nostrum C. XLVII p. 246, et passim. Scribitur ejus nomen, tum in hoc Libro, et in Codice sam. Instituti regii, quem descripsit H. E. WEIJERSIUS (vidd. *Comm.* mei *in Hist. Gent. sam.* p. 58 seqq.), tum etiam in aliis Samaritanorum Scriptis فينحس, ut in Cod. Hebr. פִּינְחָס, in Versione vero SA:ADĪAE فنحاس. Et sic etiam מִדְיָן apud SA:ADĪAM مديان, in Chronico nostro مدين. Vocem فينحس pronunciavi *Fīnaḥaṣ* (et sic etiam legatur ubique supra in *Diss.*), quae *Samaritanorum* videtur esse pronunciatio, in Cod. Inst. reg. modo dicto fortasse indicata, quae causa sit, ut WEIJERSIUS ita scripserit. Ac bene insertio vocalis *a* post Literam *Nūn* convenit cum iis, quae de frequenti usu ejusdem diximus ad Cap. I, n. *a*.

CAPUT V.

(*a*) Particulam الى inserui, quia verbum اوحى in hoc Libro cum الى construi solet, et haec vocula hîc ob sequens النبى facile omitti potuit. Est tamen alius locus p. (248), ubi legimus: واخذ الامام عقبون يوحى ابنه *et incepit Sacerdos Aqbūnus revelare*, id est, *modo supranaturali indicare* (cf. n. *b* ad Cap. II) *filio suo.* Sed fortasse ibi etiam الى ابنه, sive لابنه legendum est, aut aliud verbum ibi olim legebatur *c. a.* construendum. Nimirum يوحى *arabicis* Literis spatio, quod vacuum relictum erat, ibi insertum est. Praeterea اوحى h. l. (p. 29), sine ان construitur, quâcum jungitur p. 10, et conjungendum fuisset (EW. *Gr. ar.* II, p. 113). Deinde legi عنصرته, id est h. l. *Coetus Patrum mortuorum*, qui, collato Num. XXXI: 2 (qui locus hîc spectatur), sine dubio intelligitur. Hoc sensu etiam haec verba explicantur in Glossâ additâ, quae Auctori videtur tribuenda, h. l. ut in Cap. II, p. 6 ea explicanti, quae in suo Fonte legebat. Vox عنصرة, ut observavit DE SACYUS (*Chrest. ar.* I, p. 321), locum illustrans AL-MAQRĪZĪI, qui eâ voce usus erat, peregrinae est originis, orta nempe ex Hebr. עֲצֶרֶת, proprie *Coetus*, deinde vero, quia Festis diebus magnus in primis convenit ho-

minum numerus, *Concio Populi* ad *Festum*, praecipue ad *septimum Paschatis*, et *octavum Festi Tabernaculorum diem* celebrandum collecta. Conf. de *die Veneris*, يوم الجمعة. Aliâ ratione HOTTINGERUS, hunc locum adducens in Diss. *de Theologiâ Samaritanorum* (*Enneas. Diss.* p. 25), eam vocem, quam عنصره pronunciaverit, explicuit. Vertit *principium tuum*, ac si *analysis* corporis humani *in sua principia*, sive elementa, spectaretur. Et verum est, ut docuit SCHMOELDERS in *Diss. de Philosophiâ Arabum* عناصر (a sing. عنصر) designare *densiora elementa*, quibus opponuntur أركان, *subtilia rerum initia*. At nemo non videt, ea hîc non in censum venire. In verbis: فامر — ذكرها ante dicta C. II respiciuntur. Porro enarrantur, quae Num. XXV. 16—18, et copiosius Num. XXXI. 1 seqq. leguntur, ubi tamen *Jūšaʿa* huic expeditioni praefuisse non dicitur. Huic vero in nostro Libro eae partes mandatae esse videntur, quia Num. XXVII. 18—23 ejus *inauguratio* jam memorata est. *Fīnaḥas* ei bello interfuisse ibi fertur, quem dum in sequentibus Auctor celebrat, ea ob oculos habet, quae in Cap. V narravit.

(*b*) SCALIGER sine causâ emendat عابرة in عاد. Quis sit Fīnaḥasi ابن عمه (p. 30), latet. Mox Auctor arcem (الحصن) finxit, et مدين appellans, *urbem* hujus nominis intellexit. Hanc nempe p. 34 nuncupat البلد, et pari modo ac Jarīḥām, eam captam esse contendit, quod tamen Num. XXXI non traditur. *Quinque* Reges *Midjanitarum* Jes. XIII. 21, 22 et Num. XXXI. 8 nominatim recensentur, itemque Bilʿāmi caedes *hîc*, sed *verbo* tantum, narratur. In iis, quae de Bilʿāmo Noster deinde fabulatur, 1) observetur verbum قصّ, *alicujus vestigia secutus est*, cujus X Species, hîc cum عن p., significat *alicujus v. sequi sibi fecit*, id est *summâ cum diligentiâ aliquem* quaesivit. 2) *Templum* dicitur, non ut vulgo, tantum معبد, sed معبد بيت. Fortasse legendum est بيت معبود, *Templum Idoli cujusdam*, quae vox infra legitur p. 88 et 91, ubi etiam coll. معابيد occurrit. 3) Obvia est, in Lexicis item omissa, Species VII verbi بكم; in I *mutus fuit*, in VII igitur *mutus factus est*. *Stupor* ergo h. l. intelligitur, hoc, dum mutus erat, efficiens, ut sonos articulatos enunciare non posset. Judaeorum de Bilʿāmi caede Fabulae ea, quae Num. et Jos. l. l. leguntur, mirifice exornarunt. In his dicitur *gladio confossus*, sed in istis Fabellis a Fīnaḥaso primum ictu lethali in capite percussus esse, mox vero ex eo vulnere iterum convaluisse, et ex *uno* ejus capite *septem* capita prodiisse feruntur. Conf. Dr. Z. FRANKEL (*Vorstudiën zu der LXX*, Leipz. 1841, p. 187), agens de graecâ dictione ἐν ῥοπῇ, in alex. Vers. Jos. XIII. 22; et ZÜLLIG *Comment. in Apoc.* XIII. 3, quo loco ut ipso judice ista Fabella spectatur, ita numero 666 indicantur *nomen Bilʿāmi*, ejusque *titulus*, qui ex verbis Jos. XIII. 22 בִּלְעָם בֶּן־בְּעוֹר הַקּוֹסֵם

efficitur, quârum Literarum valor *sic* quidem ei numero revera respondet, non vero si, ut revera l. l. exstant, vocabula *plene* scripta, et *Articulo* aucta, legis: בִלְעָם בֶּן־בְּעוֹר הַקּוֹסֵם. — Deditâ operâ Bilāmus morti proximus in nostro Chronico verba locutus esse dicitur, *quae nemo intelligeret.* Sic enim *Prophetam falsum* designare voluisse videntur, cujusmodi Jes. XXVIII. 7—13 cum *ebriis* et *pueris balbutientibus* comparantur, quâ de re Züllig. l. l. pluribus disseruit. — Legem memorans, quae in Bilāmum invocatur, Noster videtur cogitasse Deut. XXIII. 2 seqq.

(*e*) In Codice legitur quidem دممنا, sed ex sequentibus manifesto apparet ذمّمنا intelligi, id est, *clientelam* (ذمام) ei *promisimus*, quae notio IIae Speciei in Lexicis non exstat. Similiter in iis omittitur constructio verbi جَسَرَ c. على pers. et فى rei (*ausus est aliquo nolente aliquid facere*). Conf. de على hoc sensu Ew. *Gr. ar.* II. p. 82. Pro بَسْطًا non opus est, ut cum Golio legamus وَسْطًا (in *mediâ* audaciâ nostrâ), quia illud *dijudicandi* sensu sumtum, bene explicari potest. Perperam etiam a Scaligero و in الا واخذه deletur. (Vid. Ew. *Gr. ar.* II, p. 277). Pro لقايهم deinde leg. فى لقايهم. Paulo post legi غَضِبَ pro عتب, cujus nomen verbale supra p. 23 et 28 obvium, similiter emendaveram, quia hoc, ut putabam, saepius in nostro Chronico legebatur, et p. 23 a Scaligero lectum erat; sed عَتَبَ et عَتْبٌ retineri possunt, quia eodem sensu usitantur, et hoc verbum item c. على construitur. Porro *latiore* sensu, quam vulgo, adhibentur طِفْل et طِفْلَة (quod h. l. *collective* sumitur), non de solâ *infantiâ*, sed de *juventute* ad *virilem aetatem* et *pubertatem* usque. De *pueris* ergo dicitur طِفْل من الغِلْمَان, de *puellis* (pro رَجُلًا) طفلة لم تعرف رجلا. Postea pro ستماية per negligentiam Librarii fortasse legitur ستة ماية. Vox بِلَغَ construitur ut *femininum*, cujus rei alibi etiam exempla exstant, v. c. ap. Sojūtium in *Vitâ* suâ, quam ipse conscripsit, et in Libro فتوح الشام. Vid. A. Meursinge *Spec. exhib.* Sojūtii *Librum de Interpretibus Korani*, p. 4 lin. 8 a fin., et p. 13 Weijersii animadversio nota 9. Nomen denique unitatis ضَرْبَة a Castello notatum, a Freytagio omissum est.

His autem cum dictis Num. XXXI collatis, alia in nostro Chronico *addita*, alia *omissa*, sive *in compendium redacta* esse videmus. Ad *haec* v. c. referantur *dicta* Mūsae (col. 17—24 et 25—30). Addita vero sunt, 1) quae narrantur de reditu *Bilāmi ad 5 Reges collectos;* 2) de *inopinato Israëlitarum in eos impetu;* 3) de *meretricibus a Regibus consociatis ad Israëlitas missis, et postea interfectis;* 4) de *muris collapsis;*

5) de *Bilāmo* in *Templo reperto*, ejusque *perturbatione* et *stupore*; 6) de *Jūsaʿâ Bilāmum servare cupiente*, et *colloquium habente cum Šimʿūnitis*, *qui Bilāmum*, *Jusaʿâ invito*, *interfecerant;* 7) denique, quae de *salvo* 12000 Virorum *reditu* traduntur. Recentiorum temporum *ἀκρισίᾳ* tribuatur mentio *equorum mulorumque*, qui *asinis* (p. 34) adduntur, de quâ quaestione vid. Rosenmüller *Handbuch der Hebr. Alterthumskunde*, IV, p. 29 seqq. et 54 sqq.

CAPUT VI.

(*a*) Verbum فسّر refertur ad Orationem Mūsae, quae a p. 37 inde traditur, quia haec de quaestionibus difficilioribus, et rebus futuris agit. Hocce Caput Hottinger*us* l. l. p. 453 sqq. edidit et vertit, exceptis modo iis, quae p. 39 a verbis الى ان هذا الوقت الخ leguntur. In his sequentia observentur: 1) usus emphaticus verbi اخّر, hìc in Vâ *remansit vivus*. 2) Mons נְבֹא, Saʿad. نَبُو, dicitur h. l. نابه, quae scriptio *cum priori vocali productâ*, minus accurata est. E. Smith in appendice ad Robinson*i Itinerarium in Palaestinam* (III, p. 924) scripsit نبا. 3) Voce أَوْلِيَآء, quod collect. est τοῦ وَلِيّ, quo, ut Cast. et Willm. etiam notarunt, designatur *amicus*, *socius*, *sodalis*, significantur h. l., C. XVII (p. 89), XXIII (p. 110), C. XLII (p. 209), *Socii Senatûs*, *Ministri*. Sub finem hujus Capitis (p. 38) eosdem Noster vocat: جماعة الأَوْلِيَة, p. 28 vero جماعته, *Coetus ejus*, nempe Mūsae, et p. 48 (coll. p. 32 et alibi) الاثنعشر روساء الملازمين, *12 Primores*, *qui semper aderant* (Principi). Nec diversi sunt illi ab iis, qui p. 7 (cf. n. *d* ad Cap. II) dicti sunt اهل النّباهة والرّياسة. Ut ab his distingui possint *Sacerdotes*, hi Cap. XXIII (p. 115) dicuntur اولياء الله, et *summus Sacerdos* الوالى, sive والى الله. Alibi (C. XXII p. 109) mentio fit de حاكم وجماعة الاولياء, idest de *Judice*, et ipsius *Coetu Sociorum*, ubi intelliguntur ii, qui in rebus judiciariis opem illi praestabant. *Praefecti militares* intelliguntur formulâ وجوه et وجوه العسكر (cf. n. *h* ad C. XXIII): et p. 48 occurrunt عرفاء الالوف والمئين والخمسينات والعشرات, *Duces Agminum*, *quae mille*, *et centum*, *et quinquaginta*, *et decem viris sunt composita*. Contra اهل الحكمة *Viri* sunt *Juris aliarumque Scientiarum periti*, p. 7 vocati اهل العلم والمعرفة (vid. n. *d* ad C. II), et p. 48, ubi *veterum Hebraeorum* conditio melius depingitur: القضاة المتقدمين والسبعين الحكماء المختارين, *Judices primarii*, *et* 70 *Viri*, *Sapientes illi electi*. — 4) Attendatur فليحذر p. 36, quod, praeeunte Golio in margine Cod., et Hottinger*o* l. l.,

emendavi in تليحضر, *se praesentem sistat;* non tantum, quia hoc praeferendum est verbo حطر (*Mūsae se prosternat, ut ejus benedictionem accipiat*), sed etiam, quoniam frequentissima est in hoc Libro Literarum ط et ص confusio. Retinui vero lectionem وما ينسر به, ubi pro عن particula ب usurpatur, hoc sensu: et *ea, quae*(vobis) *revelaturus est.* Egregia tamen est conjectura Scaliger*i*, legentis يفسر, quam Hott. etiam recepit, vertens: *et quidquid praeterea explicuerit;* ac nihil facilior, quam Librarum ב et כ in Scripturâ samaritanâ permutatio.

(*b*) Videtur per voces الجبروات والملكوت (sive potius الجبروت, vid. n. *c* ad C. I, et n. *a* ad Cap. XXIX) indicari *splendor* ille *Majestatis divinae*, de quo, in Aede sacrâ manifestato, Judaei etiam somniarunt, et qui C. XLII (p. 203) dicitur نور القدرة (*splendor potentiae*) (divinae). Mūsae facies eam ob causam mox etiam *lucida* fuisse dicitur. Porro طبقات sunt *ordines* Israëlitarum, sive secundum *civiles divisiones Tribuum, Familiarum*, et *Gentium*, sive secundum *militares* in *Agmina* 1000, 100, 50 et 10 Virorum. Voce رتبة, cui notio tantum in Lexicis tribuitur *loci editi*, h. l. *sella altior* significatur, quâ Mūsa, Principum instar, usus esse dicitur. Mox Mūsae *Oratio* memoratur, ubi spectantur Capita Deut. XXVII, XXVIII, XXXI—XXXIII, ex quibus tamen nonnulla tantum h. l. traduntur. 1) Auctor loquitur de مقالة التسبيح لله, de *dictis laudationem Dei exhibentibus*, ob oculos habens Deut. XXXII. 1—4, aut potius *seriem* Epithetorum Dei, cujusmodi Moslim*i* uti solent, et ipse usus est in Epistolae initio C. XXIX. 2) Memorat *dies Favoris* et *Irae*, de quibus supra in *Diss.*, p. 126 diximus. Quae deinde recensentur, Noster de suo addidit, haec ex Samaritanorum Placitis recentioribus petens: 3) enim nuncupat طوفان النار, *Diluvium ignis*, quod Reland*us* (*Diss. Misc.* II, p. 30) de *poenâ aeternâ* explicuit, ego vero, quia mox de *vindictâ* fit mentio, de *futurâ sorte Orbis Terrarum*, quem ut ante *aquis*, ita die *judicii supremi flammis* et *igne perditum iri*, nota est tum Judaeorum, Christianorum et Moslimorum, tum etiam recentiorum Samaritanorum opinio. Sequitur 4) يوم النقمة والمكافاة *dies vindictae et retributionis*, sive *judicium extremum.* Merito ibi Reland*us* (l. l.) emendationem Golii rejecit, qui in exemplo ipsius, ex nostro Codice descripto, et quo Reland*us* utebatur, pro نقمة in margine substituerat قيامة, (dies) *resurrectionis.* Ad Epistolam, a Samaritanis ad Ludolf*um* missam, Rel. recte provocat, ubi *diem vindictae et retributionis* appellant ·ࠉࠅࠌ·ࠍࠒࠌ·ࠅࠔࠋࠌ·. 5) *Tempus* definit Musa, *quo ad Israëlitas rediret* (رجع الحق), de quo reditu etiam loquuntur Samaritani in Epistolâ, quam mise-

runt ad Anglos anno 1676. Vidd. Eichh. *Repert.* IX, p. 28, coll. XIII, p. 266, et supra dicta in *Diss.* p. 127. 6) *Benedictiones singularum Tribuum* memorantur (conf. Deut. XXXIII), et *omnium Tribuum restitutio in integrum* (partim ex Deut. XXXII. 43 et XXXIII. 27 seqq., partim ex Prophetarum Scriptis, desumta), ubi verba occurrunt فى ايام التمام والكمال, quae respondent Hebraïcis בְּאַחֲרִית הַיָּמִים, et Hottinger*us*, non bene intellexit, vertens: *et ut in perfectionis atque integritatis statu firmati stabilesque essent.* Quae quum etiam displicerent Relando, hic ea in exemplo Operis Hottinger*i*, cui titulus *Smegma*, quo ipse utebatur, delevit, at sine causâ ويترتبه, ubi suffixum ad praecedens كلّ referendum est, mutavit in ويتريّ به. Melius ab ipso ibidem redditur illud واستجيب (quod H. vertit, *et rata habita fuit precatio ejus*), *a Populo ei responsum fuit.* Respiciuntur nempe *benedictiones*, quas Populus Mūsae apprecabatur.

(c) Non intellexit Hottinger*us*, (vertens l. l.: *cumque totus jam exercitus copiis ejus* [satellitio] *valedicere vellet*), sensum verborum جيش بجيشه. *Universus Populus* sic designatur, ut agmina, singula, et innumera significentur. Eadem dictio eodem sensu recurrit, ineunte Cap. VIII (p. 43). Vocabulum mox attendatur مُعَامَلَة *opus*, *quod alicui mandatur*, (werkkring). Hac sententiâ, cui Scaliger in margine adscripsit ὁ μὲν βίος αυτοῦ ἐν τοῖς ἀνθρώποις, ἡ δὲ πολιτεία μετὰ τοῦ θεοῦ, Auctor significare voluisse videtur tunc absolutam quidem esse vitam Musae *terrestrem*, sed superfuisse *coelestem*, quam ageret coram Deo et Angelis. Cum eo ergo, ut per Dei gratiam conjungatur, Noster optat, et Mus*am* inde in Terram aliquando rediturum esse, opinatur. Similiter Mūsa in Carminibus, a Gesenio editis, dicitur *post mortem habitare in splendore divino*, *solis instar fulgente* (VI. 21 p. 37, coll. p. 93), et *Filius* vocatur, sive *Servus*, et *Amicus Domûs divinae* (p. 50, 53, 54, et p. 38, coll. p. 94); quin *preces* fertur in *coelo fundere pro Populo*, *Deo gratissimas* (VII. 30, p. 39, coll. p. 98). Formulae Moslim*is* tritae, et partim ex Al-Qorāno sumtae, finem Capiti imponunt. Hac deinde saepe recurrunt; v. c. in fine C. XI (p. 55), ineunte et exeunte Cap. XXIX (p. 136, 150), C. XXXVII (p. 180), C. XXXVIII (p. 188).

Quae praeter Mūsae Orationem, hoc VI° Capite continentur, desumta sunt ex Deut. XXXI. 14 seqq. (ubi ille Jūšaʿ*am*, Levitas, Principes, et universum Populum congregasse dicitur), et ex Deut. XXXIV, ubi de Montis conscensu fit sermo, qui item Num. XXVII. 12—14, Deut. I. 37, III. 18—29, IV. 21 seq., et XXXII. 48 et seqq. memoratur. Ficta sunt *verba Praeconum*, *Musae in Locum sacrum ingressus*, et *Sacra ab eo ibidem in Arâ aeneâ et aureâ peracta*: porro *facies ejus fulgens*, *fletus Israëlitarum per horae spatium*, et *nubes ignea*, *illum a comitibus sejungens*. Sacra Mūsa item

fecisse dicitur Cap. XI, p. 55. *Sacerdotis partes* Judaei *ei* non tribuunt, neque in Pentateucho ei ipsae assignantur. Jūša:ae eaedem adscribuntur Cap. XII.

CAPUT VII.

(*a*) Quae Capite VII° leguntur a verbis inde بكاه يوشع الخ, HOTTINGER*US* l. l. edidit et vertit p. 459 seqq. Verbis وفرق — النظر اليه Glossa continetur alicujus Librarii, quae nexum orationis interrumpit, cujusmodi aliae plures obviae sunt, de quibus supra egi in *Diss.* p. 103. Ante وفاتهم inseratur و Copula, quae in Codice non legitur. Deinde p. 41 pro يفقق, ut in nostro Exemplo restituatur يقف. — De Mūsạ, *mortuos in vitam revocante*, cursim locutus est RELANDUS (*Diss. Misc.* II, p. 30 seq.), locum ex hoc Capite adducens (ubi الا انت emendetur, et ابن servetur). De hac Musạe facultate in Pentateucho nulla fit mentio, sed in Carminibus a GESEN*IO* editis (p. 22 coll. p. 53). Ut Christiani syriaci praeclara quaeque, tum virtutes, tum res gestas, quae Prophetis V. T., et in N. T. Jesu et Apostolis tribuuntur, in suum Apostolum, sive Prophetam, *Ephraïm*um, contulerunt (ut conspicuum est in *Vitâ* ejusdem, ab ASSEMANIS primum editâ in *Bibl. orient.* I. p. 26 seqq., et recusâ deinde ab UHLEMANN*O*, ad calcem *Grammaticae syriacae*, *Elementarlehre der syrischen Sprache*, Berl. 1829), ita Samaritani summa quaeque, ipsis ex Judaeorum traditione de aliis Prophetis cognita, Mūsạe vindicarunt. *Judaeos* etiam *mortuos in vitam revocatos* inter ejusdem Miracula recensuisse, exinde apparet, quod, monente RELAND*O*, Judaeorum nonnulli id *negaverint*. Ex hac universâ Mūsạe laudatione manifestum est, Samaritanos *Eliam* et *Elisam* aliosque Viros *Prophetas non agnovisse*, et *ea*, quae de his feruntur, *improbasse*.

(*b*) Sensus est: *Gentes, suorum Prophetarum auctoritatem defendentes, per Mūsam testati sunt*, id est, invocarunt dictum Deut. XVIII. 15 et 18, ubi de *Prophetâ post eum venturo* fit sermo. Christianos nempe et Moslimos spectat Noster, sic summam Mūsạe auctoritatem ultro agnoscentes. Constructio vocis أي sequente *Accusativo*, ex ellipsi quidem explicari posset (*per quem*, *Prophetam* cogito), nisi potius نبيا h. l. et deinde Glossa sit. — Mox *animi* celebratur *mansuetudo* Mūsạe, quâ si prodiisset ad Populum reprehendendum et poenas divinas in eum invocandas, ipse irâ confestim depositâ, amice eum compellabat, et Dei misericordiam precibus impetrabat. Dicta porro ابن من وطئ الخ videntur respicere historiam *Legislationis* in Monte sinaïtico (Exod. XIX. 16 seqq.), adeoque حجاب القدرة significat *aditum ad Coelum ipsum*, quod Samaritani sibi finxerint *aulaeo* a Mundo *separatum* ad modum *Sancti Sanctorum*. De dictione قتل النيل, quae recurrit C. XXIX, p. 147, exposuit RELAND. l. l. p. 77, indicans Arabes Verbum

قتل etiam adhibere de *liquoribus*, *qui aliis rebus* [nempe addito *pulsu*] *immiscentur*. Latiore enim quam *interficiendi*, nimirum *affligendi* sensu, item usitatur. Et sic v. c. de *siti* gravi ac vehemente, cujus vi costae *penitus exsiccantur*, *omnique sensu destituuntur*. Vid. H. E. WEIJERS *Spec.* laud. p. 40 et 135. H. l. et C. XXIX de *aquis Nīli* dicitur, *baculo* Mūsae *percussis*. Itaque non opus est emendatione SCALIGERI, p. 77 substituentis قطع pro قتل, cujus meminit RELANDUS Quarta forma verbi هزم (*in fugam conjecit*) quae deinde occurrit, in Lexicis omissa est, uti etiam quae mox obvia sunt نَاسُوتٌ (CASTELLUS perperam ناسوة), et adjectivum inde derivatum نَاسُوتِيّ. Negligentius scribitur بمَسَلَتَه pro بمَسْأَلَتِه. Vocis غلاه Litera ا, loco Literae غ a manu orientali in Cod. puncto notatur. Perperam SCALIGER in margine legit غلاه, et HOTTINGER. غلاه. *Hic* post الناسوتية inseruit الى, addidi *ego* praeterea ٱلْقُدْرَة. Sub finem Capitis leguntur verba نوى الى موسى, quae SCALIGER ad marginem Codicis jam emendavit in نوى الى يوشع (non نوى الخ لا, ut HOTTING. contendit, istud لا enim sine dubio ortum est ex *dimidio circulo*, a quo parenthesis incipiebat), sed sine dubio legendum est نُودِيَ الى يوشع, ut HOTTINGERUS recte conjecit, et RELANDUS in margine ad suum *Smegmatis* exemplum, vertens *vox descendit ad* cet, probavit. Verbo enim نادى in IIIâ Noster etiam usus est hoc ipso Capite p. 40, et *clamandi* sensu hoc Verbum in IIIâ formâ in Versionibus arabicis V. et N. T. frequentatur. Locos CASTELLUS indicavit. Subintelligitur *vox ex coelo loquens*, quae Jūsaam jussit fletui finem imponere. Per festinationem Librariorum *Mūsae* nomen *illius* nomini substitutum est.

CAPUT VIII.

(*a*) Vox عدّة, hìc *de universo Populo* obvia, quàcum conf. infra p. 171 بنو عدّتى *de Commilitonibus bellicis*, ab aliâ manu arabicis Literis addita est. Capitis initium ad verba usque على لقى بنى اسرائيل editum est ab HOTTINGERO l. l. p. 462, et sequentia ad verba تحت الطاعة, p. 485, quo ex loco apparet, eum in *paginis citandis*, non numerum *Codicis nostri*, sed *suum exemplar*, quod initio alia complexum fuerit, secutum esse. Pro صح, quod HOTT. legit, in Cod. exstat صَحَّ, sensu hìc obvium, ut p. 25 et 219, *verus factus est*. Conf. etiam C. XVII (p. 85), C. XX p. 98, et locus *Vitae Tim.* a WILLM. laud. Nomine الكَنْعانيّة (de quâ formâ vid. EWALD. *Gr. ar.* I, p. 208 seq.). Gentes palaestinenses hoc Chronico saepius nuncupantur; v. c. p. 61, 93, 98 cet; a

Sa:adîâ vero كَنْعَانِيُّونَ, v. c. Gen. X, 18, 19. Pent. samarit. arab. ibi (كَنْعَنَاىّ) كنعناى, pro quo, ut videtur, legendum est كَنْعَانِىّ. Palaestina porro in Chronico nostro dicitur بلاد كنعان. Sententia ليشد منه قومه perperam redditur ab Hottingero, legente ليشد, (*inspiravit Josuae*), *ut se suoque populo esset fortior*, quae explicantur sic, *ut audacior contra iret. Luctus Populi* ex Deut. XXXIV. 8, et *monita* Jūša:ae ex Cap. I. Libri Josuae hebraïci, vel potius ex *ingenio* Scriptoris, ut reliqua dicta de *Gentium congregatione*, desumta sunt.

CAPUT IX.

(*a*) Omissâ Inscriptione, Hottingerus l. l. p. 485 seq. hoc Caput edidit ad verba usque ولا يسرة (p. 47, l. 2). Ex verbis اوحا الله الى يوشع — ان يقول له apparet, Nostrum intellexisse *Angelum*, non *Deum*, quem si voluisset, pro ان يقول له dixisset قَئلًا. *Libānus*, hîc et infra p. 108, scribitur البنان, non, quod in vocibus a Literâ *Lām* incipientibus, et quibus Articulus praefigitur, consuetum est, آللُّبْنَان. In *Lām* tunc *non scribendā*, Noster tamen sibi non constat: sic v. c. C. X, p. 47 exstat اللبوانيين, p. 53 واللعنة, et in Cap. XXVII, p. 126 آللّبَاس, et p. 129 بالليل. Plerumque tamen in hoc Chronico vulgaris *pronunciatio* sola spectatur. Pro الفراة, ubi alia manus (scribens ة) ultimam Literam pronunciandam esse monuit, rescribere non ausus sum الفرات, quiâ nomen hujus Fluminis in Linguâ vulgari pronunciasse videntur *Forā*, ut apparet ex scriptione Josephi in *Antt.* I, 1, 3, ubi Codices scribunt Φορά. *Mare mediterraneum*, ut apud Hebraeos (הַיָּם הָאַחֲרוֹן), sic h. l. vocatur آلاخير (pro البحر) بَحْر. Perperam Scaliger الاخير emendare voluit in الاحمر, cogitans *Mare rubrum*, quod, quia termini indicantur ab Oriente Occidentem versus, hîc memorari nequit. De dicendi ratione من — والى in terminis definiendis vid. H. A. Hamaker ad H. E. Weijersii *Spec.* laud. p. 60. — اتخلا (ut scribitur), pronunciavi أَتَخَلَّى. Pro آشْتَدّ Hottingerus perperam scripsit تشدد, sed illa forma, pro solenni آشْتَدَّ, in Linguâ vulgari tritissima est (Ew. *Gr. ar.* I, p. 308—312). Aliae ejus generis formae infra recurrunt: v. c. in Cap. XXVII p. 129 أعْتَلّت pro أعْتَلَلْتْ, et p. 144 in Cap. XXIX وَأخَاتَمْ (in Cod. واحاتم) pro وَأخْلَلْتُمْ. — Mos pro جدا, ut in Cod. leg. جدا. Adscribitur deinde Interpretamentum voci الموضع, nempe بيت المقدس, quo sine dubio *Templum* significatur *garizimitanum*. Particula

من in منه وتحفظة *ea* tantum praecepta indicat, quae hominibus, qui non *Levitae* aut *Sacerdotes* erant, praestanda incumbebant. Mox, ut p. 52, animadvertatur *lusus* duplicis notionis verbi حفظ, *servandi* et *observandi*, in sententiâ تحفظ تنحفظ, *si observabis, servaberis*; quâ de re vid. etiam Gesen. in *Carm. samarit.* p. 47 n. 10. Vox الخطاب in fine, tale colloquium significat, quod ad *Foedus* ineundum instituitur.

Hoc Caput maximam partem convenit cum Jos. I. 1—9. Pleraque *versionem* fere referunt *Textûs hebraici*, s. potius *graeci*; pauca tantum differunt.

CAPUT X.

(*a*) Caput X, omissâ Inscriptione, exhibet Hotting. l. l. p. 487 seqq. Primum hîc verbum اجتمع c. a. p., deinde cum الى p. construitur; illud sensu *sibi aliquem congregandi*, id est *conveniendi cum aliquo*; hoc *congregandi*, sive *veniendi ad aliquem*. Verbum قرّب, omisso قرابين, hîc significat *obtulit Sacrificium*, et sic etiam infra p. 193, 237 in f., et p. 238; illud vero additur p. 220 in f. — Insolentior est forma ٱلْخَمْسِينَات a singulari ٱلْخَمْسِينَةُ, *Agmen 50 Virorum*, cujusmodi formas Arabes non amant, qui hîc usi fuissent formâ ٱلْخَمْسُونِيَّة, sive ٱلْخَمْسِيَّة (de Sacy *Gr. ar.* ed. 2ae I. p. 428, Ew. *Gr. ar.* I. p. 237). Fieri tamen potest, ut hanc *posteriorem* formam Auctor scripserit. In Codice enim ea vox in fine lineae non absoluta est. Ne hanc enim transgrederetur, Librarius scripsit والخمسي, sed deinde Codicis Revisor in margine addidit نات. Vox شُبُوبٌ, ut *Collectivum* τοῦ شَابٌّ (quo sensu mox occurrit), in Lexicis (ubi tantum *Collectiva* memorantur شَبَابٌ et شُبَّانٌ) non citatur, sed ut *Nomen actionis* notionis *elata fuit*. Quinam sint اولياء h. l., collatâ p. 52, non dubium est. Intelliguntur *Majores*, *Patriarchae* in primis, et *revelationes supranaturales* spectantur, quas hi accepisse dicuntur. — Qoranica dictio observetur in verbis انكم لا تشركوا بالله. Mox per بَسْطُ ٱلشَّرائعِ المؤخوذ عليها العهد intelligi videntur Orationes, quae Mūsa sub finem vitae habuit, sive *Liber Deuteronomii universus*, et sic Glossator, qui sequentia addidit, locum item explicuit, cogitans, dum شرح الشريعة memorat, Deut. I—XXV, dum vero loquitur de شرح ما ينال الخ, *benedictiones et minas* attendit, quae Cap. XXVI et seqq. continentur. Sine dubio بَسْطٌ est *expositio*, ut بَسَطَ p. 32 *explicuit*; et المؤخوذ عليها العهد, loco illustratur اخذ عليه الميثاق, quem Wilmett.

ex *Vitâ Timuri*, p. 592. 11 attulit. Dictum nempe proprie significat, *sumsit super eo pactum*, id est *pactum scriptum manu prehendit, et in altum sublatum praelegit;* aliis verbis, *pactum cum aliquo iniit.* Pari modo Hoogvliet in *Spec. de regiâ Aphtasidarum Familiâ* p. 127, 6 a f., et p. 131, n. 113, verba explicuit اخذ عليه الكتاب (*hij overhoorde hem het boek*). Et sic locus noster item explicetur, *pangitur Foedus recitatis iis Legibus.* — Pro solenni معكم وحْدكم, hîc porro legimus معكم وُحُودكم, *vobiscum solis.* Alibi Noster ad Linguae usum se componit, v. c. Cap. XXXIV p. 165. Perperam autem h. l. Hottinger*us* legit وجودكم. Verbum نَسَلَ *genuit*, quod de *animalibus* tantum usitari solet, mox de *hominibus* adhibetur, quo sensu Arabes potius Verbo وَلَدَ utuntur.

(*b*) Vox تَوَاجُهٌ, proprie *mutuus adspectus*, id enunciat, quod Judaei dicunt שְׁכִינָה, Cf. etiam infra p. 200 et 208, et dictio in Libris Druzorum المُوَاجَهَةُ (*la conversation face (à) face*), vid. de Sacy *Exposé de la Relig. des Druzes*, I. p. DV, et II, p. 194. Deinde observetur sententia لا يكون فيكم فاسد النية الخ. Chronici nempe Auctori, postquam haec scripserat, in mentem venisse videtur dictio proverbialis, quae exstat Deut. XXIX. 18. Ibi in Textu hebraïco haec leguntur: פֶּן־יֵשׁ בָּכֶם שֹׁרֶשׁ פֹּרֶה רֹאשׁ וְלַעֲנָה, id est: *ne sit inter vos radix gerens venenum et absinthium;* quae verba hunc sensum habent; *ne quis Idolorum Cultu capiatur, et hujus amore alios tamquam veneno inficiat.* Hunc locum Noster sine dubio spectat, sed duobus verbis absolvit, quae in Scholio item leguntur, Versioni Abū-Saʿīd*i* apposito. *Hic* enim locum reddit: كيلا يوجد فيكم اصل مثمر سمّا وعَلْقمًا; Sa:adīa vero: كيلا يكون فيكم رجل مُثْمِر سُمٍّ او عَلْقَمٍ. Vox لعنة in Chronico refert Hebr. לענה. Praecedentem vocem امراق Hottinger*us* in *Smegm.*, p. 490 sub finem) interpretatus est *foetor.* Sed ut Freytag*ius*, allatâ Qamūs*i* auctoritate, docuit, significantur *spicae aristae.* Nec *spicae aristae* intelligi videntur *cujusvis frumenti generis*, sed *ejus* plantae, quae *externâ formâ triticum* refert, plantae nempe, quae vulgo dicitur زُوان, et graece ζιζάνιον, v. c. Matth. XIII. 25 seqq. — Quae porro ab aliâ manu explicandi causâ adduntur, sententiae cursum turbant, sensum tamen dicti bene reddunt. Quae enim in colo 18 praecedunt, declarant, de *Idolorum Cultu* hîc esse sermonem. — Verba p. 52 عليكم لا لكم transposui, quia sensus est: *Deus, Coelum, Terra, Angeli, si quando testimonium de vobis proferant, hoc faustum vobis sit.* Deinde p. 52 observetur notio vocis سَعَادَةٌ, quâ hîc designantur *virtutes*, quibus aliqua terra emineat, ut voce بَلِيَّةٌ ejusdem *calamitates*

sive *plagae* intelliguntur, voce vero مَنَاحِس *res* quaeque *infaustae*. Perperam اعَانَة, Hott. *horizontem* explicuit, nam non ab عان Mediâ *Jā* (in IV *acuto visu observavit*), sed ab عان Mediâ *Vāu* (in IV *adjuvit*), derivandum; *id* ergo intelligitur, *quod auxilium praestare possit*. Verba واسم الملك الاعظم عن نصرتكم explicantur dictis in Cap. II (p. 7) الاسم الذى يهزم به العساكر الج. Vid. *Ann.* ad Cap. II. n. *c*. *Rex* ergo *magnus* non, ut suspicatur Hotting. l. l., et Reland. *Diss. Misc.* II p. 27, est *Messias*, sed *Deus*, qui etiam Cap. XXIX, p. 135 dicitur ملك الملوك, et p. 143 الملك العظم شانه العالى مكانه. Vocem ويحلكم mutavi in ويحل بكم. Verbum enim حل in hoc ipso Capite (p. 49 et 51) construitur cum ب, non c. a. p., et *illa* Litera cum Kāph in Scripturâ samaritanâ facile confundi, et *bis* sic *scripta* a Librariis omitti potuit. *Libri Irae et Maledictionis*, deinde laudati, sunt Capita Deut. XXVII et XXVIII. Ante وَاقِع et مُضَاف accuratior Scriptor, praecedente Nomine definito, Articulum scripsisset. Contra Articulum Noster, more Scriptorum sequiorum, scripsit v. c. in statu constructo ut C. XII (p. 60), احصاء التسعة اسباط, et ubi sequitur suffixum, ut C. XXVIII (p. 133) العزقاة. Vidd. dicta in *Ann.* ad Cap. I. n. *a*.

In hoc Capite multa conveniunt cum Jos. XXIII et XXIV. Multa etiam ipse *finxit* et *exornavit*. In his dicta in Capitis initio, ubi concionis congregatio describitur, deinde placita et dictiones nonnullae recentioris aetatis, atque *Templi* mentio.

CAPUT XI.

Quae a verbis يا سيدنا ad ترسموه leguntur, Hotting. l. l. p. 492 descripsit. Omittuntur reliqua. Verba طارحين ارواحهم, proprie *projicientes animas suas*, intelligantur de *animo Deo devoto*, nec vertantur *in terram ipsi se projecerunt*. Pro ارواح tunc أَنْفُس scriptum fuisset. Cum iis, quae hîc traduntur, conf. Jos. I. 12—18.

CAPUT XII.

(*a*) Apud Hotting. l. l. exstant p. 493—495, quae leguntur a جلس (p. 56) ad منشه (in Cod. p. 58 lin. 6), et a وكان احصا (p. 60) ad الف رجلا (p. 61). Cum verbis المطلع عليك الله conf. locus C. XVI, p. 78 et (ubi eadem, quae p. 78, verba repetuntur) C. XXXVII, p. 179. In his locis legatur مُطْلِع, (*faustum sidus*) *exoriri faciens*, id est: *res* alicujus *prosperas*

reddens. — مُرْتَبَة, quod Reland. in margine ad Hott. *Smegm.* reddit *in ordine*, hìc sine dubio, ut Hott. recte vertit *solium* significat, non *pulvinar*, de quâ notione vid. Freytag*ius*. — Verbum دعا in Xâ c. c. a. p., hìc vero, et in Libro فتوح مصر p. 40 l. 3, et alibi, c. ب p. quae constructio a Castell*o* notata est. — Verbis, inde a فانه ad تحت الاحصاء, animadversio videtur contineri Interpretis arabis. Primum ob oculos habet Num. XXVI. 62; quae vero deinde addit, a relatione veteris Chronici samaritani, quod ille vertit, videntur differre, quia eos, qui *ipsum* annum agerent *vigesimum* et *quinquagesimum*, e Censu *ille* excepit, dum tamen nec supra excluduntur, neque Num. I. 3, 18, 20, coll. Exod. XXX. 14, XXXVIII. 26, et Num. XXVI. 2. Nimirum ad militiam obeundam obligabantur Israëlitae, non, ut nonnulli statuerunt, ad annum *sexagesimum*, sed ad *quinquagesimum*, ut ex collato Num. IV. 3 seqq. apparet, ubi de Censu Tribûs Levitarum fit sermo, de iis habendo, qui annum attigissent *trigesimum* ad *quinquagesimum* usque. Sic statuit etiam Josephus *Antt.* III. 12. 4; et hanc Judaeorum sententiam Samaritani probabant. Nomen منشه hi pronunciasse videntur *Manašša*. Arabes pronunciabant منشّا; conf. de Sacy *Exposé de la Rél. des Druz.* I, p. CCCIII. n. 2. Quae hìc de summâ Gentis, et de urbibus Tribuum trans Fluvium narrantur, conveniunt cum locis Num. XXVI. 51, et XXXII. 3.

(*b*) Hanc notam Chronici Interpres addidit in gratiam Nabīh*i*, qui Cap. XXIII ditionibus trans Fluvium praeficitur, et cujus res fortiter gestae deinde Capite XXXIV—XXXVII fuse narrantur. Vocatur نبيح, non نفيح, ut Hottinger*us* semper scripsit; et sic, de *Nephich*, sive *Naphicho* loquens, alios item in errorem duxit. Revera legendum esse نبيح, ex Cap. XXXVII (p. 174) diserte patet, ubi Šaubac, in eo nomine ludens, ei dicit: ما لك تَنْبَحُ. Quibus Nabīh*us* respondet, suam Genealogiam addens: اسمى نبيح بن جلعد بن مكير بن منشه بن يوسف. Haec tamen non conveniunt cum Codice hebraeo, ubi quidem (Num. XXVI. 29, XXVII. 1, et 1 Chr. VII. 17), Generationum ordo a Jūsafo ad Ģilād*um* eodem modo traditur, non vero *Nabīh*us inter *Ģilādi* filios recensetur. Nec facile cum illis in concordiam rediguntur dicta C. XXXV (p. 167), ubi Nabīh*us* vocatur ابن عمّه (يوشع), et C. XXXVI, ubi Jūšaa cum alloquitur verbis: يا ابن عمّى, si hoc vertitur *filius patrui Jūšaae*. *Hic* enim erat *Ephraïmita* (1 Chr. VII. 20—27). Utrum tamen *Samaritani* illud Nabīh*i genus* finxerint, an ex *Judaeorum* traditione acceperint, non constat, praesertim quia loci, laudati ex VII° Capite prioris Chronicorum Libri, corrupti sunt, et lacunis laborant. Judaeis recentioribus saltem hunc Virum non ignotum fuisse, apparet ex Libro יוחסין, ubi, ut videbimus ad Caput XXVI,

vocatur יניח. Quae h. l. leguntur, desumta sunt ex Num. XXXII. 42, ubi נֹבַח (LXX *Ναβαὺ* = נְבָו, Abū-Sa'īd نُبَّح), ex quo nomine, in נביח corrupto, forma نبيح orta sit, קְנָת expugnasse, ac suo nomine nuncupasse dicitur. Idem oppidum hîc intelligitur, quod graece vocatur *Κανάθα* et *Κανῶθα*, in Hauranitide prope Bostram (vid. Rel. *Palaest.* p. 681 seq.), hodie قَنَوَات (Burckh. *Reisen in Syriën*, I. p. 157 et 504 seq., et E. Smith in Robins. *Palaest.* III. p. 911, Lengerke *Kenaan* I. p. 605, et E. Bertheau in *Comm.* ad Jud. VIII. 11). *Unam* ergo is, (non *tres*, ut in hoc Chronico) Nabīh*us* cepisse videtur. *Trium* oppidorum mentio derivetur ex Num. l. l. perperam intellecto. Ģil'ad*um* nempe, col. 39 a Machīri Filiis expugnatam, *urbem* esse censuerint. Idem statuerint de nomine, in col. 41 obvio, ubi (coll. 1 Chr. II. 22, 23) Jaīr*us* (fortasse Nabīh*i* ابن عمّ h. l.), expugnasse fertur וְאֶת חַוֹּתֵיהֶם, pro quo Pent. samarit. exhibet את חותים, quod aliquis fortasse legit אֶת חַוֹּת יָם, *Tuguria Maris*, locum forsitan sibi fingens, haud procul a *Mare Tiberiadis* dissitum.

(c) بتقريب h. l. eodem sensu adhibetur atque تقريبا *circiter* (*bij nadering*). De دون in numeris definiendis vid. Ew. *Gr. ar.* II. p. 85. De *Virorum* numero conf. Num. XXVI. 7, 18 et 34. Tribus nempe trans Jordanem numero constabant 110,580, qui 5a *fere* pars dici potest Gentis universae, qui constabat 601,730 Viris (vid. col. 51). Ad colloquium sequens conf. initium Num. XXXII. In hoc colloquio, vox occurrit جَرِيدَةٌ quod ibi non significat *equitum turmam*, ut saepe, neque *cohortem* universe, sive *agmen*, exercitum *separatim sequens*, sed *tabulam*, ita ut sensus sit, *proficiscamur, ac si unâ eâdemque tabulâ cum reliquis Israëlitis conscripti essemus*; id est *simul, cum iis.* Quominus vertamus *proficiscamur uno agmine, exercitum separatim sequente*, jam obstat relatio Num. II. Sic enim sensus esset, eas Tribus *sub uno vexillo* conjunctas fuisse, dum Num. II. 10—16 *Rubenitae*, *Gaditae* et *Simeonitae* sub uno Rubenis vexillo, et col. 18—21 *omnes* Manassitae sub Ephraïmi vexillo militasse dicuntur. Verum hic dissensus levior est, quam ut *hanc* solam ob causam *cohortis* sive *agminis* notionem missam faceremus, praesertim quia talis cum Cod. hebr. dissensus in hoc Chronico saepe animadvertitur. Gravius argumentum aliis hujus Chronici locis inest, quod cogit, ut جريدة *tabulam* vertamus. Non affero locum mox obvium p. 59 مبلغ جريدتهم, qui *per se* rem non definit, sed potius proxime sequentem مبلغ جريدة احصاء التسعة اسباط, et p. 60 وهذه جريدة الاحصاء, atque p. 61 اتوا العرفاء بجريدة الاحصاء, ubi *agminis* ejusmodi notio admitti nequit, neque etiam p. 112

57

ففى جرائدنا ثلث مائة الف رجل, et p. 152, ubi *Collect.* exstat, رفع جريدة الاحصاء (*et in tabellis nostris trecenta millia Virorum conscripta sunt*), et sic etiam p. 118 رفعوا الجرائد الى ولى الله (*tabellas detulerunt ad Dei Ministrum*), et p. 89, ubi جرائده sunt *tabellae*, quibus omnes Tribûs judaïcae Familiae nominatim erant inscriptae. His locis ea notio, licet in Lexicis non memorata, satis confirmata est. Quomodo autem idem vocabulum apud alios Scriptores *turmam* equitum et *cohortem* universe, in hoc vero Chronico *tabulam* significare possit, ex radicis notione illustratur. Verbum جرد significat *detraxit*, *denudavit*, *manifestavit*. *Turmae* ergo et *cohortis* notio orta est ex notione *detrahendi*, *sejungendi*, et *forma feminina* pendet a Substantivo subintellecto طائفة, adeoque *agmen* a reliquo exercitu *sejunctum* designat. *Tabulae* notio ex *manifestandi* notione fluxit, et *rem manifestatam* (*eene opgaaf*) indicat, sive *tabulam*, aut *conspectum*. Probatâ ergo notione *tabulae*, non amplius dubius est sensus Verbi جرد p. 59, in sententiâ واول من جرد يوشع بن نون الخ. Legendum est جَرَّدَ, quod alibi quidem significat *emisit turmam equitum*, sive *cohortem separatam* in universum (vid. Wilmett. *ad Antaram* p. 197 seq.), quo sensu hodie etiam tritum est (Humbert *Guide de la Conversation arabe* p. 137). Hic vero est denominativum, derivatum a Substantivo جريدة, *tabulae* notione, id est *tabulam fecit*, sive *conscripsit exercitum*, quae notio in Lexicis item desideratur. Idque manifestum est, tum quia statim sequitur وكان مبلغ جريدتهم الخ, tum quoniam p. 61 *Principes adduxisse dicuntur tabulam* (اتوا العرفاء بجريدة). Noster nempe merito putabat nullum exercitum bene instrui et ordinari posse (quâ de re hoc Caput, teste etiam Inscriptione praesertim agit) nisi praemissâ conscriptione. Et verum quidem est, conscriptionem, a Jūša:a *tunc* institutam, non diserte in Libro Josuae hebraïco memoratam esse, sed Auctor attendens Jos. I. 12 seqq., et exinde colloquium describens, illam finxit, numeris, ut diximus, desumtis ex censu, secundum Num. XXVI, Mūsạ vivente, acto. Numerus ille $2\frac{1}{2}$ Tribuum, qui in hoc Chronico *hîc* memoratur, ut cum supra dictis conveniat, legatur pro عشرين, ut p. 113 recte habetur, عشرة. Ibi tamen (p. 113) ex nostro loco, pro وثلثين restituatur وثمانين. Suffixum deinde in منها (in fine p. 59) retuli ad *duas Tribus et dimidiam*, idque Noster perspicuitatis causâ tantum addidit. Pronomen vero in verbis وعلى هولاى p. 60, referam ad subintellectum جرائد. Posterior hicce locus illustratur iis, quae deinde C. XXIV p. 118 narrantur.

(*d*) Cum iis, quae leguntur Num. XXVI. 22 seqq. hic numerus convenit, cui si additur summa Tribuum trans Jordanem, omnium numerus est 601, 730, ut l. l. col. 51 legitur. Idem Levitarum numerus etiam legitur Num. XXVI. 62. Verba porro ان يحصل

من الواحد الف الخ, libere desumta sunt ex Deut. XXXII. 30, quae aliis verbis Jos. XXIII. 10, et Jes. LX. 22 repetuntur.

CAPUT XIII.

(*a*) Totum Caput XIII a Relando (*Diss. Misc.*, II. p. 79—83 *latine* versum, *initium* modo (a لما ad الجواسيس) *arabice* editum est. Major Textûs arabici pars legitur apud Hottingerum, (l. l. p. 495—497); ea nempe, quae in Codice p. 62 habentur a voce وغيروا ad vocem in p. 63 طويلة, et quae exstant in Cod. p. 67 ineunte a vocibus وهذا اجمل ad الكلام p. 68 reg. 3. Verbum جرّد p. 62 significat *solus iter fecit.* Exploratores ii in arabicâ Versione Jos. II., 1, dicuntur من الكافرين (*ex infidelibus*). Legit Interpres ἐκ σατανίν, quae varians lectio in Ed. holmesianâ non notata, et orta est ex corruptione verborum ἐκ σαττίν, quae Hebraïcis מִן הַשִּׁטִּים respondent. Ab eodem Interprete (quâ ex re appareat, quantopere graeco Textui Versionem accommodaverit) Ἱεριχώ redditur اريحا. Urbis enim nomen ab Arabibus dici solet, ut in nostro Chronico يَرِيحَا, quod in Oriente saepe etiam, ut sub finem Chronici, pronunciant ريحا. *Duos* Exploratores memorat Textus hebr. *Plures* hoc Chronicon. Nimirum, ne dicam *Collectivum* جواسيس, quod *plures* supponit, p. 64 *tres quatuorve* Viri eos aggressi esse dicuntur, *quorum unusquisque unum ex iis prehendebat;* unde conjiceres ipsorum *numerum* Scriptorem designare noluisse. In verbis ما نقل الينا (p. 63), postrema vox sine causâ in margine Codicis mutatur in اليهم, et deinde a Scaligero متشاغلين, in مشتغلين. P. 64 vocem مجدين verti *gloriandi* sensu, ut Relandus (l. l. p. 80), quod etiam voluit Scaliger, emendans ماجدين; sed vertatur *omnes vires intendere, festinare.* Pronuncietur enim, مُجِدِّين (IV a جدّ), ut suadet constructio, sequente الى. Paulo post حَصَّل cum ب (p. 117 in C. XXIII cum في) sine dubio significat *pervenire in locum*, et حِلّة, ut p. 81 *castra*, quo sensu infra p. 91 حِلّة occurrit. Relandus, loco non intellecto, vertit: *at dum ad illos proficiscimur de monte descendentes, vix paulum a monte aberamus* cet. Verbum ذهل porro in IVâ legi, sensu *obstupefaciendi*, de quâ notione vid. Doct. Dozy *Hist. Abbad.* I, p. 360. Nec dubitavi emendationem recipere Librarii, qui Codicem, *arabicis* Literis utens, revisit, p. 66 pro لنفوسكم, ut prima manus scripserat, legentis لنفسيتكم.

(*b*) Pro فتربط (nam a manu orientali, Codicem revidente, punctum ultimae Literae ad-

ditum est) legatur قَتْرِبِض, hoc sensu : moenia *corruent;* proprie *pedes, sub corpore cubabunt,* qui vocis usus metaphoricus in Lexicis non notatur. Eadem dictio bis praeterea in hoc Chronico obvia est, et utroque etiam loco pro ض scribitur ظ; nempe Cap. XVII p. 84, et Cap. XXXVII p. 177. De exercitu, *placide* in castris *degente*, ربض etiam legitur in *Vitâ Timuri* (ed. Gol.) p. ئط l. 4. Porro in verbis داخل والبلد omittatur *Copula.* Pro والمهلك p. 67 Hotting. perperam edidit والمالك, quam lectionem etiam secutus est Relandus, vertens *et subjugavit.* Deinde verbum تَجَرَ, nisi legis سَيَنْجَرّ (VII Verbi جَرّ), occurrit sensu (in Lexicis ad utrumque Verbum omisso) *convertit, recepit se.* Ante اقوام Arabs praeposuisset فانهم (Ew. *Gr. ar.* II p. 268 seqq.). Noster vero ejusmodi *Copulas* saepe neglexit (vid. ad Cap. II. n. *e*), quod rursus conspicitur p. 70, ubi pro ان scribendum fuisset فان. Perperam Scaliger الا post يهادنوا in الى mutavit. Mox صُورَة sumitur *suspicionis* sensu. Pro والتجبر العصيان legatur واهل التَجَبُّر والعِصْيان, non, ut Scaliger conjecit واهل الفِسْق, quod non differret a praecedente فاسقين. — Insolitâ *se convertendi* notione p. 68 usurpatur رجع, quia Exploratores Jarīhām nondum adierant. Deinde legatur فَقطن. Vox فُنْدُق, πανδοχεῖον, *diversorium*, p. 238 obvium in Lexicis laudatur, non vero فُنْدُقي, quod h. l. (p. 68), et p. 85 in f. in *feminino* genere occurrit, Gr. πανδοκευτρία, sive *mulier tabernaria, caupona.* In *masc.* gen. p. 238 alia forma, Lexicis item addenda, usitatur فُنْدُقاني πανδοχεύς, sive *caupo.* P. 69 observetur vox اجّار *lectum planum*, apud Arabes, Syriae et Hegāzi incolas hoc sensu frequentata. Pro وجدوا Scaliger in Scriptore adeo sordido sine causâ reposuit يُوجَدُوا.

Major eorum pars, quae hoc Capite tradita sunt, cum Jos. II conveniunt; dicta nempe de missis Exploratoribus, eorumque Jarīhām in Rahābae domum adventu, tum etiam de suspicione, quam civibus ii injecerant, et de conditionibus, quas cum Rahaba iidem stipulabantur. Ficta sunt reliqua: 1) *dolus*, quem Canāanitis struxerunt, maximam partem desumtus ex Jos. IX; 2) *Oratio* ab Exploratoribus coram iis habita, partim conflata ex verbis Rahabae (Jos. II. 9—11), partim ex iis, quae deinde facta esse dicuntur, dicta v. c. de moenibus corruentibus (Jos. VI. 5, 20), partim a nostro Auctore excogitata sunt, hoc agente, ut non modo Exploratorum, *diversarum* (quae *inter Canāanitas* usitatae fuissent!) *Linguarum peritiâ excellentium*, sed Jūšaae praesertim laudes celebraret.

CAPUT XIV.

Omissis Inscriptione et ultimis verbis, HOTTINGER*US* hoc Caput universum inseruit l. l., p. 497—500. Hîc 1) observetur forma Linguae vulgaris المنادا pro المُنَادَاةُ, Inf. Speciei III Verbi ندا, ubi, *longâ Vocali praecedente*, ة finalis absorbetur. In vocibus vero وفاة النبي (v. c. p. 40) ة scribitur, quia cum seq. voce conjuncta, ut *t* pronunciatur. Ibi etiam, ut Literae *pronunciatae* esset indicium (vid. *Ann.* ad Cap. IX), Literae ة Codicis Revisor duas lineas imposuit. 2) *Arca* (صُنْدُوق) describitur, (de quo loco egit etiam HOTT. in *Enn. Diss.* p. 19), ubi tamen bene distinguantur Glossae. Prior est وهو صندوق العهد الكائن, *et haec Arca est Foederis, quod* vivo Jûsa:â *exstitit.* Ob oculos habet Glossator locum Cap. XVII p. 83, ubi Auctor Arcam appellat صندوق العهد, et Cap. X p. 49, ubi Foedus dicitur renovatum esse, quod *ante Mûsae mortem existebat.* Altera Glossa verba explicat الجوهر العلوي, et continetur sententiâ وهو — اللاهوتي, cui, ne quis putaret الجوهر diversum esse ab الالواح, haec adduntur اذ انها الجوهر العلوي, *ecce hae Tabulae sunt Gemma illa coelestis.* Hae Glossae illustrantur ex Carminibus a GESEN*IO* editis (l. l. p. 32, 33). In Carm. IV. v. 13, 14, 20 seq. (coll. p. 80, 81, 83, 84 seq.) dicuntur *duae* Legis *Tabulae firmae* fuisse, et *conscriptae digito divino*, s. *digito ignis ardentis*, et *fulguris instar splenduisse*, quin *pellucidae* fuisse, *ita ut quae iis inscriptae essent, in parte aversâ legi possent.* Haec fabulantes Samaritani imitati sunt, aut Judaeos recentiores, etiam statuentes Legis *Tabulas* esse *sapphyrinas*, et conscriptas *calamo divino* (conff. loci JARCHII ad Deut. XXXIII. 2. et Pseudo-JONATH. ad Exod. XXXI. 18, apud GESEN. l. l.), aut potius Moslim*os*. Locum AL-KESÂÎ*I* descripsit RELAND. (*de Religione Mohammedicâ*, Traj. 1717. p. 52), qui de *unâ Tabulâ* loquitur, *Dei* exhibente *Decretum*, et constante ex *margaritâ immensae magnitudinis*, conscriptâ *calamo*, *ex cujus fissuris lux procedebat*, ut ex nostris calamis atramentum. — Spatium 2000 cubitorum dicitur *dimensum* (المساحة), qui etiam sensus est Textûs hebraïci (Jos. III. 4) כְּאַלְפַּיִם אַמָּה בַּמִּדָּה, id est *2000 circiter cubiti*, *fune mensorio* (non ex *conjecturâ*) *dimensi.* In fine p. 72 occurrit vox مُؤَبَّد, *perpetuus*, quo sensu in Versionibus arabicis usitatur. Sequitur deinde alia Glossa in verbis وهي — الاركن. Porro vox جَمَاد, quod HOTTINGER*US* vertit *loca dura*, hanc notionem revera habet, hîc vero (quod RELAND*US* in suo *Smegm.* exemplo observat) *immobilia*, sive *inanimata*, designat. Proprie significat جَمَدَ *concrevit*, et sic usitatur

de *congelatione aquae.* Hinc جَمَدٌ *res* quaevis *dura*, *immobilis*, *inanimata.* Atque hanc notionem hîc tenendam esse, docet praecedens المتحرك, *mobilia*, sive *animata.* Infra Cap. XXIX (p. 137) iterum ea vox occurrit, ubi opponuntur *res animatae* (الارواح) *inanimatis* (الجماد).

Summa hujus Capitis ac duorum sequentium continetur Jos. III et IV. In Capitis vero initio Jos. I: 10 seq. spectatur. Orationes Praeconum, Jûša:ae, et Levitarum; rursus fictae sunt, ac similiter mandatum, 12 iis Viris traditum, ut quisque lapidi nomen suum inscriberet, quod ii pariter atque *Jûša:a* ipse Cap. XV fecisse dicuntur. Ceterum eadem, quae in Cod. hebr., in narratione de 12 iis lapidibus confusio hîc animadvertitur, cujus origo facile, ut videtur, explicari potest. Variae nimirum olim inter Hebraeos de iis quoque lapidibus ferebantur traditiones. In his erat traditio, hos Viros singulos *unum* lapidem gessisse, quem ponerent in medio Jordanis exsiccati alveo, ut pavimentum quoddam struerent Sacerdotibus, Arcam portantibus, in quo hi firmiter starent, interea dum Populus transiret (Jos. IV. 3—10, coll. III. 17); qui lapides eo in loco adesse dicuntur *ad hunc usque diem;* ac tale monumentum Noster item secundum Cap. XVI a Jûša:â exstructum esse testatur. Altera traditio ferebat, eos lapides *ex eo loco sublatos*, et *traductos* esse *Gilgal*em (Jos. IV. 3, coll. col. 8 et 20). Tertia traditio istud *pavimentum* non videtur cognovisse, quare haec de Sacerdotibus loquitur, qui in ripam pergentes, *pedes* e luto *evellebant* (IV. 18). — Hae traditiones in hebr. Josuae Libro omnes sunt receptae. Difficultatem vero alexandrinus Interpres, Jos. IV. 9 vertens, sensit, ἄλλους ibi *de suo* addens Alii aliter, sed frustra, eam tollere studuerunt. Quarta hodie inter Samaritanos fertur traditio, 12 lapides ex Jordane sublatos, depositos esse *ad radices Montis Çarîzîmi*, ubi ii mansuri sint ad Messiae (Al-Mohdîi) usque adventum (Rob. *Pal.* III. p. 320). De loco Jos. IV. 9 vere judicavit Lengerke, hoc colon *Glossam* esse opinans, ab aliâ manu Libro insertam (*Kenáan* I, p. 624).

CAPUT XV.

Magna hujus Capitis pars vid. ap. Hotting. l. l. p. 501—503, ubi, quae omisit, summatim suis verbis ipse enarravit. In Inscriptione vox occurrit, quae جُوزَان, sive جَوَزَان (Sacy *Gr. ar.* I. p. 114) enuncianda, hîc significat *transitum*, ut postea etiam p. 80, 98, 205, quae notio in Lexicis omissa est, ubi *trabs* explicatur, id est *res ab altero ad alterum parietem transiens.* Post الشهر inserui الاول, vertens *initio mensis primi.* Videtur nempe Noster ob oculos habuisse tempus Jos. IV. 19, ubi Israëlitae ex Jordane descendisse dicuntur *die 10° mensis primi.* Auctor nempe, si Hebraeorum more vocem *dies* omittens, voluisset scribere *die primo*, scripsisset فى الاول من الشهر. A die autem

fingendo ille, diem ignorans, ut initium Cap. XXI docet, sese abstinet. Eamdem vocem Scaliger (*De Emendatione Temporum* Libr. VII L. B. 1598, p. 625) tacitus inseruit, vertens: *Nubes vero recessit initio mensis primi Semitah primi Jubilaei ab initio ingressus filiorum Israël in fines divisionum terrae.* Omittit ergo *anni primi*. Hott. vertit (l. l.): *initio mensis anni primi.* Quae legens, accuratam desideras temporis definitionem, ac sponte rogas: *quo Mense?* Relandus (*Diss. Misc.* p. 42 seq.), sic reddit: *primo mense primi anni primae Schemittae ex Jubilaeo.* Si vero ita vertitur, legendum est, ut construendi ratio sequentium etiam suadet, pro فى اول الشهر ,فى الشهر الاول; conferatur modo initium Capitis XXI (p. 101), لما كان فى اول الشهر الثامن الخ, et Cap. XLII (p. 201), اول سنة (*initium anni*). Vox اَلشَمِطَّةُ, non per س, ut in nostro Chronico, scribenda est, et recte per ش exaratur in Epistolâ Samaritanorum ad Anglos anno 1676. Vid. Eichh. *Repert.* IX. p. 34. Idem scribendi vitium in hoc Codice commissum est Cap. XXXVIII (p. 181) in voce يسمطوا, pro يشمطوا, quod pronunciandum est يُشْمِطُوا الارض, id est *terram celebrare fecerunt* الشمِطَّة, quo sensu nec Verbum سمط, nec شمط, in Lexicis exstat, et illa vox item desideratur. Hanc Samaritani certo mutuati sunt a Judaeis, qui voce שְׁמִטְּתָא (proprie *dimissio*) usi sunt non modo de *Anno sabbathico*, s. *dimissionis*, sed etiam ut h. l. de *Cyclo sabbathico*, s. *septem annorum spatio*. (Buxtorf. *Lexic. Rabb.* et *Talm.* in voce שמט). Olim Cyclus ille dicebatur שָׁבוּעַ, ut Dan. IX. 24, et apud Josephum in *Antt.* III. 12, 3, ἐτῶν ἑβδομάς. Per اليوبيل, quod etiam hebraïcae est originis, et in Lexicis omittitur, sed in arabicâ Pentateuchi Versione occurrit, Reland. l. l. non *ipsum annum* 50um, sed *Cyclum*, s. *spatium 50 annorum* jure intellexit. Cyclus nempe jubilaeus constabat 50 annis, id est *7 Cyclis sabbathicis*, et *uno Anno jubilaeo*, *anno* nimirum, a quo Cyclus ille incipiebat. Anno ergo *proximo*, id est *secundo* Cycli jubilaei, sive *primo primi Cycli sabbathici*, ea, quae hîc narrantur, accidisse feruntur. Isque annus, idem, quo Musa ex vivis secessit, initium erat novae Periodi, quam Samaritani Cap. XXXVIII (p. 181) dixerunt تاريخ يوشع. Inter Judaeos horum Cyclorum usus post reditum ex captivitate demum invaluit. Tunc nempe institutum de Anno sabbathico, a Mūsa sine dubio mandatum, sed a Populo neglectum, usu receptum est: conf. Neh. X. 31, 1 Macc. VI, 49, 53; Joseph. *Antt.* XIII. 8. 1, XIV. 10. 6, et 16. 2, XV. 1. 2; etiam Jonath., qui ad Exod. XII. 40 observat, Israëlitas in Aegypto versatos esse תְּלָתִין שְׁמִיטִין. Neque in *Palaestinâ* tantum, ubi Judaei praeterea utebantur *Aerâ Seleucidarum*, sed Judaei etiam *aegyptii*, qui *inde a creato Orbe Terrarum* annos computabant, sed Textum in eo sequebantur Versionis alexandrinae, per Annos sabbathicos numerabant, ut docet temporis

computatio, quae sub finem Versionis aethiopicae et arabicae *quarti Libri* Ezrae legitur, cujus *Auctor Judaeus* fuit. Vid. Ch. J. van der Vlis *de Ezrae Libro Apocrypho, vulgo quarto dicto.* Amst. 1839, p. 177 seq. Samaritanos eorumdem annorum institutum observasse, tum ex h. l., et Epistolâ supra laudatâ, et ex Cap. XXXVIII liquet. Praeterea ex nostro loco, et Cap. XL et XLVI patet, quantopere iidem adhaeserint Aerae *ab Orbe Terrarum condito* incipienti, quam vero ii *suo* Codici hebraeo superstruunt; vid. supra *Diss.*, p. 78 et seq. *Hujus* ergo *Aerae* ratione habitâ, annos numerant ab eo inde tempore ad transitum Jordanis 2794, Judaei vero 2488, ita ut, quod Scaliger item observat in margine Codicis leyd., *haec Aera excedat nostram annis 300*, non *30*, ut Hottinger*us* (*Smegm.* p. 451) perperam ibi legit. Non mirum ergo, Auctorem h. l. addidisse: *et haec Aera vera est, quam cognoverunt Viri docti ex Annalibus Diluvii.* Notum enim est, quomodo anni Patriarcharum *ante* et *post* Diluvium differant in *judaïco*, *graeco*, et *samaritano Pentateucho* (quâ de re vid. Gesenii *Comment. de Pentateuchi samaritani origine* cet., p. 48 seqq.) Hanc Samaritanorum Chronologiam Klaproth*us* (in *Asiâ Polyglottâ*), Chronologiae graecae Versionis et Textûs judaïci praetulit, cujus vero argumenta, quam infirma sint, probavit H. A. Hamaker*us*, in *Bibl. Crit. Nov.* I. p. 163 seqq. Deinde Traditio, si vel in Textu judaïco non illaesa sit, minus tamen, quam in illis Recensionibus, corrupta est, in quibus novis ea opinionibus artificiose accommodata esse videtur. Vid. Ewald *Geschichte des Volkes Israël* I, p. 326.

Samaritani ut h. l. de Aerâ Mundi creati loquuntur, ita etiam in Epist. ad Ludolf*um* anni 1691: ࠅࠀࠍࠇࠍࠅ · ࠍࠇࠔࠁ · ࠇࠔࠁࠍ · ࠀࠌࠕ, id est: *et nos utimur computo vero*; vid. Eichh. *Repert.* XIII, p. 286, coll. Epist. ad Anglos anni 1687—1688, in *Repert.* IX, p. 40. Ratio tamen, quâ anni *Mundi creati* in *Epistolis* numerantur, ut diversa est a ratione in *Chronico* observatâ (vid. Hamaker*i* *Samarit. Briefw.* p. 50), ita in *iisdem annis* numerandis Chronicon nostrum a Chronico Abû'l-Fatḥ*i* differt. *Aliscandari* nempe in Palaestinam *adventus* Cap. XLVI evenisse dicitur *anno 3930 post Adamum*, in Chronico vero Abû'l-Fatḥ*i* anno 4094. Causa hujus discriminis ex variis repetatur Fontibus, quibus Auctores, ea Chronica scribentes, usi sunt. Non *easdem* enim Samaritanos numerandi rationes secutos esse, videmus ex iis, quae Abû'l-Fatḥ*us* tradit de *Dositheanis, omnes menses* ad numerum *30 dierum redigentibus* (vid. supra *Diss.* p. 113). Qui dissensus causa fuerit, quare mos invaluerit, ut Sacerdos summus *Calendarium* quotannis ederet, quod ad omnes Samaritanorum Coetus mitti solebat, ut Festa singuli legitimo tempore agerent (vid. de Sacy *Not. et Extr.* XII, p. 166 seq., et p. 178, coll. p. 126, et 113 seq.); qui mos, ut novimus ex Cap. XXXVIII aetate nostri Scriptoris, id est seculo XIII *medio* aut *ineunte* (vid. *Diss.* p. 98), usu jam erat receptus.

In hac, quam explicuimus, Cap.is XVi Pericope, praeterea occurrit vox عَالَم (עולם), quae apud Arabes *masculine*, hîc vero *feminine* construitur — سَوَاد p. 76 Hotting. vertit *impedimenta*, quâ notione subinde occurrit. Hîc vero conjunctum cum مواشيهم et substitutum formulae, quae in Capite praecedente (p. 72) legitur: ومن فى جملتهم, sine dubio significat, *hominum turbas*, *Servos* v. c., et *alios*, *qui castra Israëlitarum sequebantur*. وَقْت p. 77 feminine construitur, cujus usus vestigia, ut in Cap. L, p. 254, ita alibi reperiuntur (cf. Hamak. ad فتوح مصر p. 185).

Quae hoc Capite leguntur, e Jos. IV. 8 seqq. hausta sunt, exceptis dictis de *nube sublatâ*, et de *vastatione per Fluvii undas editâ*; ne dicam *Levitarum* ac *Populi exclamationes*. Ipsum item Miraculum in Cod. judaïco *paucis*, hîc *fuse* enarratur, et in majus etiam augetur terror, quo hanc ob causam Reges Canâ:anitarum (Jos. V. 1) perculsi sint. Doxologia in fine magnam partem convenit cum ultimis verbis Cap.is Vi.

CAPUT XVI.

Hujus Capitis nitium exstat ap. Hotting. l. l. p. 473 seq., coll. p. 503. Forma ibi offenditur rarior Infinitivi II Speciei اَلتَّسْبِحَة (perperam Hott. التسبيحة), in Lexicis non notata. Si quaeris, quare *ibi* haec forma, in Capitis vero Inscriptione et postea adhibeatur vox تسبيح, causa exinde repetatur, quod Abū-Sa:īdi Versio Auctori *hîc* ob animum versaretur. Ita enim hic in Cod. leyd. Exod. XV. 1, حينيذ سبّح موسى وبنو اسراييل التسبحة هذه لله. Ex eo Capitis col. 4. etiam desumta est dictio, h. l. in Chronico tantum obvia de Mari rubro, بحر القُلْزُم, quod Mare Noster, suis ipse verbis utens, ut C. I (p. 3) nuncupat البحر الاعظم (vid. not. *d*, p. 196). Sic enim l. l. ibi legitur, وخيار قوّاده انطبعوا فى بحر القلزم, ubi observetur *submergendi* notio v. طبع, sumta ex Hebraïsmo, et in Lexicis non notata (Sa:ad. غرقوا). Ceterum et hîc et C. XXXVII in Cod. p. 179 (vid. *Ann.* not. *q*) Carminis mūsaici *exigua pars*, ex Exod. XV. 11 desumta, neque haec *verbotenus*, nec *iisdem verbis*, iis locis inserta est. Sic legitur in eâ Versione من كمثلك فى القادرين يا الله، من مثلك يا متوّجا بالقدس، يا جليل المدايح يا صانع البدع. Haec ergo ut Noster p. 78 non presse secutus est, ita etiam in sequentibus وكيف يا ربنا الح, quibus verbis videntur contineri تحميد وتهليل, quae, ut in initio Capitis dicitur, Carmini addebantur. — In Lexicis desideratur forma عَجُوبَة, cujus *plur.* hîc exstat. Vox والروحانيات explicatur *appositione* المتكيّف بصفات خلقك, id est *tuae Naturae qualitatibus quodammodo instructus*.

Species II nimirum Verbi كاف, etiam denominativa vocis كَمِّيَّة, significat *quantitatem paravit*, s. *definivit*; in V hanc *sibi paravit*, id est *accepit*, cum ب rei, cujus aliquis particeps fiat; in Passivo ergo, *tali re donatus est*, s. *certâ quantitate definita fuit res*, quâ notione occurrit in Cod. A loci 'Ibn-Ḱacānis *de Omare-Al-Motawaccilo*, in *Spec.* Hoogvlieti *de regiâ Aphtasidarum familiâ* cet. p. 51. coll. p. 75. In sequentibus ob oculos habet Jos. V. 1, ubi vox יָמָּה exstat, quae in alexandrinâ Versione recte omittitur, quia primitus tantum varians lectio fuerit verborum, quae deinde leguntur, אֲשֶׁר עַל־הַיָּם. Hanc Auctor Libri samaritani, quem Noster vertit, in eâ Versione item non videtur legisse, ut videmus ex verbis p. 80 وكل ملوك الشام. Latiore sensu הָאֱמֹרִי per الشام explicatur. More suo Noster ea, quae ibi de Regum stupore dicuntur, in majus auxit, dictionibus ex suae aetatis consuetudine desumtis. Huc pertinet dictio فتكفّنوا, *et vestem feralem induerunt*. Verbum nempe كَفَّنَ, denominativum τοῦ كَفْن, s. *involucrum linteum corporis mortui*, significat *talem vestem mortuo induit*, *veste ferali eum involvit*. II. l., ut in فتوح مصر p 144, idem legitur in V Specie, *eam sibi induit* aliquis, opinans mortem sibi imminere. Vidd. quae Hamakerus ad h. l. observavit p. 188, collatis iis, quae etiam exposuit ad Al-Maqrīzii *Narrationem de expeditionibus — adversus Dimyatham — susceptis*, p. 126 seq., et quae Burckhardt (*Reisen in Arabiën*, p. 222) tradidit de magno pretio, iis vestibus feralibus habito, quas Moslimi Meccae emunt, et aquis fontis Zamzami imbuunt. In verbis فاوحا الله الخ Noster Chronicon samaritanum, quod vertit, in compendium redegit, aut non omnia, quae ipse cogitabat, significavit, vel in Textu nonnulla exciderunt. Primum enim, nisi ante واسما inseras ففعل, in hoc Libro frequens obvium, Mandati desideratur *exsecutio*. Deinde ipsum *Mandatum* non plene videtur traditum esse. Nam post verba: *jam propagavi metum tui ac Populi tui per has Gentes*, si nonnulla supples, v. c.: *et contemtum sustuli, quem Israëlitae apud Exteros sibi contraxerant. Amoveas ergo omnia Genti victrici indigna, et quotquot impediant, quominus arma proferas* —; haec, aliave ejusmodi si adduntur, praeceptum de *omni immunditie et morbo tollendis* demum intelligi potest. — Praeterea jussum *de circumcidendis Israëlitis*, Jos. V. 2 seqq. diserte traditum, hîc non memoratur. Auctor nimirum Chronici samaritani, alexandrinam Versionem secutus, *circumcisionis* mandatum non legit. Ibi nempe col. 4 Verbum מֹל redditur per περικαθαίρω, *perpurgo*, et col. 8 עַד־חֲיוֹתָם vertitur ἕως ὑγιάσθησαν. Hanc ergo ob causam ille opinatus est *de immunditie, et de morbis tollendis*, id est *de lustrandis immundis*, et *aegrotis sanandis* hîc esse sermonem.

Nonnulla in hoc Capite ex Exod. XV. 11, Jos. IV. 9, 14, 20—24, et Jos. V. 1 seqq. recepta sunt; reliqua, in his praesertim Hymnum, Jūša:ae tributum, Auctor de suo addidit.

CAPUT XVII.

Ea tantum, quae p. 81 leguntur a verbis حلوا ad شاجرها, et nonnulla ex p. 87 HOTTINGERUS ex hoc Capite in *Smegmate*, p. 472 et 503 descripsit. — In Inscriptione spectantur, quae sub finem hujus Capitis narrantur. Ex quibus patet etiam, quare Jarīḥā vocetur القديمة. Contendit enim Auctor, urbem *antiquam* numquam restauratam fuisse, ac *tumulum*, in quo ea olim aedificata esset, tantum superesse. *Recentior* ergo urbs, eo judice, alio loco est condita. Et haec sententia verisimillima est. In ipso enim urbis devastatae loco novam urbem condere non poterant, nisi rudera amoverentur, quae nemo certo, Jūša:ae maledictione deterritus, tangere ausus est. A quâ re quin illius *aequales* abhorruerint, non dubium est, si vides, Israëlitas *postea viventes* eam maledictionem per multa secula memoriâ servasse, ut animadvertimus ex loco *recentioris* Scriptoris, durante captivitate babylonicâ viventis, qui, dum ejus urbis *munitae* historiam tradit, eamdem maledictionem repetit, (1 Reg. XVI. 24). — In *alio* ergo loco tractûs hiërichuntini fertilissimi brevi post oppidum ejusdem nominis conditum est, quod Binjaminitis assignatur (Jos. XVIII. 21), et Jud. III. 13 (ubi *Urbs Palmarum* sine dubio est יְרִיחוֹ, coll. Deut. XXXIV. 3, et 2 Chr. XXVIII. 15), et 2 Sam. X. 5 memoratur. Hocce *oppidum*, s. *pagum*, Chiël fortasse Achabi jussu, in *urbis munitae* formam redigere studuit (1 Reg. XVI. 24), nisi ibi *urbs* spectatur, *a Jūša:ā devastata*, quam ille *restituere* voluerit. Hujus locus anno 333 (*Itiner. hiërosol.* ed. WESSEL. p. 596 seq.), et nostri Chronici aetate, adhuc ostendebatur, sed an *vere* quaeritur. Nostrâ certe aetate non amplius indicari posse videtur. Frustra ROBINSONUS *recentiorum* temporum rudera indagare conatus est, multo minus certa *antiquioris* aetatis indicia detexit (*Pal.* II, p. 527—531, et 544 seqq.). Neque etiam ullum *Gilgalis* vestigium invenit (ibid. p. 532 seq., coll. BERTHEAU ad Jud. II. 1). *Hanc* tamen urbem THENIUS reperisse sibi visus est in loco a ROBINSONO dicto *Jiljīlia*, prope *Sinjīl*, quem veterem *Bēthel* fuisse contendit (*Bibl. Studien von Geistlichen des Königreichs Sachsen. Zweiter Jahrg.* Dresd. 1843, p. 129 seq.).

In Capitis XVII initio Israëlitae *Ġalīlā* (*Gilgale*) *relictâ*, in Valle hiërichuntinâ Festum Paschatis celebrasse feruntur. In Textu hebraïco Israëlitae *castra posuisse* primum dicuntur בַּגִּלְגָּל, et deinde Festum celebrasse בְּעַרְבוֹת יְרִיחוֹ (Jos. V. 10), quia Gilgal in locis campestribus, qui ab Hiërichunte nomen habebant, sita erat. Quare Noster hîc a Textu hebraïco discedat, explicatur rursus ex graecâ Versione. Ibi hoc loco

omittuntur verba in initio posita: וַיַּחֲנוּ בְנֵי יִשְׂרָאֵל בַּגִּלְגָּל, quo facto, si praecedentia uno tenore leguntur, nec locorum situm attendis, facile in opinionem incidis, quam Auctor Chronici samaritani professus est. Perperam in hac Pericope رَحِيل a SCALIGERO in رحول mutatum est. Post verba فى اول يوم من الاربعة عشر, ut recte observat HOTTINGERUS, subintelligenda sunt الشهر الاول. Noster haec omisit, quia ex initio Cap. XV facile supplentur, nec Samaritanis, quorum neminem *mensis*, quo celebrabatur *Festum Paschatis*, latebat, opus erat, ut haec adderentur. Paschatis Festum dicitur اَلْفَصْحُ, et sic etiam sine dubio Cap. XXIX (p. 140), ubi tamen per Librarii incuriam scribitur فسح. In Cap. XXXVIII vocatur عيد الفطير, *Festum Azymorum*. Nomine الفصْح idem *Judaeorum* Festum etiam nuncupatur apud MASŪDĪUM (DE SACY *Chr. ar.* I. p. 355); sed *Paschatis Festum Christianorum* ABU'L-FADĀUS (*Hist. anteislam*, p. 108, l. 24, et 160. l. 15) *hoc* nomine appellat, *Judaeorum* vero الفسْح; et contra AL-MAQRĪZĪUS (DE SACY *Chr. ar.* p. ٩٧, et 291 seq.) *Judaeorum* voce الفاسح, et *Christianorum* v. الفسح distinguit. — Pro علاتها leg. غَلَّاتِها, quia *proventus*, sive *fruges terrae* egregie opponuntur *arborum fructibus*. — Praegnans constructio Verbi قَرِبَ sequente حول significat *accedere, et urbem obsidione claudere*, et قَرَّبَ in VIII, quam formam CASTELLUS solus memorat, coll. Jud. XVII. 5, *sibi destinandi*, aut *separandi* sensu, h. l. et C. XXXII p. 161 notat *separavit se*, *in secessum abiit*, quod Jūša:a fecisse dicitur (quem locum Noster spectat) Jos. V. 13, coll. VIII. 9 et 13. Cogitavit Auctor *Preces nocturnas*, cujusmodi Moslim*is* mandatae sunt, et quas reccentiores Samaritani, horum exemplum sequentes, certo instituerunt. Harum tamen *nocturnarum* Precum mentio in Samaritanorum Scriptis non occurrit. Nec Judaei eas observant, qui, ut notum est, *ter* tantum *quotidie* Preces sollennes fundebant (Dan. VI. 10, 14); nempe horâ 3â (nostrâ 9â), s. tempore Sacrificii matutini, Act. II. 15; horâ meridianâ 6â (12â), vid. Act. X. 9; et post meridiem, tempore Sacrificii vespertini horâ 9â (3â), vid. Act. III. 1, coll. X. 30 et JOSEPH. *Antt.* XIV. 4. 3. et WINER *Bibl.* REALWÖRTERB. in v. *Gebet*. — Angelus Jos. V. 14 dictus שַׂר־צְבָא־יהוה a Nostro dicitur من رُسُل الله المتسلط على العقوبات, ex quibus verbis conjicere licet, Samaritanos *Angelologiam Judaeorum* (de quâ vid. WINER. l. l. in v. *Engel*), aut *Moslim*orum (vid. G. WEIL. *Bibl. Legenden*, p. 197, 211, 240 seq., 287 seqq.) probasse. Huic autem Angelo non modo hîc tribuuntur dicta Jos. V. 13—15, sed ea etiam, quae Jos. VI. 1 seqq. Deus ipse ad Jūša:am dixisse fertur. Verbum نادا in hac Oratione praeter morem c. الى p. construitur. — Vox العاصية h. l., ut ex p. 87 apparet, significat *munitissimus*.

Quae notio etiam obvia est in loco *Vitae Timuri* (222. 7), a Willmeto laudato, ubi قلاع عاصيات (*arces munitissimae*) memorantur. Porro ارهج et ارهاج sine dubio notat *clangorem edidit.* Etenim بوقى الارهاج in C. XXXIII p. 163, et deinde in hoc ipso Capite, respondent τῷ שׁוֹפַר הַיּוֹבֵל, s. שׁוֹפְרוֹת הַיּוֹבְלִים Jos. VI. 4. Primaria notio Verbi رهج fuerit *excitavit*, quod si de *clamore* adhibetur, designat *clamavit*, unde in IV *tubam clamare fecit*, id est *tubâ clanxit*; si vero de *strepitu*, *tumultuatus est*; et si de *pulvere*, *nubem pulveris in altum surgere fecit*, quo sensu رَهْجٌ et أَرْهَجَ apud Arabes frequens est. Infra ergo C. XXXVII p. 180 رَهْجٌ occurrit sensu *laeti clamoris*, s. *tubarum clangoris*, ubi uno tenore conjungitur cum فرح et سرور. De variâ Verbi رهج notione Reiskeus disputavit ad Abū'l-fad. *Ann. Mosl.* I, p. 322, 324. His Sacerdotum *Tubis* Samaritani *vim* tribuebant *magicam*, quod ex h. l. et C. XXXIV p. 165 manifestum est; idemque statuebant Judaei, ut videmus ex Josuae Libro, et 2 Chr. XIII. 14. Glossa يكون — الارهاج addita esse videtur, ne quis putaret, *alios* praeter Sacerdotes horum Munere functos esse. Glossis etiam fortasse annumeranda sunt verba يضربوا — بالبوقين. Auctor Sacerdotes nempe كهنة nuncupat, et Glossator verba ipsius sic supplere voluerit, quia *Tubae*, de quibus in proximâ sententiâ fit sermo (فاذا الج), ante non distincte memoratae erant. — السابعة vertatur *septimâ vice*. *Septies*, ut supra, Noster scripsisset سبعة دفعات, ut postea *ter* ثلثة دفعات. Voluit ergo, Israëlitas *septimo die semel urbem circumivisse*, quod secundum Text. hebr. fecerunt *septies* eo die. Arabs enim Interpres hîc sequi videtur vetus Chronicon samaritanum, cujus Scriptor ea receperit ex Codice graecae Versionis. In hac Versione nimirum multa in colo 3o omittuntur, et 4um colon totum desideratur. Ibi igitur ea, quae hîc leguntur (Israëlitas 7o die *septimum cursum peregisse*), alius facile inserere potuit. Interpres, ubi suis ipse verbis deinde utitur, alia narrat, quae cum Textu hebr. conveniunt, eosdem scilicet *per 6 dies semel, et 7o die septies* urbem circumivisse. — Species VIII V. حبّ (*sibi elegit*) p. 84, in Lexicis non notatur. Pro حفوط leg. خُفُوض (quae forma in iis etiam omittitur), et p. 85 pro احفظوا, حفضوا. Verbum حفض notat *submissâ voce loqui*, et opponitur τῷ صوت عالى (*altae voci*), quâ 7o *die* Israëlitas uti oportebat; et احفظوا *custodias agite animis vestris* (لانفسكم), id est, *cavete*; conf. C. XXIII p. 116. Cum ناسوتى (*is, qui naturae humanae est particeps*; quae vox h. l. *homines* universe spectat, *animalibus* oppositos), de quâ vid. *Ann.* ad C. VII p. 219, in C. XXIX p. 136 jungitur الروحانى (*qui naturae spiritualis*, s. *divinae*, *est socius*). Verbum خلط in Vâ *se immiscere* alicui rei, id est

60

aliquas in rebus capiendis partes agere (cum ب r.) solus Cast. notavit. — تُلّ praeter morem *feminine* construitur: in Catalogo enim Nominum, quae, terminatione licet *masculina*, *feminine* usitantur (de Sacy *Gr. ar.* I. p. 347 seqq., et Ew. *Gr. ar.* I. p. 172 seq.) non memoratur, sed *iis* vocibus accenseatur, quae ut Nomina *domicilii* et *loci* feminine construi coepta sunt. Ab hoc Nomine Verbum تَلَّلَ notionem (Lexicis addendam) accepit *in tumulum convertendi*, cujus Part. pass. p. 87 occurrit. Respicitur Jos. VIII. 28, ubi de הָעַי dicitur וַיְשִׂימֶהָ תֵּל־עוֹלָם שְׁמָמָה, quae verba postrema graecus Interpres transposita legit (χῶμα ἀοίκητον εἰς τὸν αἰῶνα), pari modo atque vetusti Chronici Auctor. Pro وهى اوّل المدن, Arabs اولى scripsisset, quae verba Interpres addidit, ne quis recentiorem urbem eum antiquâ illâ confunderet. *Templi* mentio p. 88 fortasse orta est ex voce προνάῳ, quae Chronici samarit. Auctor pro προνόμῃ (*praedâ*) legerit in suo Codice Versionis alex. Jos. VII. 21, quae lectio quidem ex Codd, qui hodie feruntur, in Ed. holm. non notata est, sed olim non ignota fuisse videtur, quia vetus quidam Interpres in margine Cod. 15 (vid. ed. laud. ad h. l.) ad vocem γλῶσσαν scripsit: ἣν ἐν τῷ στόματι τῶν εἰδώλων ἔβαλλον. Porro h. l. et p. 91 legitur vox طوبة, quam Hott. *Smegm.* p. 506 reddit *tubam*, pro quâ vero opinatur legendum esse طَوِيَّة, quod explicat: »*netum* vel *complicatum*, *complicabile*, quales, *togae*, *pallia* esse solent." Verum spectatur, quod H. etiam vidit, Jos. VII. 21, ubi haec leguntur: *et vidi* (sic ait Acan) *inter praedam* אַדֶּרֶת שִׁנְעָר אַחַת טוֹבָה, *pallium quoddam babylonicum praestans.* Duas priores voces Alexandrinus vertit ψιλὴν ποικίλην, duas posteriores omisit, ejusque indicia in Codd. graecis non deprehenduntur. Si sumere licet, aliquando a Librario, opinante his verbis rem a praecedente diversam intelligi, addita fuisse καὶ ἕνα τουβᾶ, origo vocis طوبة est manifesta. Sic nempe primitus scriptum fuerit, ac nihil quidem facilius, quam confusio Literarum *Jôd* et *Vāv* in germanâ Scripturâ samaritanâ; at magnum discrimen est Literarum sam. *Jôd* et *Bēth*, quod si reputasset Hott., aliter sane statuisset. Fieri vero etiam potest, ut Noster طيبة scripserit, id est, *res pretiosa*, *praestans*. *Vestem* nimirum non intellexit. Nam *hujus* et *ligulae* pondus definitur; idque, *ligulae* certe, majus statuitur, quam in Textu hebr. et gr. loci laud. Libri Josuae. H. l. enim de pallio illo, et de *ducentis Siclis argenteis* fit sermo, ac de ligulâ, cujus *pondus* dicitur fuisse *quinquaginta Siclorum.* Noster vero perhibet, *rem illam pretiosam*, et *ligulam*, fuisse *bis mille* et *ducentorum* (ومائتين p. 91, melius ومائتى) *et quinquaginta ponderum.* Haec exaggeratio, si Josephum (*Antt.* V. 1. 10) loquentem audimus de *ligulâ 200 ponderum*, in Nostro, magna amante, non mira est. — Sub finem Capitis *ira* quidem memoratur *divina*, quae quomodo manifestata sit, in Cap. seq. traditur. Nulla vero hîc mentio fit *caedis*, Israëlitis

ab incolis urbis עַי (Gr. *Γαί*) illatae (Jos. VII. 2 seqq), quâ opportunitate 36 Israëlitae occisi esse dicuntur. Hujus urbis situm, hodie usque nondum repertum, G. Krafft (*die Topographie Jerusalems.* Bonn. 1846, p. IX), invenit, ruderibus conspectis, ab Arabibus dictis *Medīnet-Chai*, non plenae horae intervallo ab Oriente *Ǵebae* (*Gibea Sauli*), in colle ad latus *Wādī-as-sowainīt* sitis: a quo loco horam dimidiatam pergens Orientem versus, ille venit in locum, ubi dicta Vallis conjungitur cum *Wādī-Fa:ra*, ibique rudera reperit *Gibeae Binjaminis*, quae ab Arabibus dicuntur *Goba*. — In sequenti Doxologiâ forma legitur الخفايات (*res absconditae*), corrupta ex الخفايا, Coll. τοῦ خفى, s. ex الخفيات, a Sing. خفية; posterior forma videtur legenda esse.

CAPUT XVIII.

Praeter Inscriptionem et Doxologiam Caput universum exstat ap. Hott. l. l. p. 504—506. Male vertit غداة *postridie*. Intelligitur *tempus matutinum diei ante indicati*. H. l. enim nonnulla, *Caput* fortasse totum, exciderunt, quae ex Jos. VII. 6—15 suppleri possunt. Clade enim auditâ, Jūša:a vestes dilaceravit, et una cum Senioribus Populi coram Arcâ Foederis lugebat ad vesperam usque, Preces fundens. Quibus auditis, Deus cladis causam cum eo communicabat, eique mandabat, ut postridie, ac *mane* quidem Populum convocaret. Hîc dies h. l. dicitur اليوم المقدم ذكره (*dies, cujus mentio praecessit*). Multa *omissa* esse, quibus *Jūša:ae Luctus* et *Preces*, ac *Dei Mandatum* descripta fuerint, ex *concisiore* etiam apparet narrandi ratione, in *hoc* Capite obviâ, quâ Chronicon ceterum non excellet, et quae ibi tantum cernitur, ubi uberior narratio praecessit. Aliud accedit. *Ejusmodi* scilicet argumento, Noster adeo delectatur, ut non nisi aegre ipsum missum fecisset. Hîc ergo a Jos. VII. 16 idem incipit, et ad finem Capitis pergit, quae presse sequitur plerumque. Memorans هيكل, et infra p. 91 هيكل البارى, (nam haec non, ut verba بالبيت المقدس C. IX [vid. supra p. 223] *Glossa* sunt) *Tabernaculum* videtur intelligere, quia *Templum* demum C. XXIV a Jūša:â in Monte sacro conditum esse tradit. Vocem واحضروا, Relandus in margine Hott. *Smegm.* h. l. emendavit in واحضروا, quod sine dubio praeferendum est emendationi Hottingeri l. l. واعرضوا, qui sequens نفوسهم, cum praecedente الروساء insuper omisit. Verba واعرض سبط يهوده جرائده على الجوهر الخ significant: et *fecit* s. *jussit* (Sacerdos summus) *Tribum Jahūdae offerre Tabulas suas* (ut nempe praelegerentur nominatim) *e regione Gemmae*. De Verbo عرض hoc sensu conf. H. E. Weijers in Annot. ad cl. A. Rutgersii *Hist. Jemanae sub Hasano Pascha*, p. 140. Per الجوهر (cujus Nomen unitatis جوهرة, ante occurrit) intelligitur *Pectorale*, *12 Gemmis orna-*

tum, quibus singulis unum 12 Tribuum nomen insculptum fuerit. Gemmas has *lucescere*, si Tribuum res gestae Deo placerent, *obscurari* vero, si displicerent, Judaei contendebant; vid. Hott. *Hist. Orient.* p. 71, et Joseph. *Antt.* III. 8, 9. Idem Samaritanos statuisse, ex h. l. videmus, et ex C. XXXVIII (p. 184), et in primis ex C. XLII, ubi *exstinctus omnium Gemmarum splendor* memoratur. Quae Fabulae quomodo oriri potuerint, ex similium patet Commentorum comparatione de *aliis* etiam lapidibus, miro splendore fulgentibus, cujusmodi Judaei et Moslimi finxerunt; vid. Weil. *Biblische Legenden* p. 93, et Binj. Tudel. ed. l'Emper. p. 26. — Pro يهودا, ut Hott. semper scripsit, Codex formam exhibet يهوذه, et sic etiam in C. XLV (p. 223), ut C. XII منشه. Pro ايكن in Cod. legitur ايلن, quod scribendi vitium facile ex Literis *arabicis*, non vero ex *samaritanis* explicatur; conf. *Diss.* p. 25. Jos. VII. 1, et XXII. 20 is vocatur עָכָן. In alexandrinâ Versione Ἄχαρ (עָכָר) habetur, quam lectionem sequitur etiam locus 1 Chr. II. 7, et Josephus l. l. Forma tamen עָכָן primigenia esse videtur, et in gratiam Etymologiae, Jos. VII. 15 traditae, et 1 Chr. II. 7. repetitae, tantum mutata (vid. Lengerke *Kenáan* I, p. 633). Mutata forma tamen non *ubique* invaluit. Versionis enim arabicae Interpres, qui *graecam* Versionem sequitur, h. l. legit ἄχαν, scribens اخان, ac veteris samaritani Chronici Scriptor lectionem sequitur, in nullo Codice graeco amplius obviam, αἰχάν. Vulgari Linguae consuetudini forma debetur أخْطيتُ, pro quâ paulo ante scribitur أخْطَأت. *Illâ* nempe formâ, ad *hanc* non attendens, usus est Codicis Revisor, Literas يت *in margine* addens. Verbum شرة p. 91 cum ل *rei*, praegnans est constructio, *ad rem expetitam manus extendit.* Vox الولى ab Hott. vertitur *Sacerdos*, quam interpretationem commendare videtur loquendi usus, in hoc Chronico receptus, de quo vid. *Diss.* p. 62. Jure tamen hanc explicationem improbavit Rel., in marg. ad h. l. eam vertens *Ducem Tribûs*, qui profecto hîc, ubi de *supplicio* sumendo sermo est, magis in censum venit. Potius tamen opinor, Nostrum, sui aevi mores cogitantem, spectasse *Praefectum custodiae*, cui publicae securitatis et poenarum infligendarum cura mandata fuerit, cujusmodi in Urbibus majoribus Moslimi, tum alibi, tum in *Aegypto* habebant, titulo insignitos والى البلد. Vid. de Sacy *Relation de l'Egypte*, p. 381, et *Chrest. ar.* II, p. 183 seq. Per وجماعته intelligatur sive *cohors militaris*, sive, ut Glossator quidam jam in ipso Codice monuit, الرؤساء (*Tribuum Principes*). Poenae denique Aicano illatae ratio, hic enarrata, non prorsus convenit cum descriptione Jos. VII. 25. Ibi *primum lapidibus obrutus*, *deinde combustus*, ac *tandem* (coll. Jos. VIII. 29, et 2 Sam. XVIII. 17) *magnus lapidum cumulus* dedecoris causâ *ossibus combustis* in per-

petuam rei memoriam *injectus* esse dicitur. *Prior* illa lapidatio in Chronico omittitur. De *combustione* vid. ***Diss.*** p. 67 seq.

CAPUT XIX.

Ultima hujus Capitis pars inserta est ab Hott. l. l. p. 507 seq. Incipit hîc Auctor ab iis, quae traduntur Jos. IX. 3—27, quorum summas *suis* verbis enarravit. Omisit sermones, qui tribuuntur *Principibus* (הַנְּשִׂיאִים), et *nonnullis ex Gente* (הָאֲנָשִׁים), aegre ferentibus, nullam sibi ex Ḉib:ūn*itis* praedam fore (Jos. IX. 19—21); in colo nempe 21 pro הנשיאים sine dubio reponendum est האנשים. Ut ea, quae Jos. VII. 2 seqq. exstant, in Cap. XVII omittuntur (vid. *Ann.* ibid. sub finem), ita etiam *expugnatio* urbis *Ăi*i (Jos. VIII) silentio praetermittitur. Hìc igitur rursus est *lacuna*, nisi velis voce المدينة ineunte Cap. XIX, intelligi non urbem *Ăi*i, sed *Jarīẖā*e, et *in Codice graecae Versionis*, quo Auctor veteris Chronici samaritani uteretur, haec jam omissa fuisse, cujusmodi *omissiones*, alibi etiam, v. c. 1 Reg. III et IV, in eâ Versione observantur. Et haec quidem sententia ideo praesertim veri est similior, quia *Jarīẖā*e saepius, urbis vero *Ăi*i expugnatio neque Cap. XX ineunte, neque alibi in hoc Chronico spectatur. — Nonnulla h. l. adduntur, quae Jos. IX. 3 seqq. non leguntur. Dicta puto de *facie Ḉib:ūni*tarum *nigricante*, et de *moribus* ipsorum *a Palaestinensium consuetudine diversis.* — *Calcei*, in Vers. ar. Jos. IX. 13 dicti مَدَاسَاتٌ, hîc vocantur مَدَسٌ, quae forma, pro quâ usitatur مَدَاسٌ, in Lexicis non citatur, et sic item forma مَدَسَةٌ. Legi tamen etiam potest مَدْسٌ, et statui, hanc formam, quae *Infinitivus* est Verbi مَدَسَ, ut ضَيْفٌ (proprie *hospitio excipere*, deinde *hospites*), *Collectivi* sensu usitatam esse. Verbum عَفِنَ (de quo vid. ***Diss.*** p. 73 seq.) non significat *putrefactus est*, quae notio a Freyt. notatur, sed *mucidus factus est.* Sic in Vers. ar. Jos. IX. 5 voci εὐρωτιῶν respondet عَفِنٌ, quo sensu haec vox etiam occurrit in loco 'Ibn-Sīnā*e*, a Cast. laud. Idem panis p. 94 dicitur اليابس, ut etiam in Textu hebr. et gr. — Sub finem p. 93 X forma Verbi خار vertatur *bona sibi petere* a Deo. P. 95 ثِيَابٌ جُدَدٌ, proprie *vestes*, *panni resecti*, *vestes* sunt *ex pannis* nullius pretii consutae. Pro من قومه scribendum fuisset من قومهم, quia de *Ḉib:ūni*tis sermo est. Praeter *tres* urbes جِبْعُونَ وَقَرْيَةَ وَبَئْرُونَ (in quibus קִרְיַת יְעָרִים, ut Jos. XVIII. 28 vocatur simpliciter قرية), *quarta* urbs, quam Noster ignorabat, Jos. IX. 17 memoratur, כְּפִירָה, de quarum urbium situ vid. Lengerke l. l. I, p. 643 n. 1. Mons

Garīzīm non adeo dictus esse videtur طور بريك ob *fertilitatem;* nam licet *Vallis* ejus est foecundissima, *Mons* ipse, teste Robinsono (*Pal.* III. p. 316), ut Ebal, *nudus* est, et *sterilis;* sed maxime, quia *benedictiones* ibi pronunciatae esse dicuntur (Deut. XXVII 11—13, coll. Jos. VIII. 33 seq.), et hic locus Samaritanis prae ceteris erat *sanctus.* Hoc igitur nomine Mons plerumque nuncupatur, tum in hoc Chronico (*Diss.* p. 63), tum in Chr. Abū'l-Fatḥ*i* (*N. Rep.* I, p. 142, 144, 148 cet.); quare apud alias Gentes, haec vox ut Nomen proprium usitari coepta est; v. c. sec. X apud Masūdī*um* (de Sacy *Chr. ar.* I, p. 342), etiam loquentem de *buccinis* (بوقات) *argenteis*, quibus Samaritani Precum horas indicebant, et sec. XIV, ap. Al-Maqrīzī*um* (l. l. I. p. III seq.). Locos ex *Judaeorum* Scriptis attulit Rel. l. l. I, p. 146 seq., coll. p 124 seq., quibus addantur dicta R. Petachia*e* (de quo vid. *Diss.* p. 65 seq.), qui tamen ipsum *Montem* a *Valle* non distinguit: *Sichem*, ait, *urbs dicta in Gemarâ* נֵיפוֹלִים, *sita est in mediâ Valle. — Mons Garīzīm tectus est hortis et paradisis. Vocatur propterea* הַר בּוֹרֵךְ, *sed Ebal est incultus et sterilis, quare dicitur* maledictus. *Ibi adsunt* כותיים, *qui quotannis Agnum paschalem offerunt in Monte Garīzīm.* (*N. J. A.* VIII, p. 410). De voce طور, de *Monte* usurpatâ, verba fecit Quatremère*us* (*Hist. des Sult. Maml.* I, p. 79. De aliis ejus Montis nominibus vid. *Diss.* p. 63. Usitatissimum est nomen, ex Cod. hebr. notum, هرجريزيم, quo utitur etiam Abu'l-Fatḥ. (de Sacy. *Chr. ar.* I, p. 334), et quod Salama in Epistolâ anni 1808 semper effert جبل كاريزيم (de Sacy. *Not. et Extr.* XII, p. 56 seqq.), Literam ك ut Persarum گ enuncians; de quarum Literarum permutatione vid. etiam Roediger ad Wellstedt *Reisen in Arab.* II, p. 103 in not. 91, et Gesenius *Script. Ling. Phoen. Monum.* p. 321 et 433. In eâdem Epist. (cf. p. 62) dicitur جبل الفرايد (*Mons Mandatorum* Dei). Idem significat formula جبل الفرايض, in Epist. ad Anglos anni 1676 (Eichh. *Rep.* IX, p. 34). Porro ·ࠂࠁࠏࠕ ·ࠏࠅࠋࠌ, *collis aeternitatis* (ibid. p. 9, et *Not. et Extr.* p. 185, 3 a f., et p. 190, 177, 206.); etiam ·ࠏࠅࠋࠌ ·ࠂࠁࠏࠕ (*Rep.* p. 31, et *Not. et Extr.* p. 206), et ·ࠀࠋ ·ࠁࠉࠕ, *domus Dei* (*Rep* l. l. p. 34), quod arabice scribitur (ut *Rep.* l. l. p. 38) بيت ال (vid. *Diss.* p. 38), quo nomine tamen *certus quidam* in Monte *locus*, in primis *sacer* habitus, significetur, quem descripsit (Robinson. l. l. III. p. 318—321), et qui intelligitur infra Cap. L p. 255. Summis denique honoribus Mons afficitur in Ep. ad Anglos anni H. 1096 (p. *Chr.* 1685—86, vid. *Not. et Extr.*, p. 212 seqq.), ubi *Mons dicitur haereditatis* (Deut. IV. 20 seq), *et praesentis majestatis divinae, locus magnus et electus, quem Deus elegit, et cujus nomen est Porta Coelorum* (Gen. XXIII. 17).

Dicendi formula بذل السيف فيهم (*gladio in eos usus est sine discrimine*) in seq.

Cap. p. 99 iterum recurrit, ubi pro السيف scribitur القتل. — Gibeonitae denique Jos. IX לְעֵדָה וּלְמִזְבַּח יהוה dicati esse dicuntur, ad *ligna caedenda* et *aquam haurien-dam*. Noster vero non memorat *Aram divinam*, quia hanc fortasse sanctiorem esse existimabat, quam ut isti ejus Servi essent.

CAPUT XX.

Pars hujus Capitis legitur apud HOTT. l. l. p. 508—511. Sine causâ pro جاز RELAND. (in margine ad h. l.) emendat جرى. Nimirum جاز sequente على (quae constructio in Lexicis non notatur) de *calamitate*, quae alicui *evenit*, sollennis hujus Scriptoris est dictio; cf. modo supra p. 94, et de *laeto eventu* adhibetur Cap. XXIX. p. 147, 148, sequente لـ. Quae narrantur de *conventu Regum habitantium ad Jordanem et Mare mediterraneum* sumta sunt ex Jos. IX. 1, 2. His mox adduntur ea, quae Jos. X. 5—27 traduntur, omissâ tantum narratione *de grandine*, quae magnam hostium partem perdiderit. Chronici antiquioris *samaritani* Auctor locum Jos. IX. 1. 2 videtur legisse in suo graeco Codice post finem Capitis IX, cujus rei indicia hodieque in Codd. ejus Versionis deprehenduntur. *Nunc* enim duo ea cola *alieno loco* leguntur, inserta quippe post Jos. VIII. 29, sed videntur olim Codici cujusdam margini adscripta esse eo consilio, ut insererentur post VIII. 35, adeo ut sic ordo Versionis graecae accommodaretur contextui Codicis hebr. JOSEPHUS (*Antt.* V. 1. 17) Textum graecum etiam turbatum secutus est, Jos. IX. 1. 2 alto silentio omittens, Regisque Hierosolymorum expeditionem tantum memorans. *Ille* autem Scriptor in graecâ Versione Mare mediterraneum *Mare magnum* dictum videns, idem nomen retinuit, idque Interpres arabs servavit, qui ante hoc vocaverat البحر الاخير (cf. *Ann.* ad Cap. IX, et ad Cap. I. n. *d*). Dictionem *de Regibus omnibus* אֲשֶׁר בְּעֵבֶר הַיַּרְדֵּן (Jos. IX. 1) Auctor ille ejusque Interpres intellexerunt de iis, qui *circa*, id est *ad Jordanem*, ab *hac* et ab *illâ* parte habitarent, non cogitantes Reges ab illâ parte jam Mūsae aetate fuisse subjectos. In sequentibus *Reges* ii primum dicuntur رؤساء, deinde (p. 99), الملوك; unde Glossa ad posteriorem vocem اعني الرؤساء. Porro ضِيَاع Coll. τοῦ ضَيْعَة h. l. et p. 107, 108, 238, non *agri*, *praedii*, *campi* aut *villae*, sed *tractûs* sensu occurrit. Cum constructione الثلثة ضياع conf. dictio الخمسة ملوك p. 99, التسعة اسباط p. 108, 189, et aliae C. XXVII; vid. *Ann.* p. 223, et Ew. *Gr. ar.* II, p. 26. — Mox exstat حصار *angustiarum* sensu, quem laudavit CAST; et Verbum اكد hic notat in V *obstrinxit sibi*, in II *obstrinxit* C. XXXIX p. 189 et C. XL p. 192, ubi ut h. l. *is*, *qui obstringitur* c. على, dum *res*, *ad quam quis obstringitur* p. 192 cum في

construitur. Pro تاكايد l. تَوَاكِدُ Collect. τοῦ تَوْكِيدٌ, (*adstrictio*), quod de quâvis voce, aut sententiâ usitatur, quae emphaseos causâ praecedentibus additur. Vid. DE SAC. *Gr. ar.* II. p. 284, 291, 486. — أَلْعَكْوَآءُ *hostilia* h. l. — De sensu vocis الجماعة conf. *Ann.* ad C. VI n. *a*, p. 215, et *Diss.* p 62. — De وساروا pro فساروا vid. *Diss.* p. 61. Nomini proprio كسكة, in Textu hebr. עֲזֵקָה (LXX Ἀζηκά) respondet; facile enim *Sibilantes*, et ע cum ך (ut in כָּתַר et עָתַר *circumdedit*, נָבַע et נָבַךְ *ebullivit*), permutantur. Alterum nomen نقلة pro مقلة, a *Librariis samaritanis*, confusis Literis ࠌ et ࠍ, corruptum est; hoc vero pag. seq. recte scribitur. Quod postea de *Solstitio* narratur, idem accidisse fertur Cap. seq., quum Jūšaːa Canāːan*itas* debellabat, et deinde opportunitate expeditionis in Šaubac*um* C. XXXVI, p. 178. Historia belli, *hoc* Capite descripti, praeterea in Epistolâ ad eumdem Regem missâ, C. XXIX p. 148 cursim memoratur, ubi *dies integri anni instar* durasse dicitur. Nec minorem istud Miraculum apud veteres Hebraeos nactum est celebritatem. Inspiciantur modo, praeter Jos. X. 12—14, Carmen Deborae (Jud. V. 20), et Gen. I. 14, ubi Auctor de מְאֹרֹת הַשָּׁמַיִם dicens הָיוּ לְאֹתֹת, *sint Signa*, id est, *Portentorum instar inserviant*, Jūšaːae Historiam ob oculos habuerit. P. 100 V Species Verbi حفظ significat *rem custoditam sibi servavit* (zich van iets verzekeren) cum من rei.

CAPUT XXI.

Hoc Caput, exceptis Inscriptione et ultimis verbis, HOTT. edidit et vertit l. l. p. 511 —514, et 474 seq. Agitur 1) de expeditionibus a Jūšaːâ susceptis, quae Jos. X. 29—43, et XI fusius et distinctius narrantur. Expeditionem in tractus Palaestinae *septentrionales* (Jos. XI) Noster praemisit, alteram in *meridionales* urbes cursim, nec separatim ab illâ, tradidit (vid. n. *k*). Tempus his expeditionibus consumtum alii aliter definiverunt. In Textu hebr. *Meridies unâ expeditione* (פַּעַם אֶחָת) subjecta esse (Jos. X. 42); in bello vero cum Regibus sept., יָמִים רַבִּים elapsi esse dicuntur (Jos. XI. 18). Haud pauci ergo statuerunt, his bellis gerendis *septem* aut *plures* annos effluxisse, a quâ opinione non multum recedit JOSEPH., *anno 6º* post transitum Jordanis Tabernaculum Silunte positum esse contendens (*Antt.* V. 1. 19), quod *bellis finitis* factum esse opinatur, coll. Jos. XVIII. 1. *Brevius* h. l. tempus sumitur, *quatuor* nempe *mensium et quod excurrit*, ita quidem ut Terra *mense 1º anni 2ⁱ* subacta esset. Jure vero monuit LENGERKE, tempus illud definiri non posse (l. l. I. p. 678 seq., et 686 seq.), ac recte videtur docuisse, expeditionem in Meridiem susceptam esse Gilgale,

ubi, hac finitâ, *prior* instituta sit Terrae divisio; castra vero postea translata esse Siluntem, unde exierit expeditio in Septentrionem, quâ peractâ, *posterior* divisio sequeretur. Praeter has expeditiones *majores*, aliae *minores*, vivo Jûšaʿâ, susceptae sunt, quibus tamen *universa Terra* non expugnata est (vid. Leng. l. l. I. p. 670 seqq., 687, 691 seqq.). Multa in hoc Chronico adduntur, quae in Cod. hebr. non exstant: 1) *divisio exercitûs* in 3 partes, quae in diversas Terrae regiones mittuntur, et *Jûšaʿae res gestae heroïcae;* 2) *Miracula*, tum *alia*, tum *Miraculi* Jos. X. 12—14 *repetitio;* 3) *Columba* ad ʿIkazarum, qui Gilgale remanserat, *missa cum Epistolâ;* 4) *Festum* ad radices Montis Ǵarîzîmi celebratum, ad gratias pro Terrâ subactâ Deo agendas.

(*a*) Verba وهو عسكر *Interpres* addidit, ne de tempore, quo exercitus abiisset, dubium superesset.

(*b*) Voce جهة h. l. non significatur, ut Hott. vertit, *tractus*, sed *latus*, id est, *viae ad latera sitae*, quibus opponitur الطريق الجادّة, *via regia*, recte tendens ad hostium castra, quâ utebatur Jûšaʿa cum Comitibus. Hic se convertit ad القوم, id est, ut novimus ex Jos. XI, ad Reges Canâʿan*itarum* septentrionalium. De quibus quia in Chronico nulla fit mentio, haec vero ad dicta recte intelligenda desiderari nequit, conjicias Interpretem, Libro, quem vertit, in compendium redacto, contextum non rite supplevisse.

(*c*) Hott. vertit: *cumque sublato fumo officii monerentur*; Rel. vero ad marginem: *et non sustulerunt capita, donec tolleretur fumus.* At Verbum فاق in IV significat *superior evasit, convaluit.* Vid. v. c. Qor. VII. 140. Nec العجاج est *fumus*, sed *nubes pulveris*, ab adventantibus Israëlitarum agminibus excitata; quo sensu haec vox legitur in Kosegart. *Chrest.* p. 76. 7 a f., et in Coolii *Chrest.* p. ٥ l. 2.

(*d*) الخيال, quod Hott. recte vertit *Phantasma*, a Rel. in marg. redditur *Equitatus*, sic locum interpretante: *Equitatus etiam in eos impetum fecit, adeo ut ipsi equi incitati sint magnâ cum alacritate, et ad mortem praecipitarint, simul atque audirent clamores* cet. *Spectrum* sine dubio intelligitur, quod hostium equites persequi videbatur. Noster hîc etiam delectatur *lusu* verborum الخيّال et الخيل, ac memor est fortasse Historiae Bilʿâmi. In Codice porro legitur تغبّط. Sed غبّط non exstat, et غبط significat quidem *aemulatus est*, verum haec etiam notio huic sententiae inepta est. Legi ergo تُعْبَطُ, Pass. I. (*cursu concitato propulsus est*), ab Act. عبط *in cursum egit* equum, *ut sudaret.*

(*e*) سَوَاعِي apud Cast. modo exstat, haec adscribentem: *horae, tempora diei civilis.* مَعْرَكٌ in Lexicis explicatur *locus pugnae;* h. l. est *ipsa pugna*, quo sensu etiam مَعْرَكَةٌ (proprie item *locus pugnae*) usitatur.

(*f*) Nomen loci, ex quo Epistola dimissa esse dicitur, in Cod. vocatur مهزون, quod recentior manus occidentalis, Literâ ﻬ insertâ, in مهزمون (?) emendavit; HOTT. vero, retentâ tamen lectione Codicis, p. 513 *Hazzâ* (!) vertit. Fieri potest, ut Nomen *Mahzūn* ortum sit ex corruptione Nominis *Μασερών* (in *Μαζών*), quod in LXX Jos. XI. 8 respondet vocibus מִשְׂרְפוֹת מַיִם (de quo loco vid. LENGERKE l. l. I, p. 678), quorsum Israëlitae hostes fugientes persecuti sint. Potius tamen statuam مهزون in Codd. hujus Chronici, qui *arabicis Literis* exarati erant, ex ميرون corruptum esse. Nimirum intelligi videtur pagus prope Çafed*um*, arabice vulgo ميرون, sed etiam مَرون dictus. *Hanc* pronunciationem secutus sit BINJ. TUDEL. (*Itin.* ex ed. L'EMP. p. 53); *illam* fortasse Chronici Auctor. Literae enim *Jā* et *Hā* quam saepissime facillimeque in Scripturâ *samaritanâ* confundi, notum est. Quare autem Interpres de eo loco sermonem fecerit, non latet. Locus erat ét Judaeis carissimus, ét illi notissimus. Diu enim ante quam Çafed Judaeis frequentata erat, *Mairūn* inclaruit, ac multorum Rabbinorum celebrium, in his HILLEL*IS* et SCHAMMAÏ*I*, sepulcra, a Judaeos per longum tempus quam maxime honorata, in ejus viciniâ ostendebantur; quam ob causam BINJ. ille, eadem l. l. tradens, sec. 12° medio illuc iter fecit. De hoc loco vid. etiam ROB. *Pal.* III, p. 596 seqq.

(*g*) De hoc more, cujus etiam C. XXXV sub fin., et C. XXXVI et seq. fit mentio, praeter HOTT. (*Smegm.* p. 513), vid. locus KEMALO'*D*-DĪN*I* (FREYT. *Chrest. ar.*, Bonn 1823, p. ٥٣ mediâ), et QUATREMÈR*EUS* in *Hist. des Sult. maml.* IV, p. 115 seq. Ut h. l., sic etiam voce الطير intelligitur *Columba* in versu citato ad *Hamāsam* p. ٢ l. 23. Epistola, Columbae alis alligata, vocatur بِطَاقَة, Coll. بِطَاقَة (Gr. *πιττάκιον*); de quâ voce vid. Doct. DOZY *J. A. Mai* 1844, p. 384.

(*h*) Verbum وصف in VII (*descriptus est*), in Lexicis omittitur. Perperam HOTT. p. 512) scripsit تتوصف in V, quae tamen forma, dictâ notione, pariter atque VIII, frequens est.

(*i*) توفيق, *interventus Dei*, sive, ut CASPARI*US*, *directio*, inquit, *ad effectum per Deum.* Vid. *Enchiridion Studiosi*, Praef. 3.

(*k*) E verbis وحصل الخ apparet, Samaritanis haud ignotum fuisse dissensum de tempore, per quod Jūša:a Canā:an*em* subjecerit. Verba وهو موضع — مشهور addita esse videntur ab Interprete, ut Jūša:a*m* celebraret. Per 7 Reges intelligit Reges, in Palaestinâ *meridionali* regnantes, quorum mentio fit Jos. X. 28—39.

(*l*) Festum, cujus hîc mentio fit, idem est, quod Jos. VIII. 30 seqq. memoratur. Ibi hoc celebratum esse dicitur *statim post urbium Hierichuntis et Aïi expugnationem*, adeoque locum id ibi tenet minus commodum, quam in nostro Chronico, in quo, ut apud

JOSEPH. (*Antt.* V. 1. 19) *post expugnatam Palaestinam* idem collocatur. Josuam enim *duabus iis urbibus captis*, *Festum jam celebrasse*, non verisimile est, quia *tunc* metuendum erat, ne Israëlitae, Festo dediti, inopinato Canā:an*itarum* impetu obruerentur. Praeterea, in *Valle sichemiticâ* Festum illi *tunc* celebrare non poterant. *Haec* nempe loca *eo tempore* ab Israëlitis nondum occupata erant. *Tempus* contra *post Terram expugnatam* perquam erat opportunum. Nam tunc non modo eos tractus illi tenebant, sed hostes etiam superstites, Israëlitarum victoriis attoniti, et metu perculsi, ipsis minus erant extimescendi.

Festum arabs Interpres in Chronico memoratum vidit, cujus Scriptor et JOSEPH. ipsum *hoc tempore* ponentes, suum graecum Codicem secuti sint. Rem non satis perpendens, Deuteronomicus (sive is, qui Vum Librum Pentateuchi cum Libro Josuae in hodiernam formam redegit) ea Jos. VIII. 30 seqq. inseruit; non tamen hoc consilio, quae est opinio LENGERKEI (l. l. I, p. 642), ut *lapidum cumulo*, *corpori mortuo Regis Aijensium imposito*, (col. 29) *Aram* opponeret, *in Monte Ebali*, sed potius, quia traditionem sequebatur, quae de *tempore* acti Festi ita referret, ut *post transitum Jordanis* id celebratum esse crederet. *Hoc ipso tempore* idem Deuteronomicus perhibet (Deut. XXVII. 2), Legislatorem jussisse, id agendum esse. Quo loco collato, manifestum est, Festum hocce ex Scriptoris mente in judaïco Josuae Libro non suo loco movendum, sed *ibi* consulto collocatum esse. Atque hoc Festum, quia *Foederis* erat *renovatio*, Israëlitis certo gravissimum esse videbatur, ac tanti momenti, ut *ex ipsorum opinione*, ab eo rite celebrato felix terrae occupandae eventus penderet. Hinc fortasse traditio, a Josuâ id *quam celerrime fieri posset*, actum esse. *Ante* enim nulla prorsus Festi agendi erat opportunitas.

Fictum esse a Deuteronomico hocce Festum statuit LENGERKE (l. l. p. 610, 641), contendens, eum sic docere voluisse, *Legislationem mosaïcam Terrae Canā:an*is *demum destinatam esse*; et *Sichemum* ab illo *Festi locum* electum esse, quia haec urbs in traditionibus Israëlitarum *sacra* habebatur; *Mosis* porro *mandatum* (Deut. XXVII) etiam commentum esse ejusdem Scriptoris, ut Josuam introduceret, rem agentem *a Mose mandatam*. At nihil obstat, quominus ponamus, Deuteronomicum, ea omnia narrantem, traditione usum esse, inter Israëlitas olim vigente, quae, dum in Regno judaïco ob principatum, quem ibi nactum erat Templum hiërosolymitanum, seposita, eamque ob causam in Operibus Elohistae, Salomonis Coaevi, et Jahvistae, Hisquiae aequalis, praetermissa, in Regno vero ephraïmitico servata esset. Hanc autem traditionem Deuteronomicus *Josiae* aetate, *hoc* Regno everso, sine Hiërosolymorum damno propagare potuit. Regno nimirum aemulo sublato nullus metus amplius supererat, ne, ex *Sichemi* mentione Hiërosolyma aliquid detrimenti caperent. Sumtâ tamen hac traditione, simul statuendum est, Deuteronomicum, *ore tradita suo modo narrasse et exornasse.*

Ac traditio, hoc mandatum Mosi tribuens, *rem* etiam narrat *verisimillimam*. Mo-

sis nempe consiliis consentaneum fuisse videtur, ut Israëlitae, Terrâ expugnatâ, *certum quemdam*, eumque *unum*, adorationis locum eligerent, ac Festo sollenni initiarent. Et egregie etiam traditio de *Festo*, *Sichemi* celebrato, convenit cum iis, quae in Libro Josuae referuntur. Josua enim post absolutam expeditionem meridionalem castra et *Tabernaculum* Gilgale Siluntem transtulit, unde expeditionem ille in Septentrionem suscepit. Ex quâ redux Sichemum se contulit, ibique Festum egit, in cujus rei memoriam non tantum *Aram* aedificavit in Ebali Monte (Jos. VIII. 30), sed, sive *tunc*, sive *brevi post*, etiam *Sacrarium*, fortasse in Monte opposito. Nimirum Jos. XXIV. 1, Populi conventus haud ita multo ante Josuae mortem non tantum habitus esse dicitur Sichemi לפני האלהים (quod de *Arcâ* Foederis, illuc deductâ, intelligi posset), sed etiam, Oratione finitâ, lapidem sumsisse fertur (col. 26), eumque posuisse sub quercu, אֲשֶׁר בְּמִקְדַּשׁ יהוה (vid. Lengerke I. p. 701 et 702). Sichemo Siluntem cum Arcâ redux, hîc posteriorem instituit Terrae divisionem. Quâ absolutâ quisque in suam ditionem profectus sit, Josua vero abiit Timnath*am* (Jos. XIX. 50), et senex convocasse dicitur Seniores et Principes Populi, ad quos habuisse fingitur Oratio, conscripta Cap. XXIII. Mox *Sichemum* eosdem paulo ante mortem iterum congregat, et Orationem pronunciat, Cap. XXIV traditam. Silunte ergo Arca posita fuerit cum Tabernaculo (Jos. XVIII. 1), ubi ad Elii usque aetatem manserit (1 Sam. I. 3 seqq.); quae causa sit, cur Sacrarium istud sichemiticum non a Gente *universâ* frequentaretur, et postea fortasse vastatum, oblivioni traderetur.

Ut Deuteronomicus, ita etiam Chron. sam. Auctor, vel Interpres, Festi illius descriptionem *suo* modo exornavit. Ne dicam de *voce Israëlitarum*, *in remotissimis locis auditâ*, *Fluvius magnus*, *ex Monte Garīzīmi fluens*, prorsus fictus est. Verum est *aquae copiam* Vallis sichemiticae celebrari (conferantur modo Cotovici et Abū'l-fadā*e* testimonia apud Raumer. *Pal.* ed. 2ae p. 158—162), sed Robinson*us ne torrentis* quidem *majoris* mentionem fecit (*Pal.* III. p. 334, in primis 363 seqq.), et Richardson*i* dicta de *Ponte*, in majus quippe aucta, perstringit (l. l. p. 321 seq.); verum Campum المرج descripsit, de quo hîc, et p. 129 et 138 sermo fit. Teneatur denique Montem עֵיבָל h. l. non memorari, in quo ex Mosis mandato (Deut. XXVII. 4) Ara esset exstruenda, quam Josua exstruxisse dicitur Jos. VIII. 30. Sed Deut. l. l. pro עֵיבָל in Pentateucho samaritano גְּרִזִּים substitutum est. Quod a Judaeis an Samaritanis factum sit disputatur. *Illud* Kennicott*us*, *hoc* vero, quod sane verisimilius est, Verschuir*ius*, Gesenius, alii, contenderunt. Argumentum ab his ex *orationis serie* et *contextu* derivatum, parum quidem valet (vid. Gesen. *Thes.* p. 103, et *Comment.* de *Pent. sam.* p. 62); sed eo gravius hoc est, quod ex *causâ probabili* ducitur, quare nomina mutata sint. Deuteronomicus nempe tradidit quae audiverat, ipsumque, quia vixit diu ante quam Cultus in Monte Ga-

rizimi instituebatur, pariter atque Judaeos, qui post eum et ante Cultum samaritanum constitutum vivebant, nihil movere potuit, ut nomini גריזים nomen עיבל substituerent. Quod si vel ipsorum nonnulli voluissent, iidem, quia Codices Pentateuchi temporis decursu multiplicati, et ubique propagati erant, cum felici eventu facere non potuissent. Sola res Samaritanorum câ in re vertebatur, iique, si suis ipsi Sacris consulerent, aliter fere agere non potuerant. Vidd. *Comment.* mei *in Hist. G. s.* p. 91 et seqq.

CAPUT XXII.

Duas Pericopas hujus Capitis Hott. l. l. p. 514 inseruit. Quae sub finem de *Asylis* dicuntur, Rel. tractavit in *Diss. Misc.* II. p. 51—53.

(*a*) Memorantur h. l. primum اصحاب الهندسة وجماعتهم, *Geometrae*, *eorumque Socii*, qui postea nominantur. In his occurrunt 1) المسّاح, qui soli, ceteris omnibus omissis, in Inscriptione Cap. XXIII memorantur, et in Inscriptione Cap. XXIV vocantur المشايخ بالمساحة, *Doctores Geodaesiae* (ut posterior vox a Freytag*io* in Lexico definitur). Hammer*us* (*Encyclop. Uebersicht über die Wissenschaften des Orients*, Leipz. 1804, II. p. 334) vero علم المساحة melius sic definit: *Geometriam*, *arctiore sensu* sumtam, id est *Geometriam*, quae *agros metiendos* spectat. Idem statuisse videtur Noster, in initio Cap. XXIV, in cujus versione p. 157 l. 3 a f. leg. *dimensam* pro *dimidiam*. De sensu vocis الرياضة, ibi obviae, vid. *Ann.* ad Cap. III, n. *d*, p. 205. Vocem علم التعديل Hammer*us* (l. l. p. 337) dixit *Chronometriam*, s. *Artem diem noctemque per totum annum recte dividendi*. Sed h. l. *Ars* intelligitur agros *juste dividendi in aequales portiones pro arvorum qualitate*, sive *virtute*. Spectantur nempe *sylvae*, et *loca arenosa*, quae agriculturae quippe minus apta, minoris pretii aestimarentur. Quod ut proxime sequentia confirmant, ita apparet etiam ex iis, quae deinde Cap. XXII leguntur. Ibi اصحاب التقديرات (in quâ dictione تقديرة notanda, in Lexicis non obvia) *ii* sunt, *qui pro tractuum conditione certos fines cuique possessioni ponerent;* coll. loco laud. ex Cap. XXIV, et Glossâ, in fine hujus Cap. p. 110.

Quam mirifice Noster, ita disserens, locum Jos. XVIII. 1 seq. exornaverit, in *Diss.* p. 69 indicavi. Hîc deinde de *unâ* tantum *Terrae divisione* Auctor loquitur, quam sibi finxerit *Sichemi* peractam; de *duplici* contra in Josuae Libro jud. fit sermo, quarum altera (Jos. XIV—XVI), *Gilgal*e (Jos. XIV. 6) habita, Tribus *Judae* et *Ephraïmi*, altera vero (Jos. XVIII et XIX), *Silunte* instituta, *reliquas* spectabat. Hinc h. l. et Cap. XXIV, non ut in Textu hebr. 7, sed *10 partes* memorantur. *Tres* denique Jos. XVIII. 4 Viri ex quâque Tribu (id est *21*) eliguntur, quibus divisio committitur. Ho-

rum numerus in Chronico non definitur. Vid. de iis LENGERKE l. l. p. 651 seqq., 659, 671.

(*b*) Ut ex his apparet, Noster opinatus est, Jūšaʿam; ante quam illos Viros dimitteret, Palaestinam ab hac parte Jordanis, in 10 partes jam divisisse, et terminos indicasse, quibus cujusque Tribûs ditio contineretur. Supererat igitur, ut in singulis Tribubus cuique Familiae et Genti sui agri assignarentur. Hujus rei Provinciam Jūšaʿa Geometris eorumque Sodalibus hîc mandavit.

(*c*) De dictione سورة التخوم vid. *Ann.* ad C. III. n. *l*, p. 209, et de locis h. l. laudd. *Diss.* p. 95 seqq.

(*d*) In sententiâ ثم عاود يقول, Verbum عاود significat *orationem denuo instauravit* (*zich hervatten*), quae notio in Lexicis non exstat.

(*e*) Pronunciavi الخليج, *sinum* intelligens *Maris mortui meridionalem* Orientem versus, cui voci in Textu hebr. respondet מִנֶּגֶב. Idem Auctor legisse videtur, haec verba mox explicans يعنى لسان الخ, ubi vox لسان *Isthmi* sensu adhibetur, in Lexicis non notato. *Isthmus* nimirum spectatur, quo *sinus*, quem diximus, formatur. Ex quo fonte hanc animadversionem Noster sumserit, quis certo dicat? Fieri potest, ut haec loca ipse cognoverit, aut ut Commentarium samaritanum in Pent., verba Num. XXXIV. 3—5 illustrantem, vel ut Jos. XV. 1 seqq. consuluerit, ubi, quae l. l. Num. leguntur, accuratius exponuntur. De eo enim *Isthmo* ibi in col. 3 et 5 sermo fit. Hunc *Isthmum* et *Peninsulam* adjacentem, ex Recentioribus primus descripsit ROB. (*Pal.* II. p. 435 seq., 439, 467, et III, p. 781), cujus verbis consideratis, suspiceris, *Montium seriem* ab Oriente ejus Peninsulae, Palaestinae ab hac parte terminos fuisse. — Sequitur Glossa, cujus Auctor verba proxime praecedentia non intellexit. Glossa continetur verbis يعنى — البحر (ubi in Textu pro مصيق leg. مضيق). Is nempe pro الخليج legit الحليج, adeoque loquitur de *viae intervallo* (الخلجة) *Al-Ḥegāzum inter et Aš-šāmum, quod ad Mare* (*rubrum*) *procurrit*, *Vallem* intelligens *Al-Araba*.

(*f*) Situs urbis קָדֵשׁ בַּרְנֵעַ accuratius hodie, quam antea, describi potest. Sine dubio a Meridie τοῦ מַעֲלֵה עַקְרַבִּים (de quo loco ROB. l. l. III, p. 46, 171 seq.), sita est. De *ipso* tamen *loco* quodammodo dissentiunt ROBINSON*US* et RAUMER*US*. Ille (*Pal.* III. p. 171 seq.) existimat, *eum vicinum esse loco, hodie dicto* عين ويبى; hic (quod videtur verisimilius) *aliquot milliaribus Septentrionem versus* eum locum quaesivit in ruderibus, prope عين حسب, de quo loco ROB. (l. l. III. p. 156, 172 seq.). Vid. RAUM. *Beiträge zur bibl. Geogr.* 1843, p. 9 seqq. Urbs, supra dicta, in Chronico vocatur

قدس الرقيب, pro quo sine dubio قدس الرقيم reponendum. Nomen קָדֵשׁ nempe Gen. XVI. 14 et XX. 1 a Chald. רְקָם, a Syro ܪܩܡ, a Saadīa رقيم; et קָדֵשׁ בַּרְנֵעַ, Num. XXIV. 4, et Jos. XV. 3 a Syro ܪܩܡ ܕܓܝܐ, a Chald. רְקַם גֵּיאָה, in *priore* loco a Saadīa رقيم برنع, et ab Arabe in loco *posteriore* قدس الرقيم redditur. Constat ergo vetus Epitheton ברנע temporis decursu permutatum esse voce רקם, et الرقيم; et *hoc* nomine, omisso קָדֵשׁ, eum locum appellatum fuisse. Idem novimus ex *graecis* et *latinis* hujus urbis nominibus, 'Αρεκεμέ (الرقيم), quod in 'Αρκήμ, 'Αρκέμ, et 'Αρκή contractum est), et *Erracimum*, de quibus vid. A. Schult. in *Ind.* ad *Vitam Salad.* in voce *Erracimum*. Abū'l-Fada (*Ann. mosl.* IV. p. 4, coll. A. Schult. in *Excerpt.* Abū'l-Fad. ad *Vitam Salad.* p. 15) الرقيم sic definit: وهو بالقرب من الكرك, quod non ita intelligendum, ut Ges. (in *Comment. in Jes.* p. 537), et Rob. (*Pal.* III, p. 761), et Hamak. (in notis ad فتوح مصر, p. 116 seq.) visum est, Ar-raqīm*um a Septentrione* Al-carac*i* sitam esse, sed *a Meridie*. Al-carac*ā* enim redibat Salaho'*d*-dīn*us*, quum novisset Nūro'*d*-dīn*um* Ar-raqīm*um* processisse. Cavere enim volebat ille, ne ipsi reditus in Aegyptum rescinderetur. — Si ברנע ex בר et Verbo נוע sit compositum, *Qades Barnéa* designet *locum sacrum Nomadum*, et olim fortasse his talis locus fuit. — Verbis يعنى قبلى — والحجاز Glossa continetur, quae primum vocem explicat جَنُوبِى (Adjectivi forma, quae in Lexicis omittitur) per قِبْلِى, (*meridionalis*). Haec adscripta est a Samaritano *aegyptio*, ubi *Meridiem* اَلْقِبْلَة, *Regionem oppositam* τῷ البحر (*Mari mediterraneo*) nuncupant (de Sac. *Chr. ar.* II, p. 20 seq.). Mox agi videtur de قدس. Perperam ibi scribitur برنا pro برنع, et ante موضع Copula و videtur inserenda esse.

(*g*) Verba وكان قَشْدَة — الروم (ubi pro الخوق leg. الخوف) videntur explicare ante dicta: ويكون لكم التخم — الى ناحية مصر, et ex Comment. quodam in Pent. sumta esse. Ut enim inter Judaeos, ita inter Samaritanos, de interpretatione vocum נַחַל מִצְרַיִם dissentiebant. Saadia v. c. has Num. XXXIV. 5 vertit وادى العريش, Abū-Saīd نهر مصر, intelligens fortasse *Nīlum*, et hic nominatim in Cod. hujus Versionis barberino memoratur, ubi h. l. legitur نيل مصر (de Sacy. *Mém. de l'Acad. des Inscript.* XLIX, p. 43 in notâ). Alii hanc interpretationem merito improbarunt. Scholion enim loco Num. l. adscriptum in Codd. pariss. n. 2 et 4, haec habet: نهر مصر وهو وادى العريش (de Sacy *Mém.* l. l. p. 149 et 70). Fieri potest, ut is, qui hanc Glossam adscripsit, hocce Scholion cognoverit. *Interpreti* enim nostro haec vix tribui

potest. Differt certe Chronici et hujus Glossae dicendi ratio, quod apparet, tum ex voce فلسطين, cujus loco Noster كنعان scripsisset (cf. *Ann.* ad C. VIII), tum ex usu nominis الروم, quod HOTT. l. l. p. 584 vertit *Romam*, sed (quia ambitus describitur *orientalis* Maris mediterranei) *Asiam minorem* designat, quod nomen haec Terra acceperit, postquam Turcae Selgūkidae eam occupaverant (HAMAK. ad فتوح مصر, p. 59 seq.). *Asiam minorem* Chronici Interpres appellat C. XXVI (p. 125) رومية الصغرى, cum quo nomine conf. رومية الكبرى (*Imperium byzantinum*) in loco, ab HAMAK. in Libr. laud. allato p. 60, et ܐܣܝܐ ܘܩܦܐ de *Asiâ*, exceptâ Asiâ minori, ap. B. H. p. 39. Vox الروم in C. XLVI (p. 23), designat *Occidentem*, s. *Italiam, Hispaniam, Africam.* — *Roma* C. XLVII (p. 243) رومية dicitur. Quos denique Anachronismos Orientales committant, voce الروم utentes, videmus ex Fabulis de *Josepho*, ubi mentio fit *Regis* الروم, *Legatos mittentis ad Regem Aegypti*, in G. WEIL *Bibl. Legenden*, p. 113. — Dictionem البحر الاخير (sic enim ibi et deinde in Textu ar., et in *Diss.* p. 64 l. 3 et p. 97 l. 4 et 5 leg.), quam Noster *hîc* in Cod. suo Versionis arab.-sam. legebat, ipse hîc illustrat, non quia *per* se explicatione egebat, nam C. IX (p. 46) eâdem voce jam usus erat, sed ut caveret, ne quis postea legens البحر الكبير aliud Mare, atque *Mare mediterr.* hîc cogitaret. In verbis الى الجبل الجبل recentior manus in Codice *priorem* الجبل omittendam esse censuit. Sed perperam. In Textu enim hebr. haec respondent verbis: מִן הַיָּם הַגָּדֹל תְּתָאוּ לָכֶם הֹר הָהָר, id est: *a Mari magno constituetis vobis* Hōrum *Montem.* Non legendum esse הַר וָהָר, ac si sensus esset: *terminos constituetis montem et montem*, h. est, *montes perpetuos*, ut cl. PALMIUS conjecit, docet veterum Interpretum de pronunciatione prioris vocis הר cum Traditione, quam Masorethae sequuntur, consensu. Servatur enim הוֹר ab ONQUELOSO (הוּר טוּרָא), a SYRO (ܗܘܪ ܛܘܪܐ), a SA:ADĪA et ABŪ-SA:ĪDO (هور), quibus omnibus Palaestinae Topographia ignota esse vix poterat. Et vero intelligi videtur *Mons certus quidam*, ob altitudinem sic dictus (ut alter ille, in quo Ahārōn mortuus sit), fortasse summus Vertex septentrionalis Montium jugi, hodie dicti جبل الشيخ, de quo vid. ROB. *Pal.* III. p. 608 seq. *Certum* nempe *quemdam Montem*, non *universum montium Antilibani jugum* spectari, videmus ex verbis col. 8: מֵהֹר הָהָר תְּתָאוּ לְבֹא חֲמָת, unde novimus *ab Horo monte* terminum progredi *Hamath*am versus. Hic Mons ergo in Chronico nuncupatur الجبل.

(*h*) Hinc terminus septentrionalis secundum Textum hebr. Num. XXXIV. 8 et seqq. transibat per צְדָד (hodie صدد, pagus magnus ab Oriente viae, quae Damasco Emessam

(حَمْص) ducit ; vid. Rob. l. l. III, p. 747 et 926), per זִפְרֹון, et חֲצַר עֵינָן. Duo priora loca omittit Noster, tertium Sa:adīa nuncupat حصار عينان, et Abū-Sa:īd (l. عينان) ارض عنين. Noster vero اينان حمص. Quis locus significetur, novimus ex descriptione terminorum Terrae septentrionalium Ez. XLVII. 17 (coll. XLVIII. 1): וְהָיָה גְבוּל מִן הַיָּם חֲצַר עֵינוֹן גְּבוּל דַּמֶּשֶׂק וְצָפוֹן צָפוֹנָה וּגְבוּל חֲמָת וְאֵת פְּאַת צָפוֹן. Qui locus, ut fere in syriacâ Versione legitur, restituatur in verbis וְצָפוֹן־צָפוֹן sic: וְזִפרון צָפוֹנָה גְּבוּל חֲמָת זאת פְּאַת צָפוֹן; id est: *et* (Aetate illâ aureâ) *hic erit terminus: a Mari Hazar Ænōn, terminus Damasci, et Zifrōn septentrionem versus, terminus Hamath*ae ; *hic angelus est septentrionalis* ; quibus verbis ergo significatur, terminum, qui inciperet *a Mari*, *Orientem* versus ad *Hazar Ænōn*em; et *septentrionem* versus ad *Zifrōn*em progressurum esse. Hinc igitur videmus, *Hazar Ænōn*em in finibus *Damasci*, *Zifrōn*em in finibus *Hamath*ae sitam esse. Noster scribens اينان حمص, חמת (حماة) sine dubio non cogitavit, sed spectavit *Hazar Ænōn*em, quem locum cognomine حمص appellaverit, quia ipsius aetate ad *Agrum emessenum* fortasse referebatur. Cum nostrâ hujus loci interpretatione conveniunt dicta Auctoris, quae mox sequuntur, quem scribentem statim agnoscimus ex voce الملك, quo titulo Jūsa:am ornare solet. Terminos *orientales* paucis deinde adumbrat, ubi احاط, ut paulo ante اجار, eodem fere sensu, in Lexicis non obvio, *flexum fecit*, adhibetur.

(*i*) His verbis Glossam contineri, jam suspiceris, quia nexus cum praecedentibus et sequentibus omnino desideratur, quod in *Diss.* p. 26 ex *lacunâ* oriundum esse, perperam opinabar. Hic nimirum ea traduntur, quae veteris Chronici samaritani Scriptoris de Terrae divisione opinioni prorsus sunt contraria. Is enim, ut in n. *a* in *Ann.* ad hoc Cap. vidimus, *unam* modo posuit divisionem, *duas* vero Glossator. Ille ergo hoc Capite ineunte de *10 partibus*, hic de 7½ locutus est. Nullum enim est dubium, quin hîc pro التسعة, السبعة legendum sit, quod vitium, quia in seqq. de التسعة sermo fit, quam facillime committi potuit. Ille denique Historiam hanc conscribens, Opus, de quo in *Diss.* p. 75 seq. disseruimus, hic vero Josuae Librum judaïcum secutus sit. *Prior* ergo divisio, quâ Tribubus *Juda*e et *Ephraïm*i Terrae pars tribuebatur, a Glossatore dicitur آلاقْطاع الكبير; *posterior*, in quà reliquarum 7½ Tribuum res agebatur, الاقطاع الصغير. Voce enim الاقطاع, ut Cap. XXIII (p. 115) in verbis ليسكنوا فى المدن التى أُقْطِعَتْ لهم, IV Species Verbi قطع, quae ibi non c. a. p., sed c. ل p. construitur, significat *in Foedum assignavit*, id est *distribuit Israëlitis agros* (الأقْطاع), *quos Deus ipsis possi-*

dendos permittebat. Vid. etiam C. XXIII (p. 111), et C. XLV (p. 227), ubi Palaestina voce اتطاع, Gentium vero regiones بلاد dicuntur. Minus accurate Glossator loquitur de *restituendâ dimidiâ parte divisionis majoris.* Secundum Josuae Librum *aliqua pars* possessionum Tribuum Judae et Ephraïmi inter reliquas dividenda erat.

(*k*) Dictio خارج من القسمة, C. XXIV (p. 120) permutatur cum الخارج عن القسم. De Legibus, ubi agitur de 42 Levitarum Urbibus, et 6 Asylis, quae igitur numerum 48 Urbium efficiunt, vid. LENGERKE l. l. p. 609 seqq. et 681 seq. Quae in iis Legibus vocantur עָרֵי מִקְלָט, h. l. dicuntur مُدُن رَدّ, *Urbes repulsae*, id est: *quae abarcent impetum Vindicis sanguinis;* et sic paulo post etiam ea vox explicatur: فتكون هذه المدن رد من المتار. Illam autem formulam, quam Noster in Chr. sam. reperiret, etiam illustratur sic: يعنى مَلْجَاء id est: *significat Asylum*, quâ formulâ utitur ABŪ-SA:ĪD; dum SA:ADĪA قُرَى حمًى, *Arabs.* ERPENII ابلاد المخلص, et *arabs Libri Josuae Interpres* مدن الوُقُوف scribunt. Alia Glossa mox additur ad verba للقاتل — بذلك; nimirum يعنى اتفاقا — تقدمت. Vindex sanguinis (גֹּאֵל), apud SA:ADĪA*M* وَلِيّ (*proximus cognatus*), apud *Arabem* ERPENII فادى الدم, et ABŪ-SA:ĪD*UM* ولِيّ الدمّ, hîc vocatur متار (*is qui sumit* ثار s. تار *vindictam*). In fine Capitis forma legitur وَصّيُوا pro وَصُّوا, cujusmodi formarum exempla, inter Mauros usitata, CAUSSIN DE PERCEVAL (*Gramm. ar. vulg* Paris 1833, p. 59) citavit in vocibus تَرَمّيُوا et يَرْمِيُوا, pro تَرَمّوا et يَرْمُوا. Conf. etiam infra in *Ann.* ad C. XLVI not. *d*.

CAPUT XXIII.

(*a*) Magnam Capitis partem HOTT. edidit et vertit l. l. p. 515—519.

(*b*) أَفَضْتُمْ verti *diligenter observastis*, quae notio in Lexicis desideratur. Etenim quia I Species significat *copiosus fuit*, IV denotat *copiosum reddidit* c. ب rei, quâ agendâ aliquis occupetur. Hinc, si de sagittis aleatoriis sermo est, *lusit aleis.* Verum in EICHH. *Monum. Hist. Arab.*, p. 93 et 98, افاض بالناس significat *magnum hominum numerum duxit*, qui Arafātâ Minam pergit. Veram Verbi vim non intellexit is, qui in Codice leyd. Literam *Vāu* voci praefixit. Verbum istud وفض (*cucurrit, properavit*) in III Sp. non laudatur.

(*c*) حُجَّة *jus* saepe significat, *quod aliquis nactus est ob certam quamdam actionem.* Vid. DE SACY. *Exposé* cet. II, p. 368. H. l. Auctor jus spectat, quod Jūša:ae

competebat in eas Tribus, quamdiu Palaestina nondum subacta esset. — *Iis*, *quos* hac Tribus *reliquerant*, *Senes* intelliguntur, *Mulieres*, *Liberi*, *Servi*, *Greges*. Terrae enim expugnationi *selecta manus* tantum electa erat.

(*d*) Ut verbum نبت (*germinavit*) in Borhān. *Enchiridio Stud.* 3, 4 de *scientiâ*, quae *crescit*, sic h. l. in IV adhibetur de *rebus*, *quae* alicui *feliciter cedunt*.

(*e*) Sp. IV Verbi خلع, *induit* aliquem *Veste* خلعة, si Jūša:a id fecisse censetur *aliorum interventu*, suo jure adhibetur. Alibi tamen I usitatur, ut paulo post p. 113, p. 193 bis, et p. 226. De *Donis*, una cum Vestibus iis traditis, in C. XLV, p. 226 sermo fit. De his vid. H. E. Weijers ad cl. Rutg. *Spec. de Hassano Pascha*, p. 140. — Forma V. v. تقدم, proprie *praeivit sibi*, et hinc c. الى p., et ب *rei processit ad aliquem cum aliquâ re*, significat ergo *commendavit*, *commisit aliquid alicui*; et haec notio etiam exstat p. 114, et in Abu'l-f. *Ann.* II, p. 258 l. 15; III, p. 146 l. 3; IV, p. 178 l. 4; et, ubi cum ل p., IV, p. 432 l. 10.

(*f*) *Hujus* rei, et mox sequentis *convivii*, Josuae Liber nullam mentionem fecit.

(*g*) Jūša:a nempe, summus Sacerdos, et reliquarum Tribuum Principes. Forma وَصَايَا, Coll. τοῦ وَصِيَّة, a Cast. et Gol. laud., Freyt. omisit. Forma يتناوموا pro يتناوموا, et sic C. XXVII, p. 128 تلاومس pro تلامس (vid. Ew. *Gr. ar.* I. p. 299), Linguae vulgaris sunt Soloecismi. Vid. *Diss.* p. 57.

(*h*) *Praefectos militares* intelligi voce وجوه, ex p. 112 et 113 manifestum est. Vid. *Ann.* ad Cap VI. n. *a*, p. 215.

(*i*) De solitâ constr. hujus Verbi in II et V Sp. c. g. a. dixi in *Ann.* ad C. II. n. *d*. p. 201. Hic II. c. c. ل p, et mox (الملك لاحكامهم) c. ل r., quarum constructionum neutra in Lexicis notatur. Utraque est constr. *logica*; in posteriore loco sensu *praeficiendi aliquem alicui rei*, in priore *imperium alicui tradendi*. H. l. eam constr. Noster perspicuitatis causâ usurpaverit, quia vox لتبيع a Verbo ملك adeo remota est. In animadversione interpositâ (collato C. XII, p. 60) reponendum est وتمادين.

(*k*) Intelligitur *Equus* quidam Jūša:ae; de quo Anachronismo vid. *Ann.* ad C. V, p. 215.

(*l*) Haec Hott. non intellexit, vertens: *orator in iis*, *quae statum eorum concernunt*. Sensum recte enunciavit Rel. in notâ, huic loco appositâ: *quem illi alloquerentur* (*Legati*), *qui de statu eorum interrogant*. Hoc enim Auctor vult, Nabīhum harum Tribuum nomine acturum esse cum Israëlitis ab alterâ parte Fluvii, si ii in illarum conditionem inquirere vellent. Ne enim immemores umquam fierent Foederis

fraterni, quod Tribubus, Jordane disjunctis, intercedebat, hoc monitum non supervacaneum erat. Idque mox etiam spectatur, ubi de summo Sacerdote, in rebus *dubiis* consulendo, fit sermo.

(*m*) Mutato وقف in وثق, Rel. ad Hott. *Smegm.* hanc sententiam reddidit: *quaecunque juris inciderit quaestio, referat ad* cet. Nihil mutandum. Verbum وقف cum في, et p. 116 cum ب rei, *dubitandi* vel *haerendi* notione, in Lexicis non obviâ, frequens est.

(*n*) Legendum esse سلّم اليه (ut mox bis legitur p. 115) pro سلمهم, ét sequentia, ét loquendi usus hujus Scriptoris docent. In similem Anachronismum, in quem hîc Noster, Deuteronomicus incidit, Josuam Jos. XXII. 5 introducens, Israëlitis idem fere, quod h. l. praecipitur, commendantem, et eadem in *Lege regia* (quem locum Auctor h. l. respicit) Deut. XVII. 18—20 monens, ubi Rex Israëlitarum jubetur *Codicis exemplum in suos usus describere, idque ubique secum ferre, et perlegere omnes dies vitae suae.* Quae in hoc Chronico adduntur de *hujus Codicis vi ad res quasque noxias abarcendas*, recentiorem spirant aetatem, et cum Talmudicorum Commentis conveniunt.

(*o*) Formula Moslim*is* trita العَجِل والآجِل (*Vita*, proprie, *festinanter transiens*, id est, *terrena;* et *moram trahens*, *subsistens*, id est, *futura*) recurrit C. XLI p. 198. Pro العجل scribi solet العاجِل. Auctor de vi Legis mûsa*icae*, ad vitam *in hac Terrâ* prolongandam, loquens, locos ob oculos habuerit haud paucos, v. c. Exod. XX. 12, Deut. V. 16, XXVIII. 1—14, alios, quin universum ejus Legis ingenium, *felicitatem terrestrem et externam cum Legis observatione semper conjungens.* De *vitâ* porro *futurâ prolongandâ* agens, non opinatus est, *hanc* vitam *terminis* quibusdam *circumscriptam esse.* Vult enim, eum, qui in observandâ Lege diligens est, et assiduus, *Vitae futurae participem fieri.* Quos autem Pentateuchi locos ad *hoc* probandum spectaverit, Samaritanorum in Pentateuchum Commentarii, et Libri ipsorum theologici ostendant, quia nulla ejus Doctrinae in Pentateucho mentio occurrit. Recentiores tamen Samaritanos hanc Doctrinam ex Pent. probare studuisse, jam apparet ex laudibus, quae in *Carminibus*, a Gesenio editis, passim obviae sunt, v. c. in Carmine IV. 16, p. 32, coll. p. 82. Sic Lex etiam, quia *praesentem* Vitam *servare* (p. 28 coll. p. 68 seq.), atque *hanc* et *futuram prolongare* dicitur (p. 30 coll. p. 73) Vitae *alimentum*, et (p. 32 coll. 80) *pabulum seculis futuris* vocatur. Ut in his locis, ita etiam in hoc Chronico, non tantum *observantiae*, sed etiam *lectioni* ejus, magna vis tribuitur. *Lectionem* h. l. memorans, *recitationem* et *mussitationem* cogitasse videtur Pericoparum, in quas Pentateuchus erat divisus, ac formularum certarum quarumdam, quae incantandi, malive removendi vim magicam habere credebantur Enumerantur deinde ista mala, quorum, eâ recita-

tione institutâ, immunis foret Nābīh*us*: 1) أَرْوَاح, id est *Daemones*, Creaturarum genus, medium Angelos inter et homines, ab Arabibus dictum الجِنّ, quorum alii *boni*, alii *mali* habebantur, et quorum *hi* h. l. spectantur. De الجِنّ vid. G. Weil, *Bibl. Leg.* p. 229, 253, 255. 2) Vocibus الأَعْيُن ٱلسُّوءِ, de quibus supra C. III, p. 23 jam mentio facta est, designatur veterum superstitio, quâ opinabantur, *oculi obtutum*, a nonnullis hominibus in personas aut res conjectum, perniciosam in eas vim exserere posse, quâ ipsae fascinarentur. Ut ergo ejus noxam abarcerent, puerorum jumentorumque collis appendere solebant *amuleta;* vid. Quaterm. in *J. A.* 3 ser. V, p. 233—243. 3) ٱلْمَنَاحِس, quae, ut ex C. XLII, p. 207 apparet, ubi مناحس الافلاك والكواكب uno tenore junguntur, sunt *mala auguria*, ex *stellis* desumta. 4) السحر, *incantatio*, pravo consilio et magno cum artificio instituta. 5) كِفَايَة ٱلْعَدُوّ, *vindicta* (quo *sensu* haec forma in Lexicis non notatur) *hostis*, vis ergo, quâ is alium laedere, et sibi ultionem parare possit. In Cod. legitur العدوا, quod vitium exinde ortum sit, quod in aliis Codd. legeretur Collect. الأَعْدَاء.

(*p*) Sententiae nexus postulat, ut omissum quoddam vocabulum suppleatur. Inserui ويصلحهم, quo Noster saepius, et hoc Cap. etiam p. 112 usus est. Memorans *Epistolarum Commercium inter Tribuum Principes habendum* (quod *quotidie* olim obtinuisse Auctor C. XXV contendit), et *Senatum*, sive *Consessum regiorum Ministrorum*, Scriptor *suae* aetatis conditionem rursus ob oculos habet. Ii Senatûs regii Socii, haud diversi a *Tribuum Principibus*, s. *Senioribus*, adeoque h. l. dicti رَئِيس سِبْط, alibi dicuntur الاولياء; vid. *Ann.* ad C. VI n. *a*, p. 215. Hac voce paulo post (ac deinde C. XXV p. 123 et C. XLI p. 199) designantur *Sacerdotes*, quorum Princeps, summus *Sacerdos*, in hac ipsâ sententiâ وَلِيّ الله, *Amicus*, s. *Minister Dei* vocatur; vid. *Diss.* p. 62. Varius nempe hujus vocis sensus est. Vis enim ejus pendet a verborum nexu. Si de *Principe* aut *Rege* sermo fit, ut in hoc Chronico de Mūsa et Jušaʻâ, *Socii* intelliguntur, quibus ii in *Rerum publicarum administratione* utebantur; si de *Deo* fit mentio, *ejusque Cultu*, *Ministri sacri* cogitantur. In Borhāno'*d-dini Enchiridio Studiosi* V. 19 وَلِيّ المُلْك explicatur per صَاحِب ٱلْمُلْك *Regni Praefectus;* alibi وَلِيّ ٱلْعَهْد denotat *haeredem Regni* (H. E. W. in *Orient.* I, p. 438, coll. de Sacy in *N. J. A.* 2e Ser. VII, p. 206 et 216). De sensu *Sancti* praeter de Sacy. in *Exposé de la Religion des Druzes* I, p. CCCCXCV, vid. etiam Burckhardt *Reisen in Arabiën*, p. 673. —

Summum Sacerdotem, quem huc usque Auctor dixerat الامام, nunc demum nuncupat ولى الله, quod in *Diss.* p. 70, et 82 ex usu *variorum Fontium* explicui. Similiter observetur Mūsa*m* paulo ante dici ابن عمران, quae formula, excepto C. I, quantum memini, in hoc Chronico ceteroquin non reperitur.

(*q*) Dictio حمل عنه, *aliquem levare onere ab ipso suscipiendo*, in Lexicis non explicata est; in quibus desideratur etiam تَدْبِيرَة, cujus *Pluralis* h. l. legitur.

(*r*) Quae dicuntur de 2000 Levitis, cum his Tribubus junctis, in Libri Josuae judaïco non traduntur; ea vero ita ficta sunt, quia Levitarum Tribus in aequales partes per omnem Terram distribui debebat. Haec autem Tribus secundum Censum, a Jūša:â institutum, constabat 23,000 Viris (C. XII), ex quibus ergo 2½ Tribubus Viri circiter 2000 competebant. — Constructionem Verbi سكن (*habitavit*) sequente فى, h. l. et saepe obviam (v. c. Qor. XIV. 47), Gol. et Freyt. (constr. c. *a.* tantum memorantes) omiserunt. Verba الاعشار — القرابين Noster addidisse videtur. Quae ibi narrat de donis, quae Levitis concedebantur, cum Pentateuchi dictis conveniunt; non vero animadversio de parte Sacrificiorum *quoque mense* iis traditâ, quod institutum fortasse inter Samaritanos recentiores vigebat. Neque etiam in Pent. leguntur dicta de *Precibus*, quas pro solenni more *stantes* facerent, et coram concione recitarent, quod etiam Cap. XXIV, p. 120 praecipitur. أَنْذَار, Coll. τοῦ نَذْر, *res* sunt *ex voto oblatae*, quae *Collectivi* forma et *notio* in Lexicis omittuntur. Verba وانفاق الحج Hott. et Rel. (ad h. l.) de *sumtibus* explicuerunt, *quibus Levitis ad Sacra peragenda, singulis mensibus opus esset;* sed *partes* videntur intelligi, *quas iidem ex Sacrificiis ipsi acciperent.* — *Rebus, quae sine Levitarum auxilio peragi non possent*, omnis actio publica et privata spectatur, ad quam legitime instituendam, ipsorum interventu opus erat; v. c. si matrimonium inirent, aut conditiones, emtionis venditionisve occasione positae, Scribarum manu solenni modo sanciri deberent.

(*s*) Aliud *tumidae orationis* exemplum! Verbum حفظ deinde sensu *custodias agendi* construitur c. ل. Mox eadem Verbi قرّ in X Sp. notio (*constitutus est*) recurrit in seq. Cap. p. 120, et in *Vitâ* Sojūtii; vid. Meurs. *de Interpr. Kor.*, p. 22. l. 7 a f., et p. 32 n. 106. In fine Capitis non *Festum sollenne, post reditum celebratum*, intelligitur, sed *conventus publici*, *deinceps Festorum occasione in Synagogis habiti*, cujusmodi rerum conditionem Noster, tum alibi, tum in C. XXIV perperam *in Jūša:ae aetatem* transtulit. De *conventibus sacris* Verbum جمع in VIII *κυρίως* usitatur.

Cum iis, quae hoc Capite narrantur, conf. Jos. XX. 1—9. Major tamen pars ficta est. In his 1) *tota* fere *Jūša:ae* Oratio; 2) *honor*, quo hic Praefectos Tribuum 2½ afficit,

et *Census repetitio*; 3) *Epulae*, *Foedus*, et *Vota*, tunc nuncupata; 4) Nabīhus *Rex creatus*, ejusque *inauguratio*; 5) *sollennis* exercitûs *abitus*, *valedictio*, et *festiva* ipsius in Patriâ *exceptio*, 6) omnia, quae Nabīhus, et Levitae egisse dicuntur.

CAPUT XXIV.

Initium Capitis ad finem fere p. 119 Hott. omisit, reliqua a verbis وخرج عمل النخ edidit et vertit l. l. p. 475 seq.

(*a*) Reditus horum Virorum, et divisio Terrae in 7 partes, instituta in gratiam Tribuum, quibus nulla possessio eo usque assignata erat, describitur Jos. XVIII. 9 — XIX. 51. *Mandatum Mūsae*, quod hìc memoratur, exstat Num. XXVI. 52—56. Multa hîc ficta et exornata sunt. 1) *Divisionis descriptio*; 2) dicta de *Levitis*, *Judicibus*, *Principibus*; et de partibus *Muneris Jūšaʿau*, ac *de iis*, quae ipse *singulis diebus* egerit; 3) historia *Arcis Šamrūni* (*Samariae*) exstructae, *Templique garīzīm*itani *conditi*.

(*b*) Ex hac vocabulorum cumulatione liquet, quanti Noster fecerit *Terrae divisionem*. In his attendatur vox نُقْصَانٌ, h. l., oppositum quippe τῷ كَثْرَةٌ, *minor pars*. De memoratis *Tabellis* conf. *Ann.* p. 226. Tabulae intelliguntur, quibus Terrae dividendae descriptae, et in 10 partes inter Tribus ab hac parte Jordanis, pro ratione majoris minorisve ipsarum numeri distributae erant. Quod ut ex praecedentibus, ita ex sequentibus apparet. Dicitur enim ʿIlʿazar (ex more recentioris aevi) *alterum* exemplum (quod ex mente Scriptoris inter publica documenta, quae servarent Sacerdotes, depositum esse videtur) descripsisse τῶν القسمة واخراج الاسباط, s. *partitionis* et *distributionis*, id est *terrae in partes divisae*, et *inter Tribus distributae*. Praeter duplum illud summus Sacerdos 10 libellos conscribebat, in quibus terrae assignatae accurate et distincte definitae erant, quos Libellos singulis 10 Tribuum Principibus tradidit. His nempe distributio committitur portionis, quae ipsius Tribui contigisset, quam ii ita instituisse dicuntur, ut quaeque Familia agros pro ratione numeri ipsius acciperet. Haec sic narrans, Auctor difficultatem evitare conatur, in quam Librum Josuae judaïcum legens, incurris. Quaestio scilicet tunc oboritur, quomodo distributio, *facta pro Censûs ratione*, quae mandatur Num. XXVI. 53—56, in concordiam redigi possit cum distributione, quae a *sorte* pendeat (Jos. XVIII et XIX), quia *sors fortuita* ea necessario turbare debebat, quae *computationes* definire studuissent; quâ de re vid. Lengerke l. l. I, p. 655 seq. — Hi decem *Libelli* in Chronico dicuntur عشرة أسهما, ubi primum observetur *Accusativus*, pro usitatiore *Genitivo*. Deinde forma أَسْهُمٌ (pro usitatâ سِهَامٌ, a Sing. سَهْمٌ, *sagitta* vulgo ex *arundine*; نُشَّابَةٌ contra (C. XXXVII p. 174) *sagitta* est *persica*, ex *ligno* facta), forma genuina quidem est, sed in Lexicis non notata, obvia tamen v. c. in Versione

Sa'adīąe Num: XXVI. 55, ubi verba בְּגוֹרָל יֵחָלֵק redduntur يُقْسَمُ — بِالسَّهْمِ. Ibi ergo سهم significat non *sagittam*, sed *sortem*, quam notionem ea vox accepit, quia Arabes *sagittis* in sortibus ducendis utebantur, quas vulgo *projiciebant*, sed etiam *sacco injiciebant coreaceo*, *e quo commoto* illae *educebantur*; v. c. in Traditione, quam de Avo Mohammedis 'Abd'ol-Mottalibo narravit Fresnelius in *J. A.* Sept. 1838. VI, p. 226 seq. Porro سَهْم *portionem* denotat, *sorte* indicatam, ut in loco Al-Maqrīzii in notis Hamak. ad فتوح مصر, p. 168, ubi de *portionibus praedae*, *inter milites divisae*, sermo est. Deinde etiam *portionem* universe, ut in Abū'l-fad. *Ann. mosl.* II, p. 278. l. 10, ubi سهام المواريث sunt *portiones haereditatis*. H. l. sine dubio intelliguntur *Libelli*, in quibus 10 illae partes erant exaratae, ut in verbis, quae mox sequuntur, diserte declaratur.

(*c*) Qui intelligantur voce عرفاء, apparet ex collatione locorum laudd. in *Diss* p. 63, in quibus omnibus ea vox legitur, et de *re militari*, s. de *partibus* agitur, quas *agebant* הַשֹּׁטְרִים, qui etiam designantur voce وجوه; vid. *Diss.* l. l., et *Ann.* ad C. VI n. *a*, et C. XXIII n. *h*. Videntur autem hoc Capite maxime spectari *summi Praefecti militares*, s. *Principes* cujusque *Familiae* et *Gentis*, de quibus vid. C. XX, p. 100. His ergo una cum 12 *Tribuum* Principibus (الرؤساء) haec agrorum dividendorum cura bene committi poterat.

(*d*) Verbum خرج eodem sensu adhibetur, atque Hebraïcum יָצָא, quocum tamen הַגּוֹרָל conjungitur, seq. ל pers., cui sors prodit. Hic vero في sequitur. Noster ob oculos habet Jos. XIX. 49, 50, et Jos. XIV. 6—15, coll. XV. 13 seqq., XXI. 12, et Jud. I. 10—15. Calabus vocatur Jūša'ae *Comes* (الرفيق), ratione habitâ itineris, quod cum eo et aliis Sociis, vivo Mūsâ, ad Terram explorandam suscepit; quo peracto seditionem Calabus sedavit (Num. XIII et XIV, XXVI. 65, XXXII. 10—12, Deut. I. 34—36). Idem porro dicitur *Princeps suae Tribūs* (Judae), ut Num. XIII. 6 (coll. 2), et XXXIV. 19. Improbanda est Hott. l. l. p. 476 emendatio, pro وسار بها legentis شاركنا معه, et vertentis (*cessit — duci omnium tribuum*), *quem cum eo habuit communem*.

(*e*) His Levitis mandatum esse videtur, ut Decimas acciperent, et Israëlitas ad Sacrificia ex Lege offerenda instigarent.

(*f*) Haec de Samariâ conditâ traditio mirifice differt ab iis, quae 1 Reg. XVI. 24 leguntur. Formam شامّى sensu *septentrionalis* Lexica non habent. Sine causâ Hott. شَمْعِي reposuit; nec Rel., hunc locum illustrans in *Diss. Misc.* I. p. 125, recte eum intellexit. Non enim الجبل, sed الحصن vocatur سمرون.

(*g*) Hott. multa hîc non bene explicuit. Ne dicam de اهل الرياضة, quas voces vertit *Geometras*, sed de quibus vid. *Ann.* ad C. III n. *e*; Verbum ذكر in III occurrit *colloquendi* sensu, ut apud Meurs. in Sojūtīi Opere طبقات المفسرين, p. ٢٧ l. 8 a f. coll. p. 110, et in *Enchiridio Studiosi* 6. 10; cum quibus conff. loci Abū'l-farag. *Hist. Dyn.* p. 247. l. 3, 326. l. 7, et 327. l. 6 a f. Noster voluit, Jūša:am per unum diem cujusque hebdomadis consessibus Eruditorum adfuisse, eorumque disputationes de rebus in medium collatis audivisse. Voce شغل (*Opus, quo quis occupatur*) significantur variae partes regii Muneris, quod Jūša:a gerebat, Judicia, v. c., Mandata edenda, alia; voce vero امور res Jūša:ae *privatae*. Quae ergo h. l. de Jūša:â feruntur, ingenium referunt recentioris aetatis, et similes de Mohammede traditiones cuique in mentem revocant. In Pentateucho Josua dicitur tantum, vivo Mūsa, *ex Tabernaculo non recessisse;* vid. Exod. XXXIII. 11, de quo loco conf. Lengerke l. l. I, p. 600 et 612. Pari fere modo *Davidem* hebdomadem transegisse, Moslimi in Fabulis suis contendunt; vid. G. Weil *Bibl. Legenden*, p. 208 seq.

(*h*) Hott. perperam vertit *neque alio aliquo profectus fuit.* Sensus esse videtur: *sic agebat Jūša:a, si domi esset*, ubi non intelligitur, ut Jos. XIX. 50 *Thimnath Serah*, sed, ut apparet ex mentione summi Sacerdotis, modo memorati, *quocum quâvis hebdomade conveniebat*, *Sichem*, ubi eo usque *Tabernaculum* positum esse dicitur; vid. *Ann.* ad C. XXI n. *l.* — كنيسة, Chaldaïcum כְּנִישְׁתָּא, quod *Synagogam Judaeorum* significat, in Arabum Scriptis etiam usurpatur de *Templis Christianorum*, et *Gentilium*, et C. L p. 255 de *Ecclesiâ christianâ* in Monte Ģarīzīmi; h. l. vero de *Templo Samaritanorum* in hoc Monte; quod a *Jūša:â* conditum esse, contendere etiam videntur Samaritani in Epistolâ anni H. 1099, simul tradentes, eidem Templo exstruendo adhibitos fuisse 12 lapides, ex Jordane in Montem Ģarīzīmi delatos; vid. de Sacy. *Not. et Extr.* Tom. XII, p. 220. lin. 3 a f. In hoc Templo Tabernaculum (هيكل الرب) *ab eo* tunc depositum esse Noster tradit. Haec de Templo condito Fabula ut studium Samaritanorum monstrat sui Cultûs origines ad tempora antiquissima deducendi, ita illa descriptio *Muneris*, tum *Levitarum*, tum *Judicum principum*, alicujus est momenti, quia Instituta delineat, quae *recentiore aetate* inter Samaritanos revera viguerint. De tempore, quo Templum Samaritanorum reverâ conditum esse videtur, vidd. *Comment.* mei *in Hist. Ģent. sam.* p. 89 seqq.

CAPUT XXV.

Hoc Caput, exceptis Inscriptione et ultimis verbis, a vocibus ثم جرى الخ, ab Hott. p. 519 seq. editum est. Commentarium hoc exhibet in locos Jos. XXI. 43—45 et

XXIV. 31, ubi de *pace*, quâ Israëlitae, vivo Jūšaâ, fruebantur, et de Cultu *mūsaico*, ab iis tunc et post Jušaae mortem observato, fit mentio. Haec vero mirifice exornantur; vidd. v. c. dicta de *Festis ter quotannis tunc celebratis*, et de Israëlitis, *ex variis Orbis Terrarum tractibus ad Montem Ġarīzīmi confluentibus*; dicta deinde de *pace 20 annorum*, de *magnâ israëlitici nominis famâ*, de *nunciis, statutis temporibus a singulis Tribubus allatis*, ac de *Re civili* et *sacrâ*, cujus conditio coloribus describitur, ex Kalifarum tempore sumtis.

(*a*) العمارة التامة (quod Hott. vertit *habitatione perfecta*) *agrorum culturam* spectat, quo sensu vox العمارة adhibetur etiam in initio C. XXIV. Hanc culturam dicit التامة, ac si nihil ea desiderandum reliquisset. Cum eâ nempe Noster tacitus comparat conditionem Palaestinae *suâ* aetate, quum, ut hodie, magna hujus terrae pars inculta jacuerit.

(*b*) *Catervas* dicens suam item aetatem Auctor cogitat. Israëlitas sibi fingit, *tunc* jam per Terrarum Orbem propagatos, ac ter quotannis ad Templum Ġarīzīm*itanum* tendentes, unâ cum Regibus, quorum imperio fuissent subjecti. Nimirum *Coetus* spectat *samaritanos*, quos *Romae* v. c. et *Constantinopoli* olim exstitisse, certo ille novit, atque in Agro *damasceno*, et in *Aegypti Urbibus*, quâ in Terrâ ipse vivebat, florentes vidit; vidd. *Commentarii* mei laud. p. 37 seqq. Perperam Hott. vertit verba: بانواع المُلْك والنعم, *cum variis muneribus, beneficiis*. Collectivo enim نِعَم a sing. نِعْمَة *opulentia* s. *pompa* designatur *magnifica*, quâ stipati advenerint Itineratores; et انواع, ut saepissime in Scriptis Arabum recentioribus, *varius* significat, ut in Kosegarten*ii Chrest. arab.* p. 2. l. 6 a f., ubi de aedificio fit mentio, *strato* بانواع الحرير والديباج (*variis pannis*, *tum sericis*, *tum auro argentoque intertextis*), et p. 3. l. 5 a f., انواع النقل والفواكه, *varia bellaria*, *variique fructus*. Quia Noster semper utitur Coll. المُلُوك, idem h. l. legatur. *Regum* autem mentio eo facilius Auctorem subierit, quoniam traditionem etiam ipse retulit de *Aliscandaro* (C. XLVI. p. 233), et de quodam *Romanorum Imperatore* (C. L. p. 256), Montem Ġarīzīmi adeuntibus.

(*c*) Vox حال hîc rei *modum* s. *causam* significat, ut C. XLVI p. 236. In margine Golius item id explicuit per شىء. Perperam Hott. سَائِر vertit *reliquus*. Hac voce, ut in Arabismo sequiore, significatur *omnis*, ut p. 123 et passim. Forma اِطْمَانِيَّة (Cast. habet اِطْمَنِيَّة) etiam legitur 2 Sam. VII. 10. *Pax* 20 annorum conf. cum *Ann.* ad C. XXI, ex quâ videmus, Auctorem statuisse, Jūšaae principatum *21 circiter annorum* fuisse, quem Ju-

daei vulgo producunt ad 28 annos; v. c. in סדר עולם רבה (C. XII ed. J. Meijer*i* Amst. 1699, p. 33), et in ס׳ ע׳ זוטא (ibid. p. 101), cum quibus facit Abu'l-fad. in loco mox laudando, et a quo Hamza, de 27 annis loquens, vix differt (Hamza*e* Ispah. *Ann.* ex ed. I. M. E. Gottwaldt, p. ٨٩. Illorum autem 21 annorum *unus* annus ex Samaritanorum opinione consumtus est Terrâ expugnandâ (vidd. C. XXI et dictâ in *Ann.* p. 244 seq.); reliqui *Terrâ dividendâ*, *pace*, et *victoriis reportandis*, quae quia verbo hic significantur, nec alibi pluribus describuntur, non conjicere licet, *quas* victorias Auctor *hîc* voluerit.

De his Jūša:ae expeditionibus nimirum loquitur quidem Abū'l-fad., referens *Syriam eum expugnasse*, ac *Praefectos suos per eam dimisisse.* Sic enim ille: وملك يوشع الشام وفرّق عمّاله فيه فاستمرّ يوشع يدبّر بنى اسرائيل نحو ثمان وعشرين سنة (*Hist. anteislam.* p. 36. l. 8). Eaedem expeditiones infra etiam spectantur C. XXIX p. 147, ubi inter Reges, a Jūša:â devictos, numerantur ملوك الشام وعظمتهم. At utroque loco respici videntur victoriae, quas ille *Mūsa vivente* reportaverit. Per 38 scilicet annorum spatium, quum Israëlitae in Deserto commorabantur (de quo tempore Pentateuchus nihil tradit), Jūša:a una cum Mūsa per universum Terrarum Orbem expeditiones suscepisse dicitur (vid. G. Weil., *Bibl. Leg.*, p. 176 seqq.). Quod Commentum Samaritanos non latebat, et ex quo explicantur dicta de *Israëlitis*, *per varias terras propagatis*, de *commercio inter eos instituto*, de *bello*, *a Jūša:â ante cum Hamāmo*, Patre Šaubac*i*, *gesto* (Cap. XXVI n. *a*), et de *60 annis*, quibus Jūša:a *bella se gessisse contendit* (C. XXVIII. p. 133). Haec autem, de bellis a Jūša:â, per 60 annos gestis, opinio bene convenit cum opinione vulgari de Israëlitarum per *40 annos* commoratione in Deserto, et de *pace 20 annorum*, de quâ in hoc Cap. Auctor loquitur, quin etiam cum ejusdem dictis (Cap. XXVIII ineunte), Šaubac*i* expeditionem incidisse in annum Regni Jūša:ae *2dum*; minime vero ea consentiunt cum Capitis XXXIX initio, ubi Jūša:a regnasse dicitur 45 annis (vid. n. *b* ad h. l.), collato C. XXXIV p. 166, ubi Šaubac*i* expeditio *bellum* vocatur *postremum*, *cui Jūša:a*, *cujus mors tunc instabat*, *interfuit.* In concordiam haec redigi nequeunt, et hic dissensus tantum ex usu illustratur variorum Fontium; vid. *Diss.* p. 56, 70 seqq., in primis p. 80 seqq.

CAPUT XXVI.

Historia hujus belli, Jūša:a*m* inter et Šaubac*um* gesti, ad finem usque C. XXXVII *fuse* narratur; *verbo* de eâ sermo est C. XLII, p. 207. Eadem in *compendium* redacta est ad calcem Libri יוחסין, ex cujus Operis Cod. MS. verbotenus haec descripta est in Libro שלשלת הקבלה, unde Hott. ipsam repetiit in *H. O.* p. 60—68, qui tamen nonnullas tantum Pericopas, in Capp. XXVI—XXIX obvias, contulit, sed narrationis *finem*, qui ultimâ paginâ dimidiatâ

continetur editionis constantinopolitanae Libri *Jūchasīn*, et quocum reliqua Capita conferre potuerat, omisit. Cum his etiam conff. dicta Rel. (*Diss. Misc.* II. p. 83 seqq.). De hac quaestione paucis ipsi disseruimus in *Diss.* p. 80 seq., et 100, et in *Comment.* p. 63 seqq. (ubi p. 64, l. 1, et in *Diss.* p. 100 l. 6, leg. 1566). Nonnulla hîc addamus.

Librum שלשלת הקבלה scripsit anno 1549 R. Gedalja, Gente Lusitanus, sed natus *Imolae*, Italiae urbe, quorsum Pater, ut persecutionem in Judaeos excitatam effugeret, se converterat. Liber tribus partibus constat, quarum 2a exhibet *Conciones*, 3a *Disputationes dogmaticas*, 1a vero *Chronologiam sacram* a Mundo condito ad ipsius aetatem, in quâ componendâ praeter Scripta Graecorum, Romanorum, et Christianorum recentiorum, praesertim usus est Libro *Jūchasīn*. Nomen tamen *Mendacis magni*, Gedalja*e* datum, declarat, quam exigua fides ipsius dictis habita sit; vid. Wolf. *Bibl. hebr.* I, p. 277, 279—281, et III, p. 169 seq. Quia vero locum illum tradens, *alium* sequitur, operae pretium est, ut de *hoc* Scriptore dicamus.

R. Abraham ben R. Schemūél Zacūt, Hispanus, Librum *Jūchasīn* conscripsit anno 1502, in eoque Historiam Judaeorum ad illud usque tempus continuavit, quam Mori*nus* in *Exercit. bibl.* vocavit *Thesaurum historiae judaïcae.* Usus est ille potissimum Opere Abraham*i* ben Dior (Wolf. l. l. I, p. 104—106), Hispani, anno 1161 Librum scribentis ספר הקבלה (*Librum traditionis*), ubi narrat, quomodo Traditionis series per varia tempora ab Ādamo ad annum 1161 propagata sit. Plura de eo vidd. ap. Wolf. l. l. I. p. 39 seq.

Ex Libris commemoratis, Librum *Jūchasīn* tantum consulere potui, sed exemplum, primum Erpenii, deinde Relandi (nunc Acad. groning.), qui praeter latina argumenta Capitum, alia nonnulla in margine annotarunt, unde etiam constat, Reland*um*, de Libro Jūchasīn loquentem, *primâ* hujus Operis (quod non significavit) Editione usum esse, *const.* nempe anni 1566, quam R. Schemūél Schūlam, Medicus, paravit form. 4ae, et notis instruxit (Wolf. l. l. I, p. 1122, coll. p. 104). Exstat enim etiam Editio cracoviana anni 1580 vel 1581, priore auctior (Wolf. I. p. 104 seq.), f. 8ae, quâ usus esse videtur Hott., l. l. p. 61 *paginam 154* Libri *Jūchasīn* citans. Hanc Editionem secuta est Ed. amstel. anni 1717 f. 8ae 128 pp. (Wolf. III, p. 66). R. Gedalja, scribens anno 1549, hujus ergo Operis a R. Schemūél*e* illustrati, exemplo non *typis expresso*, sed *MS.* usus est.

Finito Libro *Jūchasīn* haec R. Schemūél addit: אמ'ש' ש' מצאתי ראיתי בכפר זכרוני הכותיים וזכרו שראו אותו במדרש א' של יהודים; id est *Dixit* Schemūél Schūlam (שולם); *inveni et vidi in Annalibus Cūthaeorum, tradentium, quae viderunt in Commentario quodam Judaeorum*; quibus dictis, sequitur ipsa narratio. Vellem, ut addidisset judaïci Libri titulum. Sed fortasse Librum ipse adire non potuit, aliosve de eo loquentes tantum audivit, et locum ipse modo novit ex Libro quodam samaritano, cujus tamen titulum non accurate tradidit.

Ut R. Schemûél, ita R. Gedalja huic Historiae fidem habuit. Hic enim, Libri Juchasīn *Commentatorem* ab ejus *Scriptore* non distinguens, haec (sec. Hott. l. l. p. 60) scribit: ראיתי בספר היוחסין אלה הכתבים יפים ובחרתי להציגם לפניך למען תראה השגחתו יתברך למאמינים ובוטחים בו ואלה הם דבריו, id est: *Vidi in Libro Jūchasīn haec dicta pulchra, et haec tibi proponere constitui, ut videas Providentiam Benedicti erga credentes, et eos, qui ipsi fiduciam habeant. Et haec ejus verba sunt.* Ita si judicant Judaei recentiores, mirumne est, antiquiores Samaritanos hanc narrationem magni fecisse?

Non *nostrum* Chronicon, ut statuit Hott. (p. 61), sed *aliud*, ut Relando visum est (p. 84), R. Schemûél*em* legisse, ex multis indiciis constat. Primum in ipsius Libro Historia universa in *compendium* erat redacta. Nonnulla deinde *ordine paululum inverso posita erant*, et *aliâ ratione tradita*. Differt v. c. quam maxime Epistola (C. XXIX), ab Epistolâ, Libro *Jūchasīn* adjectâ (vid. Hott. p. 66 seqq.). Ea deinde, quae Hott. omisit, si conferantur cum C. XXX, vides illîc *breviter*, et *alio ordine* narrari, quae hîc *fusius* traduntur. Is porro, qui in Jūša:ae Libro dicitur نبيح, ibi vocatur יניח, quod tamen ex scriptione Codicis arabici cujusdam oriri potuit. Rex denique, cujus nomen huic Historiae inscribitur, in Libro *Jūchasīn*, omissâ Genealogiâ, vocatur *Rex Armeniae minoris* (מלך על ארמינייה הקטנה ושמו שובך); in Chronico C. XXVI p. 124, شوبك ابن حمام ملك فارس, ejusque Pater حمام بن رعوان ملك فارس; pag. autem 175 C. XXXVI, ubi Genealogia ejus iterum memoratur, omisso رعوان, haec leguntur انا شوبك ابن حمام بن فوط بن حم بن نوح الذى باركه الله وقت خروجه من السفينة, In Chronico ergo, ubi is *Persiae* Rex vocatur, misisse etiam dicitur Legatos in *Armeniam majorem* (vid. p. 124 in C. XXVI), unde videmus, Nostrum hanc regionem terris, ejus imperio subjectis, non annumerasse.

A quibus Judaei eam Fabulam acceperint, latet. *Mohammedani* (Rel. inquit p. 86 seq.) *Regem Persiae Josuae aequalem faciunt Naudar* (نوذر), *octavum in serie Dynastiae Pišdadaeorum.* Porro loquitur de Libro ἀκεφάλῳ et ἀτελεύτῳ, in quo Caput esset hoc titulo: خبر نبوت يوشع بن نون اندر عهد مَنُوچِهْر, id est: *Historia Vaticinii Jūša:ae filii Nūni tempore Manūgihrii*, quo regnante teste Abū'l-Fadao (*Hist. anteisl.* p. 70. l. 9) Mūsa prodiit. Sic enim scribit: وفى ايام منوجهر ظهر موسى عم, quae verba verbotenus videntur descripta esse ex Hamzae *Annalibus*; ubi, in dictâ editione haec exstant p. ٣٢, coll. ٣٣. Relando tamen, ex his efficiente, *Naudarum Manūgihrio* successisse, non favet Abū'l-Fad., hujus successorem nuncupans *Fariasiābum*, qui post illius mortem Regno persico potitus, tyrannum egisse, et regiones depopulatus esse dicitur. Sic

ille : ثمّ هلك منوجهر فتغلّب فراسياب على مملكة فارس واكثر الفساد وخرّب البلاد (vid. p. 70, l. 10), quibuscum item comparentur Hamzae dicta p. ٢٥ et ٣٣.

Moslimi, ut opinatur Rel. l. l., nomen شوبك ignorant, sed, ut addit, شَيْبَك cognoscunt, »filium Tūši, filii Çingisqāni, cujus posteri in Transoxaniâ regione imperarunt." Haec scribentem ipsum non subiit nomen Arcis, ab oriente Maris mortui sitae, ac dictae الشوبك (de quâ vid. A Schult. in Indice ad *Vitam Salad.*, Burckh. *Reisen in Syrien* II, p. 695, et in notis p. 1068, Reinaud in *N. J. A.* 1835 Juillet, p. 66. Hujus nominis origo cum traditione de Šaubaco fortasse cohaeret. Idem nomen etiam latere videtur in loco quodam tractûs, nomen habentis a بنى صَعب, ab Occidente Nābolosi, quem locum E. Smith in Catalogo locorum palaestinensium, adjecto Operi Rob. (*Palaest.* T. III, p. 877) scripsit *Khirbet Yaubek* (خربة يَوْبك), cujus rudera hodie supersunt. Ex his igitur locis videmus, Samaritanis certo nomen شوبك notum fuisse, quod insuper in relatione R. Schemuélis similiter שׁובך pronunciatur. Minime ergo scribendum esse puto شَيْبَك, licet Literae Vāu et Jā in Scripturâ sam. quam facillime secum invicem confundantur, cujus rei exemplum item mox habemus in voce ارمونية pro ارمينية. In Inscr. Cap. pro فاوس leg. فارس.

(*a*) *Reges* intelliguntur non *palaestinenses*, sed *exteri*, quos subegisse et occidisse fingitur Jušaa in expeditionibus, de quibus ad Cap. XXV n. *c* disseruimus R. Schemuél loquitur *de Regibus 31*, *occisis post Palaestinam subactam*, intelligens Reges, in Catalogo Jos. XII. 7—24 enumeratos. Hunc vero Catalogum Noster ignorat, et *5 Reges* tantum memorat in Speluncâ Maqadae interfectos C. XX, ubi hi vocantur *Canāanitae*. Šaubac Reges 36 Socios sibi adscivisse dicitur Cap. XXVII p. 129, et Cap. XXXVI p. 168.

(*b*) Legi formam IV Verbi خرب *tumuit*, quae in Lexicis non notatur, huic tribuens notionem *fecit ut aliquis tumeret fastu*, s. *fastum alicujus provocavit*, quo sensu laudatur forma تَخَرُّب.

(*c*) H. l. Noster scripsit نقّذ, Speciem II cum IV confundens, quâ hoc sensu tantum utuntur, et ipse uti solet, ac paulo post usus est. Itaque h. l. potius legam انفذ. In Libro *Jûchasīn* Šaubac, qui ibi vocatur Rex *Armeniae minoris*, collegisse dicitur Reges *Persarum et Medorum 45*. Hic vero sermo est de *reliquiis Canāanitarum*, quas a Sidoniis et aliis, separatim deinde memoratis, Auctor distinguit, et extra Palaestinam, *in oris* fortasse *Maris mediterranei habitantes* cogitat. Inter auxilia porro enumerantur

Rex *Armeniae majoris* et *Asiae minoris* (vid. n. *g* ad C. XXII); quibus nominibus utens, sui ille temporis rationem habuit. *Asia* nempe *minor* رومية الصغرى demum appellabatur, postquam ibi Selgūkidarum Imperium erat conditum. Tunc *graeci Imperii Imperator*, ante dictus ملك الروم, nomen accepit صاحب القسطنطينية, ejusque *Subditi* vetus nomen اليونانيون iterum adepti sunt (Hamak. ad فتوح مصر p. 59 seq.). Selgūkidae autem in Asiâ minori regnarunt ab anno circiter 1067—1318, iisque *Armenia minor*, Cappadociam inter et Euphratem sita, et Cappadociae Ciliciaeque partem complectens, vulgo erat subjecta. Regem deinde memoranti *Armeniae majoris*, Auctori fortasse ob oculos versabatur Dynastia Regum Aklāt*i* (اخلاط), regnans ab anno 1099—1207 (493—604 H.), et a Salāḥo'*d*-dīno sublata, cujus Dynastiae historiam illustravit de Saulcy in *J. A.* 1842, 3e Ser. T. XIII, p. 293 seqq. — Deinde *Sidon* (صَيْدَا), et *Syria*, ab antiquis inde temporibus celebriores erant, quam ut inter Śaubac*i* auxilia omitterentur. In iis tamen etiam القَيْمُون reperitur, cujus Rex *quare* memoretur, ex sequentibus patet. Haec enim urbs sub finem hujus Capitis, p. 139 et 155, locus esse dicitur conventûs omnium Foederatorum, cui consilio perquam erat opportunus. In hujus nempe viciniâ *Campus* erat *magnus* (مرج الكبير p. 173), et urbs haud procul sita erat a Vado scythopolitano, per quod exercitus exteri in Palaestinam transire solebant. Situs ipsius accuratius describitur C. XXXVI p. 169, ubi ea non multum remota esse dicitur ab 'Al 'Agluno. Illo nomine nimirum oppidum intelligitur Ġilād*is*, hebraïce dictum קָמוֹן, obvium Jud. X. 5 (ubi vid. Bertheau) inter חַוּוֹת יָאִיר, qui locus, quia Jaïr ibi *sepultus* esse dicitur, hoc *sepulcro* postea certo inclaruit. A Polybio (V. 70, 12) Καμοῦν uno tenore cum Pellâ aliisque Peraeae urbibus, ab Antiocho captis, jungitur. A Josepho dicitur Καμὼν (*Antt.* V. 8, vid. Rel. *Pal.* II, p 679), et dici videtur قُمَيْم in Catalogo locorum pal. tractuumque finitimorum, quem E. Smith addidit Rob. *Pal.* III, p. 918. Hic locus nempe ibi memoratur in descriptione Provinciae جَبَل عَجْلُون (sitae inter Rivulum اليرموك et الزّرقا) inter loca tractûs, dicti الوَسْطِيَّة, Jordani adjacentis, e regione circiter *Baisān*is, s. Scythopoleos, et Rivulo, cui nomen وادى مُوس, propinquus esse fertur. De قيمون ceterum conf. Quaterm. in *Hist. des Sult. maml.* Tom. III, p. 260.

(*d*) Nomen ابن يافث ab alterâ manu p. 130, et ab Abu'l-fad. (*Hist. anteisl.* p. 14 et 16), enunciatur يابث, de quarum Literarum permutatione vid. Caussin de Perceval *Gr. ar. vulg.* p. 3. Ut dicta de hoc Viro intelligamus, in memoriam revocentur Orientalium de *Japheto* Fabulae, de quibus exposuerunt praeter Hott. *H. Or.* p. 37 seq. Herbelot, Winer. (*Bibl. Realwörterb.*), et Ersch. u. Gruber *Encyclop.*, in voce. *Un-*

decim ei tribuuntur Filii, quorum quisque magnae Gentis Pater celebratur. Hae Gentes, dum *Hamidae* a *Meridie* Semitarum habitant, in terris, a *Septentrione* et *Occidente* Semitarum sitis, collocantur. Hamidis *Persae* etiam annumerantur; Šaubac enim Posteris *Hami* accensetur C. XXXVII p. 175, ac *Jāfet* inter eorum *Socios*, et Hebraeorum *Adversarios* in hac Traditione ponitur. Ex *Semi* quidem Posteris omnes Prophetas ortos esse Moslimi opinantur, ut legitur in Libro, dicto تواريخ الانبياء, ubi haec in meo MS. habentur:

لما سام فهو ابو الامام اى العرب والفارس والروم وكان احب اولاد نوح عم ودعا له بالبركة دون اخويه فكان جميع الانبياء من نسله الخ; i. e., *Sāmus Pater fuit Gentium, Arabum nempe, Persarum, et Graecorum*, sive *Rumaeae incolarum* (et sic etiam loquitur Abūlfad l. l. p. 16. 8 a f.); *ac dilectissimus fuit Nūhi* (Noachi) *Filiorum, qui illi benedixit prae Fratribus ipsius, quare ex ejusdem progenie omnes Prophetae orti sunt.* Moslimi, haec licet statuentes, *Jāfet*um tamen Prophetae titulo ornant, traduntque, accepisse eum ab Adamo, sive Nūho, *lapidem miraculosum*, cui inscriptum esset Nomen magnum (اسم عظيم), cujus ope Nūhus Arcam sine remigio et velis per aquas duxisset, et pluvia ex coelo demitti potuisset. Hujus *lapidis* nulla hîc fit mentio, sed *fulminis* et *bellici apparatūs hastarumque. Fulmine* Ibn Jāfet, *apparatu illo* et *hastis* Reges, quos secum ducebat, instructi esse dicuntur, et haec omnia *ille* ab Avo Nūho accepisse fertur C. XXVII p. 130. In Libro *Jūchasīn*, *hastâ* ille *vibrandâ excelluisse* dicitur. Ibi haec leguntur: ולקחו עמהם יפת הגבור אשר היה עורר חניתו על כמה אנשים. Hic ergo, et sic etiam C. XXVII, ut in Graecorum Mytho Ἰάπετος, vocatur *Gigas*, quo nomine (الجبابرة) omnes illi Foederati ipsi se nuncupant in Epistolâ C. XXVII, idque Jūšaa spectat, ubi C. XXIX *Gigantem se non esse* dicit. *Gigas* ille C. XXVII vocatur *Jāfet*, non ut C. XXVI *Jāfeti filius.* Sed ibi etiam, ubi item de Nuho *Avo* sermo est, idem legatur. Ac Samaritanos sic statuisse, verisimillimum est. Hi enim, si ut Moslimi Jāfetum *Prophetam* habuerint, Patrem, *Filium*, sumentes, rei Prophetâ parum dignae non immiscebant.

(*e*) Vocem تواب, quod تَوَّاب pronunciandum est, omisit Hott. p. 63, ejusque loco R. Schemūél memorat, *Legatum intelligentem et sapientem, cui traditur Epistola* (ובמסרו הכתב ביד שליח נבון וחכם). Quae deinde in Chronico leguntur, ab eo omittuntur. مُسيب in Lexicis non notatur.

CAPUT XXVII.

(*a*) Delectatur Noster paronomasiâ vocum بَأْس (quam ipse pronunciat بَاس) et لباس, *armatura*, quâ Gigantes inaccessi sint a telorum impetu; quae animadversio, ratione habitâ

eorum, quae de caede Šaubaci narrantur C. XXXVII, hîc deditâ operâ inseritur. Irrisionis causâ in fine Inscriptionis Jūša:a vocatur, ac si esset *Nomadum Dux*, الراعى, non الملك, ut in Chronico nuncupari solet. Sic nempe pro الرعاة legatur. Longa haec Inscriptio in Libro *Jūchasīn* verbis absolvitur: אל יהושע בן נון שלום.

(*b*) Forma قاتول, quae in Lexicis non notata est, occurrit etiam in arabicâ Versione Job XXIV. 14, ubi respondet *τῷ* רוצח (*homicida*). Est intensiva forma vocis قتول (Ew. *Gr. ar.* p. 145), quae ab Ḫarīrīo (de Sacy. *Anth.* p. ٢٨ explicatur formâ قتّال (*saepius occidens*). Praeterea Jūša:a vocatur الذئب *Lupus*, quo nomine Arabes nuncupare solent *Latrones*, et *homines pessimos* quosque et *horrendos*, ut in Scriptis Druzorum; vid. de Sacy. *Exposé* cet., p. 331 et 435. In Libro *Jūchasīn* id redditur זאב ערבות, *Lupus vespertinus*, h. e. *vorax*.

(*c*) Vid. C. I, n. *h*. Mox legatur خربت. — رداء, *tutum est refugium*, proprie *pallium*. Nam nota est dicendi formula بسط له رداءه (v. c. in Abū'l-f. *Ann. mosl.* I, p. 162 l. 15, *expandit ei pallium*, id est: *in clientelam eum recepit*, unde *Rumaei* in *Vitâ Timūri* (ed Gol. p. رعج l. 12) dicuntur رداء الاسلام *Islamismi pallium*, sive *defensores*. De hac dicendi ratione vid. Hamak. ad Weijersii *Spec. crit.*, p. 105 et seq. — Voci رداء respondet سند, *locus tutus ad refugiendum*; proprie, ut N. G. Schroeder suo Golii exemplo adscripsit, verbis utens Abū-Isḥāqi Tripol., p. 28: السند ما ارتفع من الارض فى اصل الجبل, *locus terrae elatior in montis radice*. Eadem vox recurrit in Jusa:ae Epistolâ, C. XXIX p. 144. Sequentia ومنها كانوا اوليائنا الخ, Scaliger in Codice vertit: *villici nostri negotiabantur, amabant mercaturam*. Recte ergo vocem يمتارزا a Verbo مار (media *Jā*) derivavit, quod significat *suos commeatu instruxit*, *aliunde commeatum*, praesertim *frumentum*, *attulit*, (vid. Qor. XII. 65), quam ob causam a Sa:adiâ Gen. XLI. 56 וַיִּשְׁבֹּר (*et annonam vendidit*) redditur مار.

(*d*) In Libro *Jūchasīn*, ubi de Regibus *31* occisis fit sermo (cf. n. *a* ad C. XXVI), *urbium* devastatarum *numerus* non definitur. Loco autem Jos. XII. 9—24 urbes 31 enumerantur. In Fonte, quo Noster usus est, 30 fortasse tantum memorabantur. In earum numero definiendo Veteres nimirum non consentiunt. V.c. in graecâ alexandrinâ Versione numerus earum *29* fuisse statuitur.

(*e*) De hac Formâ vid. n. *f* ad C. XXIII. Rarior etiam forma est أَلْسُن, quae ut *plur. paucitatis* usitatur, h. l. vero ut *Collectivum plurativum* لُسْن (pro quo Freyt.

نَسّ scripsit) adhibetur, ut vox melius responderet praecedenti أرواح. Pariter Linguae usum Noster non observat, scribens h. l., p. 144 et 161, أنفس (quod est *plurale Pronominis reflexivi*; vid. HAMAK. *Or.* I, p. 42) *animae* sensu, quae notio significatur voce نفوس; vid. n. *i* ad C. I, et *b* ad C. III. De formâ امتلت vid. *Diss.* p. 57, et CAUSSIN DE PERCEVAL *Gr. ar. vulg.* p. 64. In verbis وأكباد الخ latet dictio proverbialis. Legitur ibi in Codice بقد. Literam ر in fine SCALIGER recte apposuit. Vox هزيمة vulgo significat *fugam*, sed h. l. idem est, quod هازمة, *calamitas*.

(*f*) Cum SCAL. lego شموّع in II Sp., quae, monente DE SACYO (*Chr. ar.* I. p. 71) proprie usitatur de *Scribâ*, *Principis nomine*, *hujus decretum aliis annunciante*. Sequitur porro mentio τοῦ مرج بلاطا, de quo C. XXI p. 104 facta est mentio. Campus intelligitur Monti Ġarīzīmi adjacens. Ibi dicitur tantum المرج, et C. XXIX p. 138 المرج المطهر, *Campus mundus*. Idem C. XXXIX p. 189 (ubi Jūša:a Israëlitis valedicit) et C. XLVI p. 241 (ubi Hadrianus, relictâ Hebrone, per eum Campum Sichemum tendit, vocatur مرج البها, *Campus pulchritudinis*. Ac recte eum dici مرج البها, testantur qui Campum adierunt omnes, ejus laudes praedicantes; vid. *Ann.* ad C. XIX et XXI. Hoc loco solo appellatur مرج بلاطا, quod nomen Campus *universus*, aut *pars* ejus, a vicino loco quodam acceperit. ROB. nempe (*Pal.* III, p. 314) in Campo *latissimo*, quem describit, (quem igitur *proelio instituendo aptissimum* esse videmus) rudera invenit vici cujusdam, nomine *Belāt*, in eo circiter tractu siti, ubi Vallis a Meridie Occidentem versus procurrit, ad radices fere Montis sacri. Cum illo consentit SMITH, memorans in Catalogo locorum tractûs neapolitani *Deir Balūt* دير بلوط (ROB. l. l. III, p. 876). Fieri ergo potest, ut legendum sit مرج بلاط, ubi بلاط significet *solum complanatum, lapidibus stratum*, sive si in subsidium voces حشيشة (*gramen*), *locum gramine*, aut *herbâ abundantem*. Attamen بلاطا explicari potest, si ponis, scriptionem SMITHII بَلوط pro بَلُّوط dictam esse, quae vox denotat *fraxinum*, s. *quercum*, i. e. *quercum ballotam*, et si hujus Collectivum sumis بَلاطى. Nihil enim in Oriente magis consuetum, quam ut loca ab arboribus, herbis et plantis nuncupentur. Nomen مرج البها in Epistolâ Šaubaci, in Israëlitas adeo vehementer invecti, Noster fortasse studiose evitavit. ROB. (ibid. p. 311, 322) Campum *universum* appellat *Mukhna* (مخنا).

(*g*) Verba تتكون على عُدّة explicat nota dictio كونوا على عُدّة, *parati estote, prospicite vobis*. Vox عُدّة nempe significat *dispositionem*, *apparatum rei in tempus*

necessarium; vid. etiam C. XXXVII p. 171 كانهم كانوا على عدة من زمان ومن مدة. Verbum حج in VIII *se excusandi* notione, similiter cum ب legitur in Saadiae Versione Gen. XLIV. 16, ubi respondet verbis וּמַה־נִּצְטַדָּק. Pari etiam modo, atque mox كبس *de inopinato impetu*, idem legitur in Abu'l-fad. *Ann. mosl.* V, p. 96 l. 15, et in فتوح مصر p. 31 l. 5 a f.; eodemque sensu utitur Gemal'od-dînus voce كبسة, in Freyt. *Chrest.* 1823, p. ٩٨ l. 1. De formâ اغتلت vid. *Ann.* ad C. IX n. *a*, et *Diss.* p. 57, ubi pro ع leg. غ. Sp. VIII Verbi غل (in I *perfidus fuit*) hîc significat *perfidum se gessit*, *perfide tractavit*, quae notio n Lexicis deëst.

(*h*) Perperam Scal. pro ملك legit ملوك. In verbis ولا عدّة المزح (verbotenus: *et apparatus non joci sunt rerum fortuitarum*) voce علل s. *res accidentes*, videntur respic ea, quibus Israëlitae gloriabantur, *transitus* v. c. *per Mare* et *Jordanem exsiccatum*, *tonitrua*, *fulmina*, *grando*, *pestis*, *vis magica tubarum sacerdotalium*, alia (conf. C. I, V, XV, XVII, XXI). Irrisionis causâ Israëlitarum de iis dicta dicuntur مزاحون, *joci*, *verba ludicra*, quibus mox opponuntur *res in facto positae*. De عدّة sensu *apparatûs bellici*, vid. Rutg. l. l. p. 175.

(*i*) Istud صاعقة (*fulmen*) recurrit C. XXIX p. 142, et C. XXXVII p. 178, ubi conversum in Šaubaci Socios, uno ictu *mille occidit*, et ex *ferro duro* (فولاذ, persicum پولاد, *ferrum durum*, *chalybs*) et *candente* compositum esse dicitur. Etiam Ἰάπετον Graecorum et Latinorum Poëtae fulmine instruunt. — Vox الّة *hasta* est *velitaris brevior*, *latiore spiculâ praedita*. Sequens ergo للحرب friget, nisi Noster cogitaverit usum hujus الّة in *ludis*, aut ad *auguria captanda*. Quia denique Nuhus ex mente Scriptoris non *omnium Regum*, quos 'Ibn-Jāfet secum duceret, et qui non diversi fuisse statuuntur a *Sociis* Šaubaci, *Avus* dici potest, legi ورثتها من جدّه. Scal. in يرتبوها *suffixum* omittere voluit, sed sine causâ, si II formam legimus.

CAPUT XXVIII.

(*a*) Auctor h. l. Fontem sequitur, cujus Scriptor (quod in Fabulis est tritissimum), ne quid fictioni deësse videretur, tempus *quam accuratissime* definire studuit. Legatus *postridie Festum Pentecostis* advenisse dicitur, id est, non *die*, *postquam* Festum *absolutum erat*, sed, ut sequentia docent, *die*, *post inchoatum Festum*, cujus initium in vesperam praecedentem inciderat. Festum vocatur يوم المقرى (*dies conventûs*), quod

Noster explicat per حَجّ ٱلسَّوَابِيع, quae forma a **Cast.** item laudatur ex Cod. oxon. Dan. IX. 25, et XXX. 3. Vox مقرى, orta ex Hebr. מִקְרָא, *sensu* prorsus convenit cum Rabbinorum עֲצֶרֶת, quo nomine (*ἀσαρϑά*) Josephus (*Antt.* III. 10. 6) quoque eum diem appellat. Eâdem voce utitur Abū'l-fad. (*Hist. anteislam.* p. 160 l. 5 a f.), Festum nuncupans عيد العَنْصَرة, quod de Sac. (*Chr. ar.* I p. 292) perperam *Onsarat* enunciavit, Al-Maqbīzī locum edens et illustrans ibid p. ٩٨. Duo alia hujus Festi nomina Al-Maqr. memorat, عيد الموقف, id est *F. Stationis*, nempe *sinaiticae*), et عيد الخطاب, s. *F. allocutionis*, ubi verba spectantur, a Deo ad Israëlitas ex Monte pronunciata; vid. de Sac. l. l. in not. 37 et 38, p. 320 seq. Hoc Festum Samaritani *recentiores*, ut Judaei *veteres*, considerabant tamquam diem sollennem, Festo verno, sive Paschatis, finem imponentem, iique, licet postea, hos sequentes, *per 7 dies* ipsum celebrarent, *primum diem* tantum *Sabbathi* instar celebrabant. De *Judaeis* vid. de Wette *Lehrb. der hebr. jud. Arch.* 3e Aufl. p. 295 seq.; de Samaritanis vero locus ex Epistolâ Salamae, a. 1808, editâ in *Not. et Extr.* XII, p. 50—64, ubi haec de Festis p. 62 dicuntur: الفصح له عوائد وعيد سبعة ايام الفطير له عوائد وحجّ الى جبل الفرائض كاريزيم ونعمل عليه عوائد ومثل الخمسين يوم المفروض عددها على جميع جوق اسرائيل وختامهم عيد وحجّ لله كذلك له عوائد ومثل يوم اول الشهر السابع شهر الاستغفار له عوائد ويوم العاشر من شهر المذكور نصوم ليلا ونهارا والليل له عوائد والنهار له عوائد ولا ننام فيه ولا نفتر عن القراية والتسبيح طول الليل والنهار وكذلك يوم الخمسة عشر فى الشهر عيد الفرش اى المظلّ له عوائد والحجّ ايضا الى الله كذلك وايضا يوم الاثنين وعشرين يوم من الشهر المذكور عيد الختام لجميع الاعياد ايضا له عوائد بمفردها, id est: *Festum Paschatis suos habet ritus; etiam Festum 7 dierum panum azymorum suos habet. Tunc sacrum iter instituitur ad Montem mandatorum,* (*Montem*) *nempe Gārīzīmi, in eoque ritus item peragimus. Similiter diem quinquagesimum, quo finis imponitur horum* (dierum) *numero,* (celebrare) *incumbit omnibus Israëlitarum Coetibus, isque dies, qui iis diebus sigillum veluti imponit, est festus, quo sacrum illud iter in Dei honorem instituitur. Pari modo huic Festo sui sunt ritus. Eâdem ratione diei 1o mensis 7i, mensis expiationis. Et die 10° dicti mensis jejunium instituimus noctu et interdiu. Nox item suos habet ritus, et suos dies lucidus. Hoc die non dormimus, neque desistimus a lectione* (*Legis*) *et a Precibus recitandis durante nocte dieque. Et pariter die 15° hujus mensis Festum est expansionis* (stratorum), *id*

est, Tabernaculorum, cui ritus sunt peculiares, et iter etiam sacrum ad Deum (ad locum, ubi is praesertim praesens adesse credebatur). *Porro etiam dies 22us dicti mensis festus est, sigillum veluti imponens omnibus Festis, cui ritus quoque speciales statuti sunt.* De Festis cf. ceterum *Diss.* p. 110.

(*b*) وَصَّل in IV (*tradidit*) h. l. construitur c. g. a, quae constr. in Lexicis non notatur. In iis etiam omittitur forma رَجْم sensu *lapidationis*, quae notio ibi tribuitur formae رَجْمَة. Cum h. l., de poenis agente, conf. C. III, p. 13, ubi etiam memoratur الصلب (*crucifixio*), quam vocem Rel. (*Diss. Misc.* II, p. 55), ad *mores recentiores*, qui saepius hîc spectantur, non attendens, perperam reddit *suspensionem*. Ibi etiam omisit, poenas enumerans, الحبس (*poenam carceris*). *Strangulatio*, quam Samaritani, eo judice, non agnovissent, infra *nuncupatur* p. 140 الخنق, *ratio* vero non describitur. De his poenis vid. *Diss.* p. 67 seq.

(c) Intelligitur *fulmen*, e nube, Sacrario incumbente, emissum, et Pontificis jussu provocatum. Porro ضبط, ut h. l., sic in *Ench. Stud.* (ed. Casp. 6. 3 et 6.) etiam ad *mentem* refertur. Ibi tamen maxime ad *memoriam* et *mentis perceptionem*, h. l. ad *dexteritatem* et *prudentiam in rebus agendis*. Deinde امر in vocibus وامور البارى, non significat *praeceptum* (أَمْر), ut vertit Hott. (*H. O.* p. 65), sed *rem mirandam* (إِمْر), Synonymum vocis عَجَب, quod sequentia etiam docent. Ut voce العرفاء *summi Duces exercitûs* (cf. n. *c* ad C. XXIV) ita voce اصحابيهم *Duces inferiores* intelliguntur. *Soli* enim Duces concioni interesse finguntur. Hi demum C. XXX *agmina* sua colligunt.

(*d*) عَقَّل in VIII hîc non notat *in carcerem conjecit*, de quà notione vid. Quatrem. *Hist. des Sult. maml.* I, p. 209, sed *detinuit sine vinculis cum plenâ libertate*. Legatus nempe, postquam concionem perlustraverat, in locum introducebatur, a concione remotum, unde postea educebatur; vid. C. XXX. In seqq. observa Speciem V in Lexicis omissam Verbi نَكَّس, *deorsum se inclinavit*. Pro ولا ولاكذا leg. ولاولاكذا. Jûsa:a deinde dicitur النَّظَر والنَّار. Vox الناز occurrit sensu, Moslimis non usitato, designans مُجْرِم, et النظر pro الناظر saepe quidem significat *Inspectorem exercitûs* (vid. Rutg. l. l. p. 26, 252, et Meurs. l. l. p. 37), h. vero l. *Ducem supremum* s. potius (coll. C. XXIII p. 113) *summum rerum civilium Moderatorem*. Deinde نفذ legitur in IV, in Lexicis omissâ, id est, *enunciare fecit*. Potius tamen legam Iam. Sensus enim esse videtur, Jûsa:am Epistolam Scribae dictasse, quâ occasione Deus *tonando* verba pronunciata probavisset. In latinâ ergo versione p. 162 legatur: *quod dictaverat, et cujus verba probata erant* cet. Verba قان

كتاب الحج illustrantur ex C. XXX p. 151. Argumentum hujus Capitis in Libro *Jūchasīn* libere enarratum esse, apparet ex illius collatione cum Hott. l. l. p. 64—66.

CAPUT XXIX.

(*a*) Deus vocatur ٱلْإِلٰهُ s. האלהים, ὁ Θεός, *Deus* per excellentiam. Sequentia jam occurrerunt C. VI p. 36. Hîc minus bene legitur plena forma الْجَبَرُوت, i. e. *omnipotentia*, quâ Deus non tantum omnibus eminet *Regibus*, sed etiam *Gigantibus* (الجبابرة), qui hîc praesertim spectantur. Vox الملكوت non modo *Imperium* Dei designat *terrestre*, sed et *coeleste*, quo *Angelis* et *omnibus* δυνάμεσι *coelestibus* est superior. Non differt ergo a vi vocis βασιλεία in Doxologiâ, Precibus J. C. additâ Mt. VI. 13, sive a voce מַלְכוּת in Judaeorum Liturgiâ, de quâ ad l. l. exposuit Ligtfoot in *Horis hebr.* (*Op.* II, p. 302). Pro sollenni formulâ رَبُّ العالمين, quam Moslimi item a Judaeis mutuati sunt (מלך עולמים, βασιλεὺς τῶν αἰώνων in N. T.), Noster scripsit إله العالمين, ubi voce عالمون, coll. v. c. Sur. III. 30, 37 cet., *res* intelliguntur *creatae omnis aevi*. De his et seqq. formulis vid. etiam *N. J. A.* 2e Ser. N. 21. p. 171 seqq. Formae, Arabibus non probatae, in seqq. item occurrunt. In his رُبُوبِيَّة, quod de *summo Dei Imperio* in arabicis Bibliorum Versionibus usitatur, vid. Ges. *Anecd. samarit.*, p. 42. n. 8. Ut porro Deus dicitur حازم الحروب, sic in Carmine a Ges. edito VI. 21 (l. l. p 37 in f. coll. p. 93) dicitur جبّار الحروب, *Heros in bellis.*

(*b*) Statuebant Samaritani Coelos plures, *septem* fortasse, ut Judaei, quam ob causam in Carm. XII°, ap. Ges: l. l. p. 40, de Deo canunt: *exaltavit Coelos Coelorum.* Deinde vox legitur اذرعته, quae, nisi vitiose scripta est pro أَذْرُعه, Coll. offert أَذْرِعَة, quae in Lexicis non recepta est, attamen ex Linguae Analogiâ a ذِرَاع derivari potest, ut أَئِمَّة ab إِمَام; cui vero opinioni obstat, Nostrum C. XXIX p. 148, et XXXVII p. 177 scripsisse formam أَذْرُع. De *Angelis* conff. *Diss.* p. 124, not. *g* ad C. III, et quae Samaritani de Angelis cecinerunt in Carminibus suis apud Ges. l. l. p. 65, 79, 80.

(*c*) عِصْمَة proprie significat *lorum*, quo v. c. jumentum induitur et ducitur. H. l. *Orbes coelestes* et *ipsa Corpora coelestia*, quae in iis moventur loro, quod Deus manu tenere et dirigere fingitur. — Voce الهَوَى *rapidus* designatur Astrorum *cursus;* quae notio quidem non notata est, attamen ex notione Verbi هَوَى *praeceps ruit*, *celeriter*

perrexit, facile derivatur. Titulo خليل الله ut h. l., ita etiam p. 146 et 148, Ibrahimus ornatur. Vid. etiam infra n. *o*. Exinde ergo videmus, Samaritanos titulum *Filii Ibrahimi* summi aestimasse.

(*d*) Nomen actionis مُرُوق, nondum in Lexicis receptum est sensu *deflectendi a verâ Religione*. Hic ergo et C. X p. 50 Sectae spectantur, recentiore aetate tum inter Judaeos, tum inter Moslimos, et ipsos Samaritanos, ortas. De voce جماك conf. *Ann.* ad C. XIV. Deinde, sensu postulante, ارك in ترك mutavi; quam facillime enim ࠀ et ࠀ confunduntur. Omittitur etiam in Lexicis نبائل Coll. vocis نَبِيلَة, *corpus mortuum*.

(*e*) Id est: me non praevertetis, et cavebo, ne ad iter in meam regionem suscipiendum accedatis, et urbem capiatis. In campo aperto vobiscum ante proelium inibo. Pro لى تراب ergo, ut SCAL. conjecit, non legendum التراب, ut ex sequentibus apparet.

(*f*) Verba الذين ظلموا a SCAL. in marg. Cod. male redduntur οἱ τυφλώττοντες, *coecutientes*; nam occurrit formula qor'anica, etiam obvia in sequenti exclamatione, a Glossatore additâ, et moleste orationem interrumpente, quia is de *conversione ad Israelitarum Religionem* loquitur, de quâ hîc non sermo fit.

(*g*) Constructio Verbi حاط in I (ut h. l. et in فتوح مصر p. 31. 5 a f.) et in IV cum ب p., et *cingendi* notione, facile explicatur, si *hoc* sensu Verbum consideramus ut denominativum τοῦ حائط *murus*, adeo ut I designet *murus fuit*, et in IV *murum fecit*. Porro loquens de غذاء, Noster ob oculos habet Exod. XVI. 8 et seqq., ubi *mane* Israëlitae *Mannâ*, *vesperi avibus*, e Coelo demissis, usi esse dicuntur. Deinde *amaram aquam*, et *aquam ex rupe prosilientem* memorans, sequitur Exod. XV. 23—25, et C. XVII, ac Num. XX. مُصْبِر a FREYT. omissum, proprie est *aloëscens*, s. referens صَبِر (nomen *Aloës*, sec. FREYT. *succus plantae amarae*, *Myrrha*). Res h. l. indicata, illustratur a BURCKHARDTO (*Reisen in Arabien*, p. 256). C. XLII p. 206 مصبر recurrit eâdem notione, et exstat in arabicâ Versione Deut. XXXII. 32, ut CAST. ait, sequens BEDWELL*UM*, et (quod addit) NUB. 18. 7. In فتوح مصر p. 94 in f. صبّر significat *plantis amaris corpus mortuum condivit*. Conf. etiam ABŪ'L-FAD. *Ann. mosl.* V. p. 42. l. 8. Mox pro واحتلك l. واحتلكوا.

(*h*) Dictio قابض الارواح *de morte* dicitur *repentinâ*: Dicta de مُصْخَر, sive *Saxo* isto *ingente*, ex Arabum Legendis sumta (vid. WEIL. *Bibl. Leg.* p. 225, 234, 242 et seq.), eam ob causam inseruntur, quia *ventorum* ope, ut C. XXXVII p. 178 narratur, hostes delentur.

(*i*) Quae Angelus hîc fecisse fertur, in Libro *Jūchasīn* quam brevissime sic enunciantur: וא׳ הפליג הארץ לע׳ אומות, id est: *et alius divisit terram in 70 Gentes*. Eadem historia respicitur. Numerus *70 Gentium* fortasse cohaeret cum traditione, quam, ab Abū-'Isa acceptam, tradit Abū'l-fad. (*Hist. anteislam.* p. 18, 6 a f.), qui tempore, quo linguae confunderentur, e tribus Nūh*i* filiis Gentes 72 ortas esse, narrat. Ibid. traditio de *Turri babelicâ* magis etiam, quam Gen. XI exornatur. Altera de Valle siddimiticâ traditio, ét ab Abū'l-fad. l. l. p. 24, ét hîc variâ ratione narratur, diversâ a Gen. XIX. Verbo haec absolvitur in Libro *Jūchasīn* sic: א׳ מהם הפך סדום ועמורה, id est: *unus eorum subvertit Sodōmam et Gomorrham*.

(*k*) Hymni intelliguntur, quorum nonnulla specimina passim ante, v c. C. XVI, habuimus, et Gesenius edidit in *Anecd.* Verba hìc commemorata ibi non occurrunt. Cap. XXXVIII p. 186 de Carminibus iis sermo est nomine تَسابيح, cujus Sing. تَسبيح occurrit in Inscriptione C. XVI. In Cultu publico Samaritani iis utebantur, quare et *Precum* nomen iis tribuunt, a quibus tamen illa distinguuntur C. XLVII p. 246. *Hymnorum* et *Precum usum* esse *antiquissimum*, vulgo contendunt. In his Salama Sacerdos in Epistolâ anni 1808 (*Not. et Extr.* XII, p. 50—64) ea introducta esse opinatur a tempore inde *absconditi Tabernaculi*, sive *tempore Gratiae finito* (p. 56, 62); ac *tres Preces* tunc institutas esse *Diei sabbathico*, et alias *Festo Paschatis*, *Pentecostis*, *Diei 1o, 10o et 15o mensis 7i*, s. *Festo Clangoris*, *Expiationis*, et *Tabernaculorum*, atque *Neomeniis.* Quid vero de *Precibus* et *Hymnis* superstitibus judicandum sit, vid. *Diss.* p. 116. n. 1, p. 120, 122, *Commentarii* mei laud. p. 60 seqq., et infra n. ζ ad C. XLVII. Una cum Cultu, in Monte Ǧarīzīm*i* constituto, *Hymnos* et *Preces* introducta esse, veri est simillimum. De formâ تصاقطت, h. l. et C. XXXVII p. 173, pro تَسَاقَدْتْ, vid. *Diss.* p. 31, et Ew. *Gr. ar.* I. p. 107 seq., atque Caussin de Perceval *Gr. ar. vulg.*, p. 41.

(*l*) De سَنَدٌ vid. n. *c* ad C. XXVII p. 127, et de formâ واخلتم, *Ann.* ad C. IX. — اقوام, quia sequitur رجال (*Viri armati*), et mox de *Principibus* sermo est, verti *turbam inermem*, quae Orientalem exercitum comitari solet. — Mox رمّل significat *reddidit mulierem viduam* (ارملة), quae notio IIae Sp. in Lexicis non notatur. In verbis واشمتّم اعداءكم وقطعتم مرادكم قبل اوانها, Suffixum in اوانها referatur ad اعداء, hoc sensu: *et vestra desideria irrita ipsi redditis, ante quam hostes vestri id ipsi cupiant;* ac si Israëlitis victoria sic facilior, nec ita gloriosa videretur, ac diutius illi cum hostibus certamen expetivissent. Potius tamen legam مراداتكم, et locum sic reddam: *vestra desideria irrita ipsi facitis, ante quam opus est;* id est: *ante mortem, aliquando*

futuram; quia sequentia, *et vim vestram infringitis ante tempus ipsius*, illis tunc melius repondent. Cum his conff. dicta Magorum ad Principes attonitos, C. XXXII p. 159 وامتّم نفوسكم قبل وقتها, *interfecistis vos ipsi ante tempus vestrum.*

(*m*) Id est: *et obedivistis auctoritati, quae*, vestis instar vetustae, *nullius est pretii, nec digna amplius est, cui obedientia praestetur.* Fortasse ob oculos habet Noster *auctoritatem*, quam superstites Canāːan*itae* jactassent, qui quo jus suum in Terram Canāːan*is* tuerentur, alios Populos excitassent. Haec Canāːan*itarum* auctoritas, olim summa, sed, totâ Terrâ fere expugnatâ, jam in nihilum redacta, البالى dici poterat. Sic الوجه opponitur praecedenti *Dei mandato*, et sequentia his bene subjunguntur. Dei *Legati, qui Terram* Dei nomine diviserant, sunt *Jūšaːa* et *Ilːazar.*

(*n*) أوليآء hoc latiore *Proavorum* sensu recurrit p. 228. De dictione قتل النبيل, jam obviâ C. VII p. 41, vid. n. *b* ad h. l. Verbis بالعث الزح intelligitur Qārūn*us* (vid. n. *g* ad C. I) cum Sociis. De Verbo جار conf. *Ann.* ad C. XX.

(*o*) Samaritani, licet saepe de *uno Prophetâ Mūsa* loquuntur, haud raro tamen, Moslimos sequentes, ut Scriptor, de quo diximus in *Diss.* p. 87, coll. 116, et ut Noster p. 145 et 149, alios plures hoc nomine ornant. Peculiari sensu vocem أسّاس in Druzorum Scriptis usitatam esse, docuit de Sac. (*Exposé* I. p. CIII seqq.); de *eo* nempe, *qui post principem Prophetam, Religionis conditorem*, (qui dicitur الناطق *loquens*), hujus Religionis Doctrinam propagat; v. c. ːAlī*us* dicitur أسّاس, sed Mohammed الناطق.

(*p*) Exstat h. l. ampla Jūšaːae descriptio (صفة), quâcum conff. brevior descriptio Nabīh*i* C. XXXVII p. 172, et quae de Naturâ divinâ in fine C. XXXI verbo traduntur. Notum est, quantopere Orientales ejusmodi descriptionibus delectentur. Cujus rei, in Scriptis, tum Israëlitarum (1 Sam. IX. 2, XVI. 12 et 18, XVII. 4—7, 2 Sam XIV. 25, 26; cet.), tum Moslim*orum*, exempla quam plurima exstant. Vid. passim Liber فترح مصر, et R. P. A. Dozy in *J. A.* Mai 1844. (4e Sér. Tom. III. p. 382 seqq.). Moslim*orum* ergo consuetudini, atque suo ipse ingenio obsequens Noster, ut Jūšaːa responderet iis, quae Šaubac de Gigantium *staturâ* et *armaturâ*, Capite XXVII incunte, gloriatus erat, hanc Jūšaːae descriptionem hîc inseruit, quam, nisi *illud* voluisset, *Legato* deinde narranti, quae ipse in Israëlitarum castris vidisset, melius tribuere potuisset. In *illo* autem describendo dicta bene perpendit. ːŪgo (vid. n. *f* ad C. I), Giganti, *cubile 9 ulnarum* (Deut. III. 11), et Goljath*o* statura *6 ulnarum* et *unius spithamae* (1 Sam. XVI. 4) fuisse dicitur. Sed Jūšaːa non *Gigas* erat. Ipsi ergo tribuitur *statura* 5 *ulnarum*, ut *Aegyptio* 1 Chr. XI. 23. Hae *ulnae*, ut C. XXXVII p. 177, vocantur *regiae*, quam dictionem Noster mu-

70

tuatus sit ex Deut. III. 11, ubi *ulnae*, quibus definitur longitudo cubilis ʿŪgi, dicuntur אַמַּת אִישׁ, quod Onqelos. (coll. fortasse 2 Sam. XIV. 26, ubi de *pondere regio* fit sermo) explicat בְּאַמַּת מַלְךָ, Saʿadīa vero, et Abū-saʿīd بذراع الملك. *Loricas* Jūšaʿa non habebat, quae ex *corio*, aut *ferro* vulgo paratae erant, et *annulis* constabant, sive *laminis*, in squamarum modum connexis; quâ de re vid. Niebuhr *Beschr. van Arabie*, p. 276, et Abū-ʾIshāq, hanc describens الدّرع ثوب الكبير. Tegebat nempe *totum corpus*; contra جَوْشَن (*thorax*) *pectus* tantum, unde ea vox et ipsum *pectus* significat. Neque etiam ille habebat خُوَذ (*galeas*), sed غَلائِل, *vestimenta, quae sub aliâ veste induuntur*, eaque *coerulea*, *purpurea rubra*, et *coccinea*, ac *variegata*. *Haec* dicuntur الملوّن, quod recurrit p. 172, et *coloratus* explicatur a de Sac. (*Rél. de l'Egypt.* p. 215), et de *Pyramidibus* ibi adhibetur, sic dictis a variis coloribus, quos picturae, iis inscriptae, referunt. In capite Jūšaʿa gerebat *tiaram*, cui, ut tiarae summi Pontificis, Nomen divinum inscriptum erat. *Equus*, cui insidebat, hîc et p. 172 dicitur مُهْر, quo vulgo designatur *equuleus*, quam tamen notionem haec vox (ut Hebr. עַיִר *asellus*) acceperit a *velocitate*. Ut enim עור (*fervere*), de cursu *agitato* dicitur, sic مَهَرَ, *acutus, sollers fuit*, de *physicis* etiam proprietatibus adhibitum, ad *velocitatem*, aliasque *equorum* virtutes translatum esse videtur, quibus in *juventute* ii in primis conspicui sunt. *Haec* igitur, ut h. l., ita etiam spectatur Zach. IX. 9, ubi Messias dicitur vehi עַל חֲמוֹר וְעַל־עַיִר בֶּן אֲתֹנוֹת; cum quo loco conf. Jud. X. 4, ubi de Jaïri 30 Filiis, vectis τοῖς עֲיָרִים (*asinis florentibus*), sermo est, quâ voce veteres Judaeorum Interpretes *asellos* intelligunt, et quae ab Arabe مُهْر redditur.

CAPUT XXX.

(*a*) وقالوا قَوْلًا videtur esse Hebraïsmus וַיְדַבְּרוּ לֵאמֹר.

(*b*) Perperam a manu recentiore سبحانه in سبحانك mutatur. Vox أوساط *lumborum* sensu recurrit p. 158, et in *Sing.* وَسَط p. 170. Conf. etiam Abū'l-fad. *Ann. mosl.* III, p. 508 l. 9, et Versio ar. 2 Reg. IV. 29, et Job XXXVIII. 2 cet. Verbum شَدَّ, proprie *propulit* camelos, *stimulis admovendis*, hic significat *elevavit caput*, ac de *hominibus* dicitur, qui verbis excitati, novos animos sumserunt.

(*c*) Vox المادرين sine dubio est corrupta. Verbum nempe ادر significat *herniâ laboravit!* Eadem ergo manus, quam modo dixi, in margine post Literam *Mīm* Literas نج inserendas

esse monuit, legens igitur, omissâ *Elif*, المُنْحَدِرِين, id est, *descendentes*. Sed potius rescribendum est, solâ Literâ ب insertâ, المبادرين, *properanter incedentes*, quod etiam bene respondet praecedenti المسارعين *properantes*. — Per أُفُقُ ٱلْبِحَارِ, *fines marium*, quae Orbem Terrarum cingunt, intelliguntur *termini ultimi terrarum*. — لُجَجُ ٱلظَّلَامِ sunt *abyssi tenebrarum*. Vox لُجَّةٌ proprie dicitur de *vastis maris gurgitibus*; vid. Hoogvliet *Specim. laud.* p. 71. Indicatur *Occidens extrema*, s. locus, ubi ex Orientalium opinione tenebrae aeternae regnant (vid. n. *i* ad C. XLVI). Sol enim ibi numquam conspici, et, antequam eo pervenias, post vehementia sibila et horrendum strepitum in Mare se dejicere creditur. Mare ergo atlanticum dicitur quoque بحر الظلمات; vid. n. *d* ad C. I. Dictio igitur, in C. seq. p. 155 obvia, *abire in* بحر الظَّلام, *in Mare tenebrarum*, significat *in locum calamitosissimum*, in *Infernum*. De احراق النار vid. n. *h* ad C. I.

(*d*) شَطَارَةٌ a Freyt. dicitur *astutia* in bonam partem. Tali fere sensu hîc occurrit, junctum cum رُجْلَةٌ (*virtus*): شَطَرَ ceterum significat ét *astutus*, ét *sollers* fuit. In bonam partem etiam sumitur شطار, Pl. a شاطر, quod Quaterm. *Hist. des Sult. maml.* I, 1, p. 50 vertit *un homme habile*. Vid. etiam Fleischer ad *1001 Noct.* XII, p. 44. Utramque notionem, tum in *bonam*, tum in *malam* partem apud Orientales minus cultos, et in Mythis veterum Graecorum, non acute distingui, et facile in unam coaluisse, non mirum est. — Deinde رُتْبَةٌ, proprie *gradus scalae*, h. l. sensu occurrit *staturae procerae*.

(*e*) Post فعادوا scribendum fuisset يقولون, ut Noster alibi etiam scribere solet. Sine causâ recentior manus, notâ *b* indicata, pro أُسْبوع, *Elif* ante *Ain* insertâ, legit أَسْبَاعٌ, et الذى inseruit ante sequens ارّا. — De *separatis* Sociis loquens, Auctor intelligit Tribus trans Jordanem. Verba ممن لا احتاج, quae sub finem Cap. leguntur, vertens, pro ممن substitui منّا. Attamen, ne sic quidem, haec mihi placent. Locus videtur esse corruptus. Si verba فى ساعة واحدة tempus designent, per quod exercitus jam paratus congregatus esset, Auctor fortasse dicere voluit: unâ horâ collegi copias, quas vides, et quas nondum collegi, hae item paratae sunt, et si evocentur, ad tertium diem mecum conjungi possunt.

CAPUT XXXI.

Vox الفاظ in primis refertur ad *Stilum* Epistolae. Sensum verborum استقلة حالى per periphrasin reddere studui. Notionem Sp. VIII Verbi خرق *dilaceratus fuit*, a Gol. et Cast. laudatam, Freyt. omisit.

CAPUT XXXII.

(*a*) Ut h. l., ita in exsecrationis formulâ, a Kalîfâ bagdadensi in Fatimi*das* pronuntiatâ (Abû'l-fad. *Ann. mosl.* III, p. 16. l. 4) الأَرْجاس والأَنْجاس conjunguntur, iisque nominibus *Hākimi* majores appellantur. *Collectivi* formam الارجاس Lexica non habent, neque etiam *notionem* IV Speciei, cujus Infinitivus hîc occurrit, notionem puto, *excitavit* aliquem *ad patrandum opus turpe*, s. *poenâ dignum*; hinc in V^â tali re *pollutus fuit*, quam notionem solus Cast. laudavit, obviam v. c. ap. Sa'ad. Lev. XI. 43.

(*b*) Ut h. l., sic etiam in *Vitâ Timuri* (ed. Gol.) p. قيه l. 1, et قصب l. 1, النصر والتمكين copulantur. Pro فَبَكَوْنَ, *tum flebant* (mulieres), reposui فَبَكَوْا, quia in proxime sequentibus de *viris* tantum sermo est. Festinantius mutavi الدما in الدماع, in errorum ductus, tum per Literam ▽, quae ab aliâ manu Codici addita est, tum etiam per sequens واستهلت دموعهم. Si quid enim, *illud* mutandum fuisset in الدموع. Verum الدماء retinendum, et vertendum est, *flebant, donec oculi ipsorum sanguine manarent:* quae nota est dicendi ratio. — خنون, ut monet Golius, significat *cum sibilo spirantem ventum*, sed de *barbito tinniente* etiam adhibetur, h. vero l. de hominibus *ejulantibus* et *gementibus*. Verbum nempe خنّ *sonum* etiam indicat, quem animalia, calamitate obsessa, edunt, praesertim in *pullorum* gratiam. Pro اوصاطهم, quod in Cod. perperam mutatur in اوصاتهم, leg. اوساطهم, de quâ voce vid. n. *b* ad C. XXX.

(*c*) Vox وَبالٌ cum خبال, (*mentis alienatio*) h. l. juncta, significat *vehementem animi agitationem.* Ceterum notat *noxam*, *molestiam*, *gravitatem aëris*, et, quod Cast. addit, loco laudato 'Ibn Sînae II. 57, *aegritudinem anhelitûs.* Sed sine dubio hîc designatur *animus ob sanguinem*, *per venas acriter propulsum*, *graviter affectus*, quae *animi commotio* similiter obvia est in notione, Verbo وبل tributâ, *vehementer populit praedam.*

(*d*) In Codice legitur وحصلت, quod Librarius orientalis perperam pronunciavit وحضلت. Nimirum خضل significat *corrupta fuit palma ad rami ortum*, quam notionem ille ergo ad *linguas* transtulit. Lego وخَطَلَتْ; conf. *Diss.* p. 31: quo Verbo significatur *vacillatio* hominis, equi, hastae; *motus* ergo *continuus.* Qui si refertur ad sermonem, sermo intelligitur *hians*, *dissipatus*, *fatuus* (vid. H. E. Weijers *Orient.* Tom. I. p. 409 not. *d*; et dicta 'Ibn-Doraidi de 'Ibno'l-katalo, citata ad Abû'l-fad. *Ann. mosl.* I, p. 154; quibus addatur nota ad III, p. 424); ubi vero, ut h. l., ad *linguas*, idem fere enunciatur, quod vernaculo sermone dicitur *de tongen sloegen dubbeld.* — In voce

مستخبطة, *dementis instar balbutiens*, eadem notio, quae in Lexicis Speciei V^ae^ (*dementiavit, desipuit*), Speciei VIII^ae^ tribuitur. In Lexicis omittitur item VII^a^ Verborum طرش (*surdaster fuit*), et بكم (*mutus fuit*), quorum illud hîc significat *surdus factus est*, hoc vero *mutus factus est*. De تَحَيَّر vid. n. *l* ad C. III.

(*e*) اهل ٱلْخَيْل (ubi خَيْل *Inf.* est Verbi خال, *imaginatus fuit*) sunt *Incantatores*, s. *homines apti ad phantasmata* (خَيَال) *excitanda*; de quâ Arte vid. VON HAMMER *Encyclop. Uebers.* p 512 seq. — اهل البَلَاء *homines* esse videntur, *qui artificiis magicis utuntur ad mala aliis inferenda*. In فَهَدُوهُم Verbum فَدَى, ut saepe apud Scriptores negligentiores, pro فَدَأ usurpatur; conf. v. c. ELMAC. p. 198, et SA:ADIæ Versio Num. XVII. 5. Pro والخيل in textu leg. والحيل.

(*f*) Forma مَدَابِير, Collect. τοῦ مُدْبُور, in Lexicis deëst. Hoc proprie designat *retro conversum*, hinc *vulneratum a tergo*, sed h. l. *ignavum*. Forma تَتْلُوهُم pro تَتْلُمُوهُم Idiotismus est Linguae vulgaris; vid. CAUSS. DE PERCEV. *Gr. ar.*, p. 25, et EW. *Lib. Waked. de Expugn. Mesop.* p. VI, et *Diss.* p. 57. Quia vero mox sequitur انقذتموه, fieri potest, ut illud Librariis sit tribuendum.

(*g*) Sine causâ ante والبيبة recentior manus inseruit الكخيف, *timor*.

(*h*) Sine dubio legendum est الْمُبَارَزة. De VIIIâ formâ Verbi برز vid. *Ann.* ad C. XVII. Vox, quae sub finem Capitis legitur, تَسْدِيد, CASTELLO auctore significat *vertiliginem*; quae notio, si probari posset, sequenti تَجَبُّر bene conveniret, hoc sensu: effata pronunciabant, *vertiligine superbiae* capti. Potius tamen lego بالتشديد, *cum vehementiâ* et *superbiâ*, sive *summâ cum superbiâ*. Mox Verbum امهل h. l., ut Cap. XL p. 195, et Cap. XLIII p. 213 et 214, significat *quiete agere sivit* c. ل p.

CAPUT XXXIII.

(*a*) Loco Deut. XX. 1 exordium continetur Legis militaris, quâ partes explicantur, quibus tum *summus Sacerdos* (2—4), tum *Tribuni*, s. שֹׁטְרִים (5—9), bello exorto, fungerentur. Cum his Noster *Levitas* confundit; in loco citando ceterum magis cum ABŪ-SA:ĪDI, quam cum SA:ADĪæ Versione consentit, sed in nonnullis tamen ab utroque differt; vid. *Diss.* p. 94. Post مصر الى, Librarius, qui omissa arabicis Literis supplet, addidit اخر

De voce السورة cff. n. *l* ad C. III, et de ابن عمه dicta ad Cap. I, n. *g*.

(*b*) H. l., ut in initio Cap. seq., et C. XXXVI p. 169, العجلون legendum esse pro اللجون, ex n. *c* ad C. XXVI constat. Urbs intelligitur, olim dicta מְגִדּוֹ, deinde *Λέγεων* (graeca forma latinae vocis *legio*, quod nomen inter Palaestinae incolas servatum, et اللَّجُون (*Al*-lagūn) pronunciatum est. De eâ urbe exposuit, praeter Herbelot. in voce *Agialoum*, A. Schultens in *Indice Geogr. ad Vitam Saladini*, in voce *Esjlounum*. Vid. etiam Burckh. *Reisen in Syriën*, p. 420 et 536; in primis Rob. *Pal.* III, p. 412 seqq., cum quibus conff. von Raumer *Beitr.* p. 42 seq., coll. p. 39, et Grosz in *theol. Stud. u. Krit.* 1845, 1 heft, p. 251 seqq.

CAPUT XXXIV.

(*a*) In Cod. legitur يحطنوا, pro quo sine dubio reponendum est يَحْصنوا. Haec tamen lectio ab aliâ orientali manu mutata est in يفطنوا, id est: (*non*) *animadverterant* (quid factum esset), *quum* cet., ac si hîc, ut in C. XXXVII ineunte, ellipsis obvia esset. Verum illud praefero, pro quo tamen Auctor melius scripsisset يتحصّنوا, *se muniverunt*, *munimento se incluserunt*.

(*b*) Verba ومنها — فى نفوسهم exhibent primum argumentum, quare dolus iste causa esse credatur gloriae, quam Nabīh*us* nactus esset. Huc illud redit: si a Jūsa:â hostes in fugam essent conjecti, Nabīh*us* tamen cum Sociis fugientes persecutus fuisset, ac sic gloriam jam comparasset. Forma تَعَبَ, non vero تَعَبَةٌ, in Lexicis exstat.

(*c*) Fīnahas h. l. dici videtur وَلِيّ الله (quo titulo 'Ilazar, Pontifex summus, solus ornari solet), quia jam *Pontificis bellici* Munus gerebat. Verbum طبق, cujus VII mox, IV vero Species p. 177 et 215 occurrit, hisce tribus locis eodem sensu adhibetur. Significat enim *circumvenit aliquem*, c. على p., quae notio, in Lexicis omissa, explicata est ab Hamakero ad فتوح مصر p. 106, ubi, et in loco ibi laudato, IV Species legitur. Hisce ergo locis, et p. 177 et 215 Codicis collatis, h. l. etiam formam IV non dubitans restitui. Emendetur in textu ويطبق, pro ويطبق.

CAPUT XXXVI.

In fine Capitis Verbum سَفَقَ, id est, ut alibi, *colaphis percussit* (*faciem*), et quod affine est Verbo صَفَقَ, cui notio tribuitur *plausit* (*manibus*), hîc dicitur de ave, sensu *alis plau-*

dendi, (klapwieken), in Lexicis non notato. Deinde Verbum حلق, quod a SCAL. in Cod. mutatum est in وحلقه, hoc sensu, ut videtur, *et (plausit) collo suo* (وحَلْقه), significat, *in summum aërem se extulit*.

CAPUT XXXVII.

(*a*) مشدود h. l., ut in Vers. ar. Luc. XII. 35, et Apoc. XV. 6, significat *cingulo constrictus*. *Vestis* porro *viridis*, et *fascia viridis*, quibus Nabīh*us* erat indutus, et *vestimenta viridia*, quae agmen equitum ipsius gerebat, non sine causâ memorantur. Colores Auctori noti erant, quibus Moslim*orum* Sectae et Dynastiae a se invicem distinguebantur. *Niger* nempe color insigne erat *Abbasidarum*, et *albus* insigne *Alidarum*, atque eorum, qui ipsorum partes sequebantur, quo colore Abbasidae tantum dedecoris causâ usi sunt, v. c. si Munere aliquem moverent, quem *albis* nempe *vestibus* induebant (vid. DE SAC. *Chr. ar.* I. p. 52). Alidis praeterea color *viridis* plurimum erat receptus (DE SAC. l. l. I. p. 50), qui color, teste FAKROD-DĪN*O*, color erat *Paradisi*, quem Al-Māmūn (813—833), Kalīfa, frustra introducere tentavit; anno tamen 773 (1371), teste As-SOJUTĪ*O*, Sultan Aegypti, Al-Malec-Al-Aśraf Schabān, Mohammed*is* Posteros, Śerīf*os* assumere jussit (vid. DE SAC. l. l. I. p.49—53, et II, p. 263 seqq.). Huic enim colori viridi sanctitas tributa esse videtur, et sic etiam Elia, Propheta, *viridis* (الخضر) dictus sit. In sequentibus tamen, ubi Noster varios agminum militarium, et equorum, colores recenset, studio is potius indulserit, quo Orientales, et homines minus culti, feruntur, *rerum* nempe *quam maxime variegatarum*, ita ut colores vividos quosque et quam diversissimos conjungere soleant. Sic vexilla v. c., quibus Principes africani utebantur, teste IBN-KALDŪN*O* (ap. DE SAC. l. l. II, p. 264) varii erant coloris, variique ii colores conspicui sunt in descriptione pompae, quâ instructus, exiit Kalifa Al-Moqtader adversus Mūnas*um*, quae inserta est in KOSEGART. *Chr. ar.* p. 108. Vid. etiam DE SAC. *Chr. ar.* I, p. 51, et II, p. 263.

(*b*) Conf. HARIR. p. ٥١, تغرغرت مُقْلَتاه بالدموع (*oculi ejus lacrymas reciprocarunt*). Verbum enim غَرْغَر de *motu* adhibetur *perpetuo*; hinc *gargarizavit*, et *spiritum duxit gravem et assiduum*, v. c. de *moribundo*, et h. l. de *oculis*, *lacrymas sine intermissione stillantibus*. Formula بنو عدّتى, *filii numeri mei*, s. *agminis mei*, *aulae meae*, ut praecedens, بنو عمّى, *cognati*, *Socios* significat *judicii*. Vid. not. *g* ad C. I.

(*c*) Ut in Cap. XXXIII sub finem, ita h. l. spectantur *Angeli*, et *incolae in finibus terrae*. Perperam haec intellexit Glossator, qui, haec verba addens: الذى حى اقطاعهم,

Palaestinam tantum cogitavit. Pro انشه legatur أنسى. De verbis كانهم — ومن مدّة conf. n. *g* ad C. XXVII.

(*d*) Cum *equorum versicolorum* enumeratione conf. Zach. I. 8, et VI. 2, 3, 6, 7, ubi inter alias eaedem species, quae h. l., memorantur: 1) אֲדֻמִּים, *equi rubri*, s. *rufi* (شُقْر, Collect. Lexicis addendum); 2) לְבָנִים, s. *albi* (بِيض); 3) שְׁחֹרִים, s. *nigri* (سُود); 4) בְּרֻדִּים, s. *grandinati*, aut *albis nigrisque maculis distincti* (بُلْق). De eo loco cf. Rosenm. *Handb. der bibl. Alterthumsk.* IV Bd. 2e abth., p. 27 seq. In margine Codicis بلق a Scal. explicatur טָלוּא.

(*e*) Voce غَوِيث, sic descriptâ in Lexicis: *vehementia cursus*, et *id*, *quo alicui subvenitur*, significatur ergo, mulieres et pueros certatim accurrisse ad equites, splendide jam vestitos, ac pulchris equis insidentes, necessario victu instruendos. Cum equi Nabīhi descriptione conff. dicta de equo Jūša:ae sub finem C. XXIX, in n. *p*. H. l ille equus dicitur مُنَمَّر, quod a Cast. explicatur *punctis*, s. *lineis albis nigrisque*, *distinctus*. Sed proprie significat(equum), *Pardum* (נָמֵר, نَمْر et نِمْر) s. *Pantheram maculis referentem*. Hoc autem animal, quod a Graecis πανθήρ vocatur, et ap. LXX πάρδαλις, dorsum *maculis*, ventrem vero *striis* distincta habet. Noster ergo, de *equo* hîc loquens, *maculas* tantum respexit. Fieri tamen etiam potest, ut *celeritatem* Auctor spectaverit. Notus enim est locus Habac. I. 8, ubi *equi Chaldaeorum Pardis celeriores esse* dicuntur, ac tritum etiam Proverbium اعدى من النمر, *Pardo rapidior;* et haec notio egregie sane cum sequentibus convenit يجرى مع الرياح, *cursu ventos aequiparans.* Pardus ceterum in Palaestinâ vivit, quod tum ex Nominibus propriis נִמְרָה, בֵּית נִמְרָה, et נִמְרִין, tum ex Itineratorum relationibus patet; quam ob causam aliquoties in V. T. de eo fit sermo. Vid. Gesen. *Thes.* in v. נָמֵר, et Robinson. l. l. p. 134 seqq.

(*f*) Additur *Articulus*, quia notum intelligitur Portentum, Columnae simile, quae Israëlitarum castra per Desertum duxisse fertur, et C. I p. 4, et C. XV p. 74 memoratur. Haec, jam dudum sublata, ut reddatur, optat, quia nullum habebant viae ducem, qui per terram, hostibus repletam, exercitum ad castra Jūša:ae tuto perduceret, eumque servaret, ne in insidias inciderent; tum etiam, quia ob celeritatem, quâ iter peragendum esset, nullo in loco morari poterant.

(*g*) De *Israelitis* hîc sermonem esse, manifestum est. أَوْكَار, Coll. τοῦ وَكْر, non tantum *nidos* significat, sed de *locis* item, ubi praeter *aves alia* etiam *animalia*, et *homines* ipsi decumbunt, adhibetur. Sic h. l. de *ferarum latibulis;* in loco Ibn-Sīnāe, a Cast. laud., de *formicarum cavernis*, et apud Willm. in loco *Vit. Tim.* 176. 12 de *domo*.

(*h*) مَنْظَرٌ eodem sensu occurrit, atque مَنْظَرَةٌ, id est: *locus*, *e quo late patens est conspectus*, quâ voce *Turris* designatur *Palatii Kalifae* in Abū'l-fad. *Ann. mosl.* III, p. 170. Verba اعنى نبيح — الشرق, et sequentia يعنى نبيح وعسكرة, sunt Glossae; vid. *Diss.* p. 104.

(*i*) Šaubac, ludens in vocibus تَنْبَحُ et نَبِيحٌ, hunc *cani* aequiparat. Verbum enim نَبَحَ dicitur de *fremitu dorcadis* et *hirci*, et de *sibilatione serpentis*, quin subinde de *querelâ hominum*, sed proprie de *latratu canum*, v. c. in Abū'l-fad. *Ann. mosl.* I, p. 398, et Har. p. ٥٢٢. De h. l. vid. *Diss.* p. 64, et n. *b* ad C. XII. Ubi mox Jūsafo imperium a Patre datum esse dicitur, spectatur Gen. XLIX. 22—26, et ubi Ibrahīm vocatur *interfector Regum* Aš-šāmi, Gen. XIV. Pro وتقتل p. 175, ut in Codice leg. وتقاتل.

(*k*) شواهد, et ejus sing. شاهِدٌ, licet de rebus *animatis* adhiberi solet, interdum tamen de rebus *inanimatis*, ut h. l. de *telis emissis*, pari modo atque شَهادَةٌ usurpatur: sic شهود الناقة sunt *sanguinolenta vestigia* et *indicia partûs camelae*, *in loco*, *ubi foetum enixa fuerit*.

(*l*) De *ulnis regiis* vid. n. *p* ad C. XXIX. Glossator h. l. eas ex suae aetatis rationibus explicuit, cujus rei specimen etiam offert Scholion, additum Versioni Abū-Saïdi, de quo exposui in *Orient.* II. p. 147 seqq. Voce كَبِدٌ proprie *jecur*, s. *hepar* significatur, sed etiam *medium* alicujus rei; hinc aliquando *cor*, et, ut monet Reisk. ad Abū'l-fad. *Ann. mosl.* III, p. 184. 9, 10 et in not. p. 185, *venter*, quia illa vox nomen est *totius praecordiorum regionis*.

(*m*) An Fons عَيْنُ ٱلشَّابَّةِ in ditione Al-aglūni adsit, nescio. In Smithii notitiâ locorum, eo in tractu sitorum, insertâ Operi Rob. *Pal.* III, p. 916 seqq., nulla ejus fit mentio. Fieri tamen potest, ut Noster, aut Traditio, hunc etiam finxerit. Nihil enim in Fabulis Moslimorum frequentius, quam *fons de improviso ex terrâ scaturiens*. Vid. Weil *Bibl. Legenden*, p. 113, 116, 175, 200, 284. — P. 178 عينونى in عونونى mutavi, quia *Vāu* et *Jā* in Scripturâ sam. facile confunduntur, nec verisimile est, Verbum عان (media و) cum عان (mediâ ى) confusum esse.

(*n*) Intelligitur *Gigas* ille, de quo conf. n. *d* ad C. XXVI, et n. *i* ad C. XXVII. De *ventis* ruentibus vid. C. XXIX p. 142, et n. *k* ad h. l. Paulo post Pass. occurrit Verbi عدا (*transiit*) in IV Sp., quae ergo notat *transire fecit*, *transtulit*, quae notio in Lexicis deëst. Deinde ut C. X p. 50, et C. XLII p. 205, Noster deditâ operâ utitur voce

أَحْزَاب (proprie *agmina*, *socii*), quâ ex qor'anico loquendi usu (Vid. Sūr. XIII. 36, nscriptio Sūr. XXXIII, et XL. 31 cet.) *omnes* designantur, *qui Prophetis resistere* student.

(*o*) Sine causâ a Scal. وبقاهم in ويقاهم mutatur. Verb. جَبَّرَ in Vâ significat *praevaluit*, ut in Vers. ar. 1 Sam. XIV. 13, sive *fortem*, *heroëm se gessit*, quare *Leo* etiam dicitur ٱلْمُتَجَبِّرُ.

(*p*) Accuratius Noster scripsisset عبيدك. At haec orationis inversio in Orientalium Scriptis frequens est; v. c. Gen. XLIV. 32, ubi legimus: *servus* tuus *juvenis sponsorem se stitit apud patrem* meum (pro *suum*). Male Scal. mox legit مستحيبيهم.

(*q*) Spectatur Carmen Exod. XV, cujus mentio jam facta est C. XVI, ubi major eorum pars, quae hoc C. XXXVII continentur, verbotenus fere legitur. Vid. *Ann.* ad Cap. XVI. De voce قَصْلٌ cf. n. *l* ad C. III. Verba الله يحارب عنكم وانتم تصمتون quodammodo respondent Exod. XV. 3; qui locus tamen supra jam redditur verbis الله المتجبر عنا فى الحروب الله اسمه. Quare conjicias, verba وكان يوشع — ايضا, quae locum Jos. X. 14, coll. 11, cuique in mentem revocant, a Glossatore in margine ad locum الله المتجبر — اسمه primitus fuisse apposita. De *cessandi* notione, Verbo قطع etiam tribuendâ, v. c. Koseg. *Chrest. ar.* p. 12. l. 9. Noster deinde عدوا scribens, formam voluit عَدْوِى. De رَفْع cf. *Ann.* ad C. XVII. Vocem ٱلْمُرَاعِيَّةُ Cast. solus memorat, laudans Exod. XVII. 7 (ubi tamen non legitur), sensu *curam gerentis*. Nam مراعى est Adject. relat., deriv. a Participio IIIâe Sp. مُرَاعٍ, *curans*. Genus *fem.* id significat, quod in suo genere est insigne; illud igitur designat *eum*, *qui curâ instituenda est conspicuus*, *curator insignis*.

CAPUT XXXVIII.

Hoc Caput, quod Hott. maximam partem in *Smegm.* p. 477—483 edidit, et prae ceteris corruptum est, ac multis difficultatibus laborat, accurate profecto considerari meretur. Auctor nimirum Instituta descripturus, quae Jūšaæ aetate inter Israëlitas vigerent, prisca tempora cum recentioribus more suo misere quidem confudit, verum hoc agens, *horum* temporum consuetudinem adumbravit. Non *omnes* tamen, sed *nonnullas* tantum *Leges* memorat, quae Samaritanis tunc omnium *gravissimae* videbantur. Has autem non *justo ordine* disponit, sed de iis promiscue agit, quare interdum ad idem argumentum recurrit; simili fere ratione, quâ Samaritani in *Epistolis* de Legibus loqui solent. De *Fontibus*, quos hîc secutus sit, verba fecimus in *Diss.* p. 82. Quos quia

verbotenus reddit, a Versione Abū-saʿīd*i* saepe discedit (vid n. *d*, *e*, *i*), et *Commentariorum* interpretationem, (n. *i* et *m*) tradit. Ex *variis* iis Fontibus, ét *opinionum* de quibusdam quaestionibus *dissensus* (n. *g*), ét varia *dicendi ratio* hîc explicetur. *Summus* v. c. *Sacerdos*, ante vulgo dictus الامام, p. 182 primum dicitur الكاهن الكبير, et paulo post الامام; p. 183 الولى, et p. 185 الولى الامام. *Sacerdotes* porro, ante dicti كاهنون, s. كهنة, p. 186 dicuntur الائمة. *Levitae* deinde, ante dicti اللياونية, p. 181 *collective* اللياوني, et *Servus hebraeus* primum العبراني, mox الاسرائيلي. Recentiores autem Samaritanorum Pentateuchi Interpretes audientes, videmus cum Judaeis ipsos *plerumque consentire*, *interdum* vero ab illis *differre*, ac *nova* subinde ab iisdem tradi; quae non modo *Interpretationis Historiam* amplificant, sed etiam, quia Samaritani pleraque a Judaeis mutuati sunt, *prisca* horum *Instituta* simul illustrant. Ad haec fortasse pertinent dicta de *tubarum clangore*, *quo Sacrificii quotidiani oblatio Populo significaretur*, de *Muneribus Levitarum diversis*, et de *Templi Thesauro*.

(*a*) Melius Auctor scripsisset الزمان ذاك, sed de re memoratâ ذلك ille semper utitur; cf. v. c. C. I p. 1, et hoc Capite p. 182, عشر ذلك, ut et p. 185, ان كانت درية الاجهة ذلك. Dictio ايام الرضاء, de quâ vid. *Diss.* p. 126, ab Hott. (anno 1658) l. l. p. 477 *tempus* vertitur *pacis et tranquillitatis*, idque tempus idem in *Enneade Diss.* (Tig. 1662) explicuit *felicem periodum*, quae *Mosis*, *Eleazaris*, et *Phinehasi aetate* contineretur. Melius Rel. (*Diss. misc.* II, p. 89) vertit *dies favoris*, s. *gratiae*. Intelligitur nempe *favor divinus* (رضاء الله), quo Deus Populum affecerit a Mūsae inde aetate ad mortem usque Šamšam*i*; vid. C. XXIX et XLI. Culmen huic aetati addidisse fertur Jūšaʿa, Terrâ expugnandâ, et reportandis victoriis splendidis, quibus omnes hostes subegisset, Israëlitarumque imperium late propagasset. Jūšaʿae ergo aetas dicitur *confirmatio* felicis ejus tempori (ترتيب ايام الرضاء).

(*b*) Pro وراضعة Scal. reposuit بمواضعة, *locis suis*; quae egregia sane fuisset emendatio, si Verbum وضع non usitaretur de *libro conscribendo*, et stilus Auctoris esset concinnior. De notione Verbi بسط in IVâ vid. *Ann.* ad C. XV. Vox اجتماعات, in Lexicis omissa, versio est arabica vocis עצרות, s. מועדים, *conventus*. Eâ voce ar. *Festa* significantur, in Epist. Sam. anni 1672 (vid. de Sac. *Not. et Extr.* XII, p. 164. l. 20, coll. p. 176) enumerata. Vox شهور in Glossâ, sensu *Noviluniorum*, Lexica non habent.

(*c*) Opinatur Rel. l. l. p. 46 pro يسلم عشر legendum esse يسلم عن مشر, hoc sensu, Levitas *aliquid* ex iis Decimis summo Sacerdoti dedisse, quia *inter Judaeos*, Levitae ad decimam Decimarum, quas a Populo acceperant, partem *Sacerdotibus*, non vero *Pon-*

tifici solvendam obligati erant. Dubito tamen, an *omnia*, quae feruntur, *recentiorum Samaritanorum* Instituta cum *Judaeorum veterum* consuetudine conveniant. Discrimen inter ea conspicuum etiam occurrit n. e.

(*d*) In Cod. legitur فى الله. Recte Scal. in margine lectionem proposuit فى يدى الله. Deut. XII. 17, 18 jubentur etiam Israëlitae comedere Decimas לפני יהוה, quod ab Abū-sa'ido vertitur فى حضرة الله. Vox الأئمّة (quâ hîc Noster utitur, quoniam hanc in Fontibus legerit) proprie *Imāmos*, sed h. l. *Sacerdotes vulgares* designat, ut ex seqq. apparet. Hott. perperam vertit *orphanos*, edens الايتمة, quod si admitti posset, اليتمة esset legendum. Praeterea *orphanos*, una cum *viduis* et *peregrinis*, Deut. XIV. 28 seq. et XXVI. 12 enumeratos, Auctor complectitur voce ضعفاء, quibus quia hae Decimae conceduntur, a Judaeis ipsae dicuntur מעשר עני, *Decimae pauperum*.

(*e*) Verbum نصب *plantandi*, et نصبة *plantae* sensu, a Cast. laudantur. Pro illo Lev. XIX. 23 Sa'adīā et Abū-sa'id, in Lege, quae hîc respicitur, verbo utuntur غرس. In hac Lege explicandâ a Judaeis Samaritani dissentiunt; vid. Rel. l. l p. 47 seq. Illi fructum anni 4ti, (col. 24) dictum קדש, *Sacerdotibus*, aut (quod nonnulli Judaei recte ex Legis verbis efficiunt), *Possessoribus*, sed in *Loco sacro comedendum*, concedunt; Samaritani vero *Pontifici*, hîc dicto الامام, quam vocem Noster hîc cum reliquis etiam ex Fontibus desumsit.

(*f*) De hoc loco etiam exposuit Rel. l. l. p. 48—51, *verbo* tamen de h. l., *multis* vero de locis Exod. XXI. 2, Deut. XV. 12, 18, et Jerem. XXXIV. 14, disserens. Recte observat, omne servitutis, quae Servo hebraeo imponi possit, tempus secundum has Leges *sex*, non *septem* fuisse *annorum*. Quia autem inter Judaeos et Christianos fuerunt, qui 7 *annos* sumserunt, non mirum est, hanc interpretationem Samaritanis item placuisse.

(*g*) Lex spectatur Lev. XXV. 47—54. Hic vero *Servus*, ante dictus العبرانى, vocatur الاسرئيلى. Ante de servitute mentio fit, ad quam aliquis *invitus cogeretur*, v. c. ob contractum *aes* alienum; hîc vero de servitute, cui aliquis *paupertate* coactus, ultro *se ipse*, aut *suos*, submitteret. Sequitur Lex Lev. XXV. 54, coll. 39, 40; quae cum duabus posterioribus in concordiam redigi nequit, nisi statuas cum Lengerkeo (l. l. I. p. 507 et 540), Servos hebraeos *primum* manumissos esse *primo quoque anno jubilaeo*, qui post quam servi essent facti, incideret; *deinde* vero, quo hujus Instituti severitas mitigaretur, anno 7° postquam in servitutem redacti essent; quod praecipitur in locis l. l. n. *f*.

(*h*) Id est: agri dividebantur, sive *melior*, sive *deterior* ipsorum conditio facta fuisset. Haec agrorum divisio, quâ quisque ager suo pristino possessori restitueretur, ex Lege Lev.

XXV. 13—16 et 23, non instituebatur *quovis anno septimo*, sive *sabbathico*, sed *quovis anno jubilaeo.* — Verba رؤسا رؤسا جبا Scal. emendat in رؤس ارأس, quam conjecturam Hott. recepit, vertens: »*constituerunt etiam semper principes summae capitalis* (ex-»actores census capitalis), *qui reditus* (proprie *rem*) *in gazophylacium reconderent.*" Aliud primum ego conjeci; nempe legendum esse رؤساء أوارجة, id est *Praefecti Tabularum*, sive *Codicum*, *quibus tributa et alia similia inscribuntur*; sed videns in voce رؤسا جبا, Literas سجبا ab aliâ manu restitutas, et *hanc* vocem ex *alio* Codice fortasse receptam esse, potius lego, addens Literam *Rā*, in sermone vulgari, ut videtur, omissam, vocem persicam روزجار, s. روزگار, i. e. *tempus*; existimans h. l. eos intelligi, qui praepositi essent *Calendariis* conscribendis, quae a summo Pontifice quotannis mitti solebant ad quemque Samaritanorum Coetum, ut omnes a Samaritanis receptam temporum numerandorum rationem religiose observarent, et Festa justo tempore celebrarent. De his *Calendariis* cf. de Sac. *Not. et Extr.* XII, p. 34—36, coll. p. 166 seq. et p. 178. — Per بيت المال intelligitur *sacer Thesaurus*, s. *Aerarium Templi*, aut *Synagogae sichemiticae*, unde sumtus ad Rem sacram moderandam fierent. Illius cura p. 186 certae cuidam Levitarum classi mandatur. Magnum enim in modum Opes *Templi* crevisse non Al-Maqrīzius modo (de Sac. *Chr. arab.* I, p. ١١٣, coll. p. 304), sed etiam Historia tradit, ubi Thesauri illi saepius spoliati esse dicuntur; vid. etiam C. XLIII. *Synagogae* tamen, *Templi* loco postea servatae, reditus haud ita magni fuerunt. Hi reditus redundabant *ex donis* et *tributo*, quod omnes Samaritani, Locum sacrum adeuntes, solverint, et dicti *Praefecti* acceperint. Res enim, hîc spectatae, probe distinguantur ab iis, quae tradebantur Pontifici; *primitias* puto *frugum*, et *primogenitos hominum* et *animalium*. His nomen est بِكْر, quae vox in arabicis Verss. V. et N. T. hoc sensu frequentatur. De his Rel. l. l. p. 47 exposuit, observans Judaeos omnino, non vero Samaritanos, subtiliter distinxisse בכורים (*fruges non elaboratas*; v. c. *uvas*, *olivas*) a תְּרוּמוֹת (*frugibus elaboratis*; cujusmodi sunt v. c. *vinum*, *mustum*, *oleum*). H. l. certe de hoc discrimine sermo non est.

(*i*) الضأن et الغَنَم ita distinguuntur, ut hoc *oves*, illud vero h. l. *capras* designet, licet proprie (ut Hebr צֹאן) *oves* simul complectatur, quarum singulae vulgo dicuntur شَاة, sed interdum, ut in *Vitâ Tim.* (ed. Golii), p. ٥ l. 2 غَنَمَة. Ab Abū-sa'īdo et Sa'adīa עזים Deut. XIV. 4 (qui locus hîc spectatur) vertitur الماعز (*pecus ex caprarum genere*). Sacrificia quibus *caprae*, *oves* et *boves* tantum adhibebantur secundum Legem Lev. XXII. 17—33,

hic dicuntur oblata esse *in Arâ* (positâ) *in Monte benedicto*, quae sola post Templum destructum ibi supererat. Enumerantur deinde animalia, Sacrificiis inepta: 1) *vitio laborantia* (vid. loc. Lev. laud.); 2) *septem animalium species* (sic nimirum, insertâ *Copulâ* و ante من, hic locus explicetur), quae Deut. XIV. 5 Israëlitis *edenda* conceduntur; nimirum: אַיָּל וּצְבִי וְיַחְמוּר וְאַקּוֹ וְדִישֹׁן וּתְאוֹ וָזָמֶר. Primum est *Cervus*, hic أَيِّل; secundum *Dorcas*, hic اليحمور, sed qui Arabibus a formae pulchritudine dicitur ظَبْي; si vero cornua crescunt غَزَال, ut DOMAIRIUS (vid. FREYT. in illâ voce) docet, tres enumerans species, 1) *albam*, (رِئْم) in arenis, 2) *brevi collo*, ac *rubram*, in locis *altis* degentem (عُفْر?), 3) *longo collo cum albo ventre* (عَنَاق). Tertium animal ad genus pertinet, quod ab Arabibus dicitur البقر الوحشى, cujus DOM. (vid. FREYT. in v. بقر) 4 species distinxit: 1) يحمور, 2) ايّل, 3) مَهًا, 4) وَعْل s. ثَيْتَل. Intelligitur autem voce יַחְמוּר (vid. GESEN. in v.) *Capreae* species *coloris subrufi* (unde nomen a Rad. חמר, *rubuit*), *cornibus serratis*, *intus plexis*, cui vulgo nomen *Cervus dama*. H. l. hoc redditur الجاموس, a Persico گاوميش, *Bubalus*, i. e. Boum species, *quae*, ut FREYT. refert, *maximâ corporis et lactis abundantiâ praedita est*. Vox etiam occurrit in Druzorum Scriptis (vid. DE SAC. *Exposé* II, p. 128), et in ABŪ'L-FAD. *Ann. mosl.* II, p. 260 l. 11, et V, p. 96 l. 9. In priore loco ABŪ'L-FAD. memorat *lac*. Non differt ab animali, ab Hebraeis dicto רְאֵם, quod olim in Palaestinâ labori non assuefactum, ibique ergo ferocius, in Aegypto vero agriculturae adhibitum et mansuefactum erat. Hodie etiam in Palaestinâ frequens est, aliisque armentis intermixtum, in mediis gregibus vivit, vid. ROB. *Pal.* III, p. 563 seq., 567 seq., 574, 606. Quartum animal (אַקּוֹ pro אַנְקוֹן) non memoratur in Chronico, ex quo nomen fortasse excidit. Eo autem significatur *Caprea longo collo*, عَنَاق, quod FREYT. sic descripsit: *Caprae pullus fem., qui nondum anni spatium transegit*. Quintum, דִּישֹׁן, est species *Dorcadis*, sic dictae a *saliendo* (דוש = רוץ), sed h. l. dicitur الغزال. Sextum, תְּאוֹ, etiam species est *Dorcadis*, sed dicta a *velocitate*; hic الثيتل, quo designatur species *Antilopum*, *Oryx*, s. *Caper montanus*. Septimum, זֶמֶר, *Dorcas* item, hic الزرافة, quo intelligitur vulgo *Camelopardalis*, hic vero *animal*, ex eo *Antilopum* genere, quod in Palaestinâ vivit, ut דִּישֹׁן, a *saliendo* sic dictum. Auctor, haec animalia enumerans, neque ABŪ-SA'ĪD*UM* sequitur, neque SA'ADIA*M*, qui eas voces partim transponunt, partim alias substituunt. Sic SA'AD.: والأيّل والظبى واليحمور والوعل والأروى والثيتل والزرافة, ubi الاروى est *rupicapra*. ABŪ-SA'ĪD. ex Cod. leyd. ver-

tit : وايل وظبى واروى وارتص (?) وثيتك وزرائة.

(*k*) Perperam Scal. pro حُكّام (*judices*) emendavit أحْكام (*judicia*), et male item Hott. l. l. p. 479 ينعسون legit pro يَنْصَبُونَ; نصب enim cum على significat *excitavit in aliquem* mala, insidias. Vid. Hamak. ad فتوح مصر, p. 54, et Ew. *de Expugnat. Mesop.* p. XX.

(*l*) Voce كُفْر designatur actio, quâ quis Idolorum Cultum profitetur, ut C. IV, p. 25; cum quo Cultu Artes magicae, quae cum ipso conjunctae erant, hîc etiam copulantur. Deinde *Historia Aicani*, C. XVIII narrata, spectatur.

(*m*) Conf. Lex Num. V. 11—31, ubi col. 21, 22 formula maledictionis legitur. Aqua, quae Mulieri bibenda porrigebatur c. 17 dicitur מַיִם קְדֹשִׁים (*aqua sancta*), et c. 23 מֵי הַמָּרִים (*aqua amara*); quorum illud reddit Abū-saʿīd. ماء مُقَدَّس, *aqua sancta reddita*, hoc المياه الماحقة, *aquae urentes*; Chronicon vero ماء الهيكل, *aqua Templi*, quae dictio ex formulâ c. 17 orta sit, ubi, Literis aliter divisis, lectio recepta aliquando in מֵי מִקְדָּשִׁים corrupta, aut *hoc* sensu explicata fuerit. Vox سُقيمة hîc non significat, quod in Lexicis tantum monetur, *aegrotam*, verum, quia opponitur τῷ بريئة, *ream*. In eo enim differt Verbum مَرِضَ a سَقِمَ, quod illud de *corpore*, hoc de *corpore* pariter atque de *animo* usitatur, ut docet Ismāʿīl Itākī in Lexico, cui titulus الفروق, edito Constantinopoli anno 1836, 8°; vid. von Hammer in *J. A.* 3e Ser. IV, p. 192. Verba denique Legis Num. V. 27 וְצָבְתָה בִטְנָהּ וְנָפְלָה יְרֵכָהּ (*et intumescet venter ejus, ejusque femur concidet*) varie ab Interpretibus veteribus, et h. l. de *ventris disruptione* explicantur. Abū-saʿīd vertit فَيَرِمُ بَطْنُهَا وَيَسْقُطُ وَرِكُهَا, id est: *et intumescet venter ejus, et concidet femur ejus.*

(*n*) Hott., qui من ante احوال omisit, haec etiam liberius, nec recte, sic vertit: *Eadem ratione, si non constitit, an quis hominem destinatâ malitiâ interfecisset, donec percussor proderetur, signis, et indiciis, quae fiebant, veritas manifestata fuit.*

(o) Verbis الاحوال الوَحْشة *actiones* intelliguntur, *animalibus* potius, quam *hominibus* dignae, oppositae τῷ أُنْس, *id quod hominem decet.* Spectantur ergo actiones *viles*, ex *moribus* oriundae *barbaris* et *inconditis*, hîc etiam tributae *Servo* (العبد). P. 200 eadem redit vox, in verbis الافعال القبيحة والامور الوحشة. *Festum expiationis*, a Talmudicis dictum צוֹמָא רַבָּא (*jejunium magnum*), et, ut Al-Maqrīzīus (de Sac. *Chr. ar.* I,

p. ۹۳, coll. p. 288 et 315), et Abûl fad. (*Hist. anteislam.* p. 162 l. 10) tradunt صوم الكبّور (*dies expiationis*, ut Lev. XXIII. 27 et XXV. 9, יוֹם הַכִּפֻּרִים), hîc vocatur يوم الصوم (*dies jejunii*). Hocce jejunium quam religiose Samaritani eo die observent, docet locus in *Ann.* ad C. XXVIII n. *a.*

(*p*) Collect. التّوارى (a Sing. التّورٰة), s. *Legis exempla*, in Lexicis deëst. De Samaritanorum diligentiâ, in Codd. iis describendis conspicuâ, vid. *Diss.* p. 19, n. 1. De *Hymnis* conff. dicta ad C. XXIX n *k.* — *Oleum unctionis* oleum esse videtur, quo unguebantur Pontifices. *Miscela aromatica* variis constabat unguentis, et Arae suffitûs quotidie imponebatur. Deinde *adspersione Sacrificiorum* non intelligatur adspersio saepe repetita, praescripta inter ritus Sacrificiorum, quae *leprosus sanatus* offerebat; vid. Lev. XIV. 1—32, ubi col. 10, 15—20, 26—29, *septemplex* adspersio, *ter* iterata memoratur; sed quia haec inter actiones, in *Cultu quotidiano* peragendas, occurrit, potius ritus cogitentur in offerendo *Sacrificio vespertino* et *matutino* usitati. سَمِيذ (*simila*, s. *panis albus*) *panes* fortasse designat in Mensâ sacrâ positos, quia mox item memoratur oleum et Lychnuchi accendendi cura. Levitis denique mandata esse fertur *dispositio* et *inspectio Vasorum.* Eodem sensu تَفَقُّد adhibetur in *Vitâ Tim.* (ed. Gol.) p. تفقّد l. 15, تقفّب l. 4, رص l. 16, شخ l. 15, et in Abu'l-fad. *Ann. mosl.* IV, p. 124 l. 11.

(*q*) Legi غُيُوب, non vero, quod Hott. voluit (conf. p. 480 et 483), *maculas* intelligens, عُيُوب. Hac enim voce significarentur animalia *vitio laborantia*, quae quoniam sacrificare nemini licebat, certo etiam non offerebantur; ne dicam, Auctorem tunc fortasse (ut supra p. 184, ubi vox مَعْيُوب occurrit) scripsisse مَعْيُوبَات. Itaque hîc غُيُوب (*dubia*) scribens, hoc voluit, Levitas ex Hostiis oblatis elegisse animalia, quae fidenter sacrificari possent, sepositis iis, de quibus *dubium* quoddam posset suboriri. Deinde الذبائح sunt *Sacrificiorum partes*, quae in Arâ offerebantur. Per نصب autem sollennis intelligitur *elevatio* et *conversio* in varias Coeli plagas, in Lege dictae תְּרוּמָה et תְּנוּפָה; vid. Lev. VII. 30, 32, 34, VIII. 27, IX. 21, X. 14, 15, XIV. 12, XXIII. 20. *Sanguinis adspersio* quam varia esset, novimus ex Lev. I. 5, III. 8, 13; IV. 6, 7, 16, 17, 25, 30; V. 9. Omnes denique sacrificandi ritus, qui in Pentateucho *Sacerdotibus* peragendi commissi sunt, h. l. tribuuntur *Levitis*, qui tamen a Sacerdotibus (الائمّة) in hoc Capite diserte distingui videntur. Sed fortasse ex hodiernâ Samaritanorum conditione colligeres, discrimen, quod Judaei inter eos observarunt, illos non accurate tenuisse, et omnes, qui Sacris operam navarent, ab ipsis *Levitas* vulgo dictos esse. Levitas tamen ab iis in

classes divisos fuisse, ex hoc loco novimus, quarum *primam* nonnulli appellaverint الأُمَّة.

(*r*) Vocabulum جيش non (quod Hott. opinatus est, vertens *exercitum*) ad *Gentem universam* referendum est, quo casu Noster scripsisset عسكر, sed ad *Levitas*. Mox قُرْبَان eodem sensu usurpatur atque تَقْرِيب, *oblatio*, id est *offerendi actio*. De hoc usu, quo forma فُعْلَان de *abstractis* adhibetur, qui Arabismo sequiori proprius est, vid. Ew. *Gr. ar.* I, p. 151 et 388. *Collectivi* forma p. 246 eodem sensu obvia est. Deinde فرغ in V, non ut vulgo, de *aquae*, s. *sanguinis effusione*, sed de *Sacrificio* Arae *imposito* adhibetur. Mos tubâ clangendi in vertice Montis benedicti *opportunitate oblati Sacrificii quotidiani*, alio loco non memoratur. Idem Judaei veteres fortasse observabant Hiërosolymis. Qui deinde appellatur الكاهن, *summus* est *Sacerdos sichemiticus*. Vox مَوْضِع *locus*, *tractus*, C. XII p. 59 etiam occurrit.

(*s*) Non opus est, ut statuamus post تقولوا aliquid excidisse.

CAPUT XXXIX.

(*a*) Pro ابتداء الظلال (*initium nubium*, coelum *obumbrantium*) leg. ابتداء الضلال (*initium errorum*), ut manifestum est ex Inscriptione C. XLI, et ipsius argumento, de *indole* agente *Israelitarum*, *in Idolorum Cultum proclivi*; tum etiam ex Cap. VI, et n. *a* C. XXXVIII. De Literis ض et ظ, hìc et C. XLI p. 199, 201, 214, et in Inscriptione C. XXII et XLIV confusis, vid. *Diss.* p. 31. Nonnulla ex hoc Cap. Hott. descripsit et explicuit in *Smegm.* p. 484 seq., et p. 522—524.

(*b*) Hìc Jūša:ae regnum tribuitur *45*, alibi vero (coll. *Ann.* ad C. XXI, et n. *c* ad C. XXV) *21 circiter annorum*. Nec Judaei et Christiani eâ in re consentiunt. Plerosque illorum Jūša:ae principatum statuisse *28 annorum*, in *Ann.* ad C. XXI vidimus. Josephus vero (*Antt.* V. 1, 29) huic sumsit *25*, quam sententiam sequitur etiam Abū'l-fatḥ; Eusebius contra et Syncellus (*Chronogr.* ed. Bonn. vol. I, p. 285 et 328), et Abū'l-farag*ius* (*Hist. Dyn.* p. 35) *27*; sed Elmacin*us* (in loco ab Hott. l. l. p. 521), et Patricides (ibid p. 483) *41* annos posuerunt. Origo hujus dissensûs repetatur ex Jos. XXIV. 29, quia tempus, per quod Jūša:a Israëlitis praefuerit, ibi non indicatur. De eo ergo alii alias *conjecturas* proposuerunt; ex quibus opinio, *h. l.* memorata, orta sit ex collato (sed perperam prorsus hìc in subsidium vocato) loco Jos. XIV. 10, ubi Caleb*us*, quum a Josuâ peteret, ut ipsi Hebron*is* tractus daretur, dixisse dicitur, *annos 45* praeterlapsos esse, postquam *una cum Josuâ* a Mose mittebatur ad Palaestinam explorandam.

(*c*) دَوَّن, quod vulgo dicitur de *Carminibus* in unum volumen (ديوان) collectis,

h. l. eodem sensu usurpatur de *Legibus*, a Mūsa in unum corpus redactis. Auctor loquens *de iis*, *quae Jūšaːa*, Mūsa*m* sequens, *fecisset*, respicit C. VI. Dictio امتحنهم بالعلم والعمل (*examini eos subjecit*, *theoriae et praxeos*, ut ajunt, *ratione habitâ*) conferatur cum loco *Vit. Tim.* p. رقب l. 10. De *sortibus ductis* vid. n. *b* ad C. XXIV, et de مرج البها n. *f.* ad C. XXVII; qui Campus quia *Sichemo* erat *finitimus*, Auctor ergo, hìc referens Jūšaːa*m* in *eo Campo* Israëlitis valedixisse, revera non differt a Jos. XXIV. 1, ubi *Sichem*i idem egisse Josua dicitur.

(*d*) Qui h. l. nuncupatur أبيل, ab Hott. in *Epitome* (vid: *Diss.* p. 12), perperam vocatur *Babel*. Illud Nomen *lugentem* significans, et ceterum ignotum, corruptum esse, et ex traditione, quae de Calabo ferebatur, illustrari posse videtur. Vocatur enim *Ábīl*, *filius fratris Calabi*. Huic quidem in genealogiâ 1 Chr. II. 9 *duo* tribuuntur fratres יְרַחְמְאֵל et רָם (nam in fine hujus coli sine dubio pro כְּלוּבָי, coll. c. 18, legendum est כָּלֵב), quorum filios inter et posteros (c. 10—12, et 25—33) ille non recensetur; sed Jos. XV. 17, et Jud. I. 12 seq., קְנַז dicitur *frater Calebi junior*, filium habens *Othniël*em; quae si conferantur cum antiquâ de Qenazo traditione, servatâ 1 Chr. IV. 15 seqq., apparet, Judaeorum de Calebi Posteris traditiones ita diversas fuisse, ut non miremur, hìc traditionem, adeo turbatam, obviam esse. H. l. nimirum de *Othniële* est sermo, quod nomen in Codicibus *arabice* scriptis ex عتنيل in اتنيل et ابيل corruptum sit, ut in sequentibus يفتح (יִפְתָּח) in ترفيع. Pariter in Cod. bodl. Abū'l-Fatḥ*i*, quo usus sit Ed. Bernardus in *Act. Lips. anni 1691*, p. 172, Jūšaːae successor vocatur *Nathanāl*, ubi ergo نتنيل ex اتنيل ortum est. Hic ibi etiam, ut *Ábīl* per *9 annos* Populo praefuiss fertur; Othniël vero quamdiu שֹׁפֵט fuerit, Jud. III. 11 non notatur. Huic Noster bel lum tribuit, cum *Māb*itis gestum, quod Jud. III. 15 seqq. *Ehudo* assignatur. Alia de *Othniële* traduntur Jud. III. 8 seqq. Abū'l-F. contra (*Hist. anteisl.* p. 36) *Calāb*um Jūšaːae successisse perhibet, quem secutus sit عتنئال بن قناز.

(e) طلع in III occurrit *veniendi*, *accedendi* sensu, a Cast. notato, et sic construitur c. a. p. et ب rei. Perperam الى a Hott. mutatur in الذى.

(*f*) Ut Christiani veteres, Arabes, et Judaei, de quorum hodiernis etiam ad sepulcrum R. Schimːon*is* prope Çafed*um* itineribus Rob. retulit (*Pal.* III. p. 598), Samaritani item Virorum sanctorum sepulcra magni faciebant. In primis id patet ex *Epistolis*. In Epist. ad Scal. a. 1589 *sepulcra* memorantur *Ilːazar*i, *Ītamar*i, *Finaḥas*i, *Jūšaːae*, *Calabi*, Sichemo finitima (Eichh. *Rep.* XIII p. 267). *Horum* sepulcris adduntur sepul-

cra *70 Seniorum* (Ep. IIIa ad Lud. a. 1691, in *Rep.* XIII, p. 287 seq.), *Aldadi* et *Modadi* (Epp. a. 1672 et 1676, in *Rep.* IX, p. 38, et *Not.* et *Extr.* XII, p. 171 seq. 181, 205), *sanctorum Sacerdotum* et *Jūsafi* (Ham. *Sam. Briefw.*, p. 24, 28, 43, 45). Quanti haec sepulcra fecerint, etiam ex hoc et seq. Cap. hujus Chronici videmus. De Jušaːae autem, et aliorum Virorum sepulcris variae feruntur traditiones. Ille Jos. XXIV, 30 sepultus esse dicitur in suâ ditione, in tractu dicto תִּמְנַת סֶרַח, sive potius (quia illud nomen Literis transpositis mutatum sit, ut *solis* mentio evitaretur), ut vocatur Jud. II. 9, תִּמְנַת חֶרֶס, sito (ut h. l. dicitur) *in Monte Ephraïmi*, *a septentrione Montis*, cui nomen est גָּעַשׁ. Cum his consensit Joseph. *Antt.* V. 1, 29, et R. Petachia (quo monente, sec. 12° ibi supererant *Obadïae*, *Josuae*, et *Calebi* sepulcra; vid. *N. J. A.* Nov. 1831, VIII, p. 394), et Liber *de Cippis hebraïcis*, cujus titulus est יִחוּס הָאָבוֹת וְהַנְּבִיאִים (*Genealogiae Patrum et Prophetarum*), et cujus Auctor latet quidem, qui tamen *ante ultimam dimidiatam sec. 16i partem* non vixit, quia p. 34 loquitur de *Otsmanidarum Sultāno Soleimāno*, qui 1542 *Selīmo* successit, et moenia Hiërosolymorum restituit (vid. Rob. *Pal.* II, p. 139). Hujus Libri Scriptor, iter per Palaestinam faciens, omnia loca notavit, Virorum sanctorum sepulcris celebrata. Libri exemplum J. H. Hott. Francofurti nactus, hoc cum latinâ versione edidit Heidelbergae primum a. 1659, deinde 1662, in quâ posteriori editione (adjectâ *Archaeologiae Orient.* Heidelb. 1662. 8°) p. 51 *Josua* et *Nūn ejus Pater*, *atque Calebus*, *Jefunnes filius*, ibidem sepulti esse feruntur. Neque a vulgari illâ opinione discedit Abū'l-fad., scribens (*Hist. anteisl.* p. 36): توفى يوشع ودفن فى كفر حارث, quem locum etiam memorat Smith in Catalogo locorum, quae in ditione neapolitanâ sita sunt (Rob. *Pal.* III, p. 877), primum كفر حارث (כפר חרם), deinde (qui idem locus sit, dictus per apocopen) حارث, recensens. Abū'l-f. mox addit: ورأيت فى تأريخ ابن سعيد المغربى ان يوشع مدفون بالمعرة. Merito ergo dubitat de 'Ibn Saːīdi dictis. Hic nempe intelligit معرة النعمان, (de quâ urbe etiam vid. Hoogvliet *Spec.* p. 150, n. 183), Halebum inter et Emessam sitam, ut apparet ex dictis Lexici مراصد الاطلاع in voce المعرة: فى قبلها قبر يقال له انه قبر يوشع بن نون والصحيح انه بنابلس. Alia tradiderunt Patricides et Elmacinus. Ille Jūšaːam sepultum esse contendit *in Monte Gilːāditico* (فى جبل جلعاد), et cum eo *cultros terrae mandatos esse*, *quibus Israëlitas Gilgale circumciderat*; hic *in Monte Canaːānitico* (فى جبل كنعان); vid. Hott. *Smegm.* p. 523. Utraque haec traditio ex corrupto nomine جليل (Gilgal), s. ut Patricides scribit جلجال, fluxerit, ubi secundum alios sepulcrum Jūšaːae positum sit. In Chron. nostro hujus sepulcrum esse dicitur in loco كفر عويره,

quod pronunciavi كُفُر غُوَيْرَة (*pagus speluncnlae*), quem tamen neque Rob., nec Smith, neque alii memorarunt. Fortasse idem est, qui *Hawarā*, pagus, ut Rob. narrat l. l. III, p. 312, *magnus* et *antiquus*, in Campo *Muknae* (مُخْنا, de quo vid. n. *f.* ad C. XXVII), in viciniâ ergo Montis Garîzîm*i*, sed *a meridie* ejus situs. Idem locus recurrit in Smith*i* Catalogo l. l. p. 876, sed ibi nuncupatur حُوَارا, quae forma sic scripta sit, pro حُوَارَة (*caverna*), in quâ lateat חור (*caverna*), additâ flexione arabicâ. Si ergo dictus est hicce locus ab ipsius *cavernâ* sive *sepulcris*, nomen كفر غُوَيْرَة versio videtur arabica vocis hebraïcae, hoc tantum discrimine, quod hîc forma *deminutiva*, in quotidiano sermone dilectissima, exstat. Dictum locum (حُوَارا) intelligi, verisimilius etiam est, collatis dictis C. XL p. 193, ubi 'Ilazar sepultus esse dicitur في كفر غويرة, qui in Libro *de Cippis hebr.* p. 51, una cum Ithamare sepultus esse fertur *Äwarthae* (עורתא), quo nomine locus apud Indigenas nuncupatus sit. Utrumque locum كفر غويرة et תִּמְנָה non diversum esse, efficeres ex his verbis Ed. Bern., quae ex Abū'l-Fatḥ*i* Chronico desumsit (*Act. Erud. Lips.* 1691, p. 168): » *sepultus autem est* (Josue) *in* » *Temne*, *quae et Gaureta*" (غورتا pro غويرة). De sepulcris in viciniâ Montis Garîzîm*i* egit item Rosenm. *Handb. der Bibl. Alterthumsk.* II, 2. p. 126. — *Calab*um eodem loco cum Jūšaâ sepultum esse, Liber de *Cipp. hebr.* pariter atque Chronicon nostrum tradit, sed verosimilius est, ejus sepulcrum *in viciniâ* esse *Hebron*is. Ex supra dictis denique liquet, falsam esse (Hott. *Smegm.* p. 525) disputationem de كفر, quod eo judice idem esset atque قبر (*sepulcrum*).

(*g*) Dictio سار بهم احسن سيرة illustratur ex notâ formulâ سار بهم سيرة حسنة, *vixit cum iis laudabiliter.* Nomen تَرْفِيع (*exaltatio*) ex يَفْتَح corruptum est; vid. n. *d.* In *Act. Erud. Lips.* eum intelligi videmus, ex Ämmān*is* mentione, cum quâ Gente, ut ex Jud. XI notum est, bellum ille gessit. In Hebr. tamen dicitur *Giladita*, hic *Ephraïmita.* *Manaššit*am eum nuncupat Abū'l-F. l. l. p. 38, his verbis: يُفْتَح الجَرْشِى من سبط مَنَشّا, et illi, ut Jud. XII. 7 principatum tribuit *sexennii*; hic vero anni non indicantur, unde colligere licet, Auctorem *Judicum Librum* non consuluisse.

(*h*) Intelligitur locus C. XXXVIII ineuntis. *Quos* Noster intellexerit *novem* Reges, non liquet. Postremum tantum memorat, شمشم, et *duos priores*, *Äbīl*um et *Ṭarfīa*m, quia perhibet eos 9 Reges regnasse per 215 annos, et Jūšaae, ut in initio hujus Cap. dicitur, 45 annorum imperium tribuitur. Accuratius ergo pro ثم تولا بعده, scripsisset

وَتَوَلَّى بعده يوشع. In serie Principum, qui a Jūša:â ad Šamšam*um* Genti praefuerint, in *Act. Er. Lips.* p. 172, post Jiftach*um* memorantur *Abidom*, s. *Abdon* per 18, *Naťanāl Ephraïmita* per 18, *Naťanāl Judaeus* per 40, deinde *Somsom* per 20 annos: nomina ergo, primo (Jud. XII. 13) et ultimo nomine excepto, ex Historiâ judaïcâ haud cognita! Ex Annalibus porro Abū'l-faṫh*i*, ut videtur, ibidem citantur post Jūša:a*m*, cui tribuuntur anni 25: 1) *Naťanāl* (vid. n. *d*) per 9; 2) *Jaot* (Ehud) per 18; 3) *Hamar* (Samgar) per 20; 4) *Parac* (Barac) per 30; 5) *Gideon* per 7; 6) *Abimelech* per 3; 7) *Thola* per 23; 8) *Jaïr* per 22 annos. Sic anni 260 ibi explentur.

(*i*) שִׁמְשׁוֹן ab Abū'l-f. l. l. vocatur شَمْشُون; h. l. شَمْشَم, quae scribendi ratio alibi etiam obvia est. Vid. Hott. *H. O.* p. 131. Hîc celebratur *corporis pulchritudo* (ut *Saūli* 1 Sam. X. 23, et *Davidis* 1 Sam. XVI. 12), et *vis immensa*, in hostibus perdendis conspicua. Quae in fine Capitis leguntur, corrupta sunt. Quantum fieri possit, sensum loci in Versione significavi.

CAPUT XL.

(*a*) Initium Cap. (p. 292 ad vocem اباتهم, in mediâ p. 193) Hott. in *Smegm.* edidit, et vertit p. 524. De Fonte, ex quo *prior* et *major* pars hujus et XLII Cap. orta sit, diximus in *Diss.* p. 82. Ac revera dicendi ratio, si hanc cum *praecedente*, et *ultimâ* parte *hujus* Cap., et cum C. XLI, XLIII, et XLIV confers, praesertim si formulas attendis, quibus *summi Sacerdotes* et *Tribuum Principes* designantur, privum quemdam habet colorem, qui etiam cernitur in constructione Verbi لبس in IVâ Specie, quae bis p. 193 c. a. r. et ل p., p. 190 vero, ut vulgo, c. g. a. jungitur. Auctorem Librum, quem sequitur, *in Compendium redegisse*, apparet ex iis, quae de 'Il:azaro et Fīnaḥaso tradit, *idem* nempe *eos*, quod Mūsa̤ et Jūša:a, *ante mortem egisse*; vid. p. 192, 193, 194, coll. p. 189. In Inscriptione, a *Nostro auctore* additâ, legitur vox خَلَافَة, in Lexicis non obvia, sensu τοῦ خِلْفَة, quae forma ceterum hoc etiam Cap. p. 194, occurrit.

(*b*) *Templum* intelligitur, a Jūša:â in Monte sacro conditum, vid. C. XXIV p. 121. Pro وعبد Hott. edidit والعباد, ac si sensus esset: et valedixit *Servis Dei*; sed Sacra spectantur, quae Mūsa̤ (C. VI), et Jūša:a (C. praeced.) peregerint. Verbum مشى in VI, in Lexicis omissum, ut in *Noct. ar.* I, 143, hîc deinde occurrit *obambulandi*, *incedendi* sensu. Ut Mūsa̤e morienti C. VI *facies splendens*, sic 'Il:azaro et aliis Viris sanctis *odor* tribuitur *suavis*. Verba denique وبكاه الثلاثين sine dubio spectant morem *lugendi per 30 dies*; vid. C. VIII, et n. *h* ad C. XLVIII.

(*c*) وَلَدِهِ, ob praecedens بعده omissum, necessario inserendum est. Pro اباه non restituatur ابيه; ʻIlazar nimirum non *solus* intelligitur, sed etiam hujus Pater *Aharūn*. De Verbo قَرَّبَ vid. n. *a* ad C. X. Fīnaḥas deinde et ʻIlazar eodem loco (*Cafar Gowaira*) sepulti esse dicuntur, quo Jūšaʻa et Calab*us*. Traditio judaïca Jos. XXIV. 33 alia tradit. ʻIlazar ibi sepultus esse fertur *in colle Fīnḥasi*, *filii ipsius*, *qui ei datus erat in Montibus Efraïmi*. Ibidem etiam sepultus sit Fīnaḥas secundum Versionem alexandrinam hujus loci. *Awarthae* contra sepultos esse ʻIlazar*em* et Itamar*em*, contendit Auctor Libri de *Cipp. hebr.*; vid. n. *f* ad C. praeced., quae Traditio cohaeret cum relatione Chronici.

(*d*) Noster *quinque* Pontifices post Fīnaḥas*um* memorat ante finem dierum *Favoris divini*. *Quatuor* tantum enumerantur in Catalogo, ab Ed. Bern. ex Abū'l-faṭḥo inserto *Actis Erud. Lips. a. 1691* p. 172. Post *Aaron*em (cui 39 anni tribuuntur), Eleazar*um* (cui 50), et Pinehas*um* (cui 60), memorantur: 1) *Abisua* (per 40 annos), 2) *Sisi* (per 50), 2) *Boaci* (per 35), 4) *Oci* (per 25 annos); quo posito, simul expletur annorum 260 numerus. In proxime sequentibus عزى dicitur آخِرُ وُلَاةِ الرب فى ايام الرضاء, quibuscum convenit C. XLII. In verbis وخدموه الخِدْمَةَ المَرْضِيَّة (de quâ dictione qoranicâ vid. *Diss.* p. 66), Noster ob oculos habet *Īl*ium, et quae is C. XLIII egisse fertur. *Nomina* porro *Pontificum* h. l. *omissa*, sed in dicto Catalogo obvia, illustrantur, collatâ Traditione judaïcâ, 1 Chr V. 30 seq. (in Vers. alex. 1 Chr. VI. 5 seq.), ubi ad finem Cap. Elazar*is* Genealogia exstat, et Pontificum series ad Hiërosolyma a Nebucadnezare devastata; quâcum alia conf. Genealogia, 1 Chr. VI. 35—38 (in Vers. alex. VI. 50—53), cum illâ conveniens, sed Pontifices tantum *ad Salomonis aetatem* perducens. Post Fīnaḥas*um* sacerdotium ibi gessisse dicuntur: 1) filius Fīnaḥas*i* אֲבִישׁוּעַ (LXX Ἀβισού, in Joseph. *Antt.* V. 11. 5 Ἀβιέζερ dictus); 2) filius Abischūae, בֻּקִּי (LXX *Boκκί*, Jos. *Bouκί*); 3) filius Būqi*i*, עֻזִּי (= עֻזִּיָּה, LXX Ὀζί, Jos. Ὀζίς). Nullus ergo sermo est de eo, qui 2° loco post Fīnaḥas*um* in Catalogo illo sam. vocatur *Sisi*. Hott. (*Enn. Diss.* p. 30) per عزى intelligentem *Ezram* vel *Elium*, jam bene refutauit Rel. (*Diss.* I. p. 151 seqq.), locum citans Libri *Jūchasīn*, ubi *Schimschon*is *aetate* ʻOzīus ille *mortuus* esse dicitur, et *Elium* successorem habuisse. Idem Josephus tradidit l. l. et Epiphanius (*Haeres.* 55, Lib. II. Tom. I, ed. Petav. p. 470), eum vocantes Ἀζίαν, ejusque *filium Zaρᾶ*, et *nepotem Μωρίαν*, *quorum* nomina 1 Chr. VI. 35—38 scribuntur זְרַחְיָה et מְרָיוֹת.

(*e*) منظومة de iis rebus proprie dicitur, quae ordine et serie non interruptâ conjunctae

sunt, v. c. de *Carminibus*, in primis vero de *Monilibus*, cum quorum *unionibus* dies dicti comparantur. Cum his conff. dicta de iisdem diebus, C. XXXVIII (p. 188). Quid utroque loco significetur voce النور, declarat C. XLI (p. 200), et XLII (p. 203), nempe *splendor divinus olim in Sancto Sanctorum conspicuus.* Ex formis rarioribus سَمَاوِى et أَرضى; *hoc*, in Versionibus V. et N. T. obvium, a Cast. laudatur.

(*f*) Voce شَابّ *juvenilis aetas* designatur, quae spatium complectitur vitae humanae ab anno 24 ad 40. Hanc ergo aetatem agere potuit *Ozīus* Pontifex, etiam si sumitur apud Samaritanos, ut apud *recentiores* Judaeos, morem viguisse, Sacerdotium in nominem conferendi annis 30 minorem, cujus tamen Instituti, ét apud *veteres* Hebraeos, ét apud Samaritanos, nullum reperitur vestigium. Non ergo opus est, ut emendemus شائبًا *senescens*, quamvis hoc cum jud. Traditione in Libro *Jūchasīn* conveniat (vid. n. *d*). Rex significatur شمشم.

(*g*) De hac Aerâ vid. *Ann.* ad C. XV. Paucis de hoc loco exposuit Rel. *Diss.* II, p. 89 seq. Mox haec Aera recurrit C. XLVI, tum etiam Adami mentio, ubi is vocatur ابونا, in initio C. XLII.

(*h*) Loci Deut. XXXII. 15 *initium* laudatur, additâ formulâ وينظر الخ, de quâ vid. n. *l* ad C. III, ubi leg. وينظر. Verba presse respondent Versioni Abū-saīdi; vid. *Diss.* p. 94. Vox الشيرة ex Hebr. שִׁיר orta est; quâcum conf. forma شيران, *Hymni*, C. XLVI p. 246.

CAPUT XLI.

(*a*) Initium Capitis (لما — النجس) exstat in Hott. *H. O.* p. 131. Verba لما الخ videntur referenda esse ad Inscriptionem, quia deëst apodosis. Vocabulum ذلك, quod ibi inserui, omittatur; vid. n. *β* ad C. XLVII. Šamšam C. XXXIX p. 191, XL p. 195, et in Inscript. hujus Cap. vocatur الملك, mox vero الحاكم (השופט), quae vox etiam de *Rege*, et *regnandi* sensu adhibetur; vid. Abu'l-f. *Ann. mosl.* IV, p. 40 l. 2 et 6. Noster tamen hac voce hic usus est, quia in Chronico, quod sequebatur, ipsam invenit. Ex iis, quae raptim de illo observat, apparet plura ipsi de eo innotuisse, et ea tantum eum ex illo Chronico excerpsisse, quae ipsius consilio apta judicaret. Verba أثر الخ illustrantur dictione, quam Freyt. in v. attulit, اثروا فى المسلمين اثرا قبيحا, *turpi clade affecerunt Moslimos*; cf. etiam Abū'l-f. *Annal. mosl.* IV, p. 30 l. 17. Pro أَثَر vero Noster scripsit eodem sensu اثارة, 1) *vestigium*, *nota*, 2) *res* ipsa, *cui nota impressa est.*

(*b*) Literae واح post vocem اجتمعوا (sic enim in textu ar. leg.) *pars* sunt vocis seq. واخذوهم, et scriptae tantum ad lineam absolvendam, quare haec vox in seq. lin. *plene* scribitur. Alia manus orientalis, alio, ut videtur, Codice collato, *arabicis* Literis in marg. apposuit تحلفوا, i. e. *juramento sibi obstrinxerunt*. Species Va in Lexicis non exstat; neque etiam Sp. VIII, de quâ vid. H. E. Weijers in notis ad A. Rutg. Spec. *de Hasano Pascha*, p. 157.

(*c*) نَجَس, *impuritas*, *spurcities*, h. l. significat *scortationem*, quo sensu hoc Verbum in Vâ jam occurrit in C. XXXVIII p. 185. *Hanc* notionem intelligi, apparet ex contextâ oratione, et ex iis, quae Noster monuit in fine C. III et IV, de *Bil·āmi consilio* et hujus *eventu*. De Bil·āmi *Libris*, quos consuluisse etiam dicuntur Magi de Messiae adventu, conf. *Diss.* p. 81, et Rel. *Diss.* II, p. 75 seq.

(*d*) Legi ولم يدّعوا, in VIIIâ *proclamavit sibi*, *constituit*, *elegit*. In sequentibus مثليا non mutandum in مثلهم, ut Scal. proposuit.

(*e*) Voce أَحْبَار, a Sing. حِبْر, intelliguntur *Doctores*. Conf. Chald. חָבֵר, quod de *Scribis Judaeorum* frequentatur, sed de *Magistris* etiam adhibetur.

(*f*) Haec facta esse, quum nullus Pontifex Rebus sacris praeësset, bene convenit cum Excerptis, ex Chronico Abū'l-Fatḥi insertis *Act. Erud. Lips. a. 1691*, ubi p. 173 legitur post mentionem ʿOcii: *vacat Pontificatus Hargarisim annos 39*. Haec vero in concordiam redigi nequeunt cum iis, quae in C. XLII narrantur, ubi idem Pontifex Pontificatum adhuc gessisse dicitur *postquam ea*, quae hoc Cap. traduntur, *acciderunt*; unde item apparet, *varios Fontes* in usum adhibitos fuisse. Pro اهل البلْح (*Incolae locorum campestrium s. pagorum*) manus or. in Cod. legit اهل البذخ, i. e. *Viros nobiles*, qui tamen intelligi nequeunt, quia p. 299 Deus Doctores istos agere *sivisse* dicitur, *donec ad omnes Principes Israëlitarum* Doctrina illorum perducta esset. Neque etiam legatur اهل البَذْخ, *superbi*. Hi enim hîc non in censum veniunt. Inter homines *minus cultos* nimirum isti Doctores sperabant, fore ut Doctrina feliciore cum eventu *primum* propagaretur. Pro وعملوه Scal. perperam reposuit وعملوهم.

(*g*) Recte Scal. pro الا فى جبل, legit فى جبل. De voce قبلى vid. *Diss.* p. 78, et n. *f* ad Cap. XXII. Pagus *Peracae*, dictus μία, a Jos. memoratur *Antt.* XX. 1, 1, qui tamen hîc non spectatur, quia locus intelligitur in eodem *latere Montis Garīzimi meridionali*, de cujus parte *occidentali* p. 198 fit sermo. In locis, a Smitho notatis hic non occurrit (Rob. *Pal.* III, p. 876 seq.). Huc Doctores abierint, quia ab hominum societate ibi magis remoti essent, quam in aliis Montis partibus. In parte enim

Montis *septentrionali* urbs שְׁכֶם et نابلس aedificata erat. Pro المومم, in textu restituatur الموضع.

(*h*) Sine causâ Scal. ante القرابين inseruit قرّب (vult تقريب). Est enim *negligentior* et *elliptica* constructio, ut apparet ex coll. C. XLV p. 221 et 224. Neque etiam Scaligeri recipiatur emendatio vocum لا يلهيه in لا يلى; sed legatur للآلهة, id est *Idolis*, quae vox in Versione p. 177 addatur. Ad seq. formulam, quae jam occurrit C. XXIII p. 114, vid. ibid. n. *o*.

(*i*) Hoc nomen, ut مالية, fictum esse videtur, ideoque in Catalogo Smithi ea non exstant. *Far:atā* vero ibi memoratur (Rob. *Pal.* III, p. 877) inter loca, sita a meridie Nābolosi. Hîc ipsum significat, coll. voce تفرعوا, *pullulationem*, *ramorum* s. *comarum* instar, et *Elīf* in fine desumta sit ex *statu emphatico*. Vox فَرْعَة designat quidem *verticem*, dicta tamen notio Arabibus non prorsus ignota fuerit, ac minime Samaritanis. Apud Syros enim ܦܪܥ notat *germinavit*, in Aphel *fronduit*, *pullulavit*, quâcum, permutatis Literis ע et ח, quas Samaritani adeo confundunt, conferatur Hebr. פָּרַח, *fructus tulit*, *foecundus fuit*. In hac vocis فرعة notione Noster ludit, utens memoratâ voce تَفَرَّعوا, proprie *ramos sibi fecerunt*, i. e. *Sectatorum numero creverunt*. Species enim IIa *hoc* sensu est *denominativa*, a فَرْع *ramus*; ac *propria* notio, *metaphorice* usitata, significat *derivavit* (*tamquam e radice propagines*) *sententias*, quam notionem Lexica exhibent.

(*k*) عتّبوا verti *ad iram provocarunt*, quae notio in Lexicis deëst.

(*l*) Perstringitur principum Virorum avaritia et tyrannis, quae in Prophetarum Scriptis item saepe notatur. Vox بَذَخ, proprie *superbia*, hîc *res* significat, *quibus superbirent*.

(*m*) Sp. IV Verbi حسد, in Lexicis non notata, significat *invidiam excitavit* cum ل p., cum quâ Particulâ in Inscr. C. XLIII p. 210, I Species eodem sensu construitur, ubi etiam de hac invidiâ exponitur. Formula سبط فينحس hîc de *Familiâ sacerdotali* adhibetur.

(*n*) De voce تواجه conf. n. *b* ad C. X. Scal. perperam deinde legit اللاهوية, s. الاهية; leg. اللاهوتية, de quâ formâ vid. n. *c* ad C. I. Verba, quae continentur sententiâ غلما تمت — المذبحين Noster de suo interposuisse videtur. Ibi ergo hic more suo Deum non الرب, sed, ut C. III et IV et alibi, البارى nuncupat, de quâ voce vid. *Diss.* p. 57, et *Ann.* p. 207.

CAPUT XLII.

(*a*) Sensus est: *res hîc enarrari, quibus effectum est, ut Gentis, a De Sacris deficientis, insania fraenaretur, nec majores progressus faceret.* Enumerantur primum *calamitates*, quae in *diem*, de quo hîc sermo est, inciderint, et *mala auguria*, tunc manifestata. Similiter Jos. (*de B. J.* VI. 4. 8) tradit, Templum et Hiërosolyma a *Babyloniis* et *Romanis*, *eodem mense ac die*, tempore ergo *fatali*, devastata esse. De *auguriis*, tunc in Urbe conspectis, idem deinde disserit (*de B. J.* VI. 5. 3). De *Gemmis Pectoralis*, *lucescentibus*, et *obscuratis*, vid. *Ann.* ad C. XVIII.

(*b*) Annus h. l. memoratus, non, ut Rel. opinatur (*Diss.* I. p. 151) annus est *post ingressum Israëlitarum in Palaestinam*, sed *post initium Periodi*, *dictae vulgo* ايام الرضاء, hîc vero ملك الرضاء. In eo Auctor se fefellit, quod annum eum dixit *361*, quia pro وثلث ماية, dicendum fuisset ومائتين, ut ipse declaravit C. XXXVIII p. 181, et C. XXXIX p. 191; qui numerus etiam convenit cum dictis Abū'l-fatḥi, periodum eam fuisse statuentis *260 annorum* (*Act. Erud. Lips.* a. 1691 l. l.). In sequenti parenthesi, incipiente a voce المعروف, المُشبه praeter morem construitur non c. a., sed c. ل, quod in Lexicis non notatur. In his memoratur usus Verbi بشر in *malam* partem, quo sensu hoc deinde occurrit, non vero *hoc* sensu forma بُشْرى, quae C. XLIV p. 216 *nuncium tristem* designat. Porro مَنَاحس sunt *infausta auguria*, ut p. 207, ubi id cum الكواكب conjungitur.

(*c*) Non opus est, ut cum Scal. post تنظر inseramus الاعلام. أركان البيت h. l. denotare nequeunt *latera*, *angulos*, aut *fundamenta*. Tenebrae nimirum jam ante per Templum dissipatae esse dicuntur. Dictae autem notiones a primariâ *fulcri* notione derivantur, quae si transfertur ad *res*, *quibus aliquis innititur*, *res* eâ voce designantur *sanctae*. Sic p. 205 *nubes splendens* vocatur Israëlitarum رُكْن, et *lapis niger* apud Moslimos ركن البيت (Abū'l-f. *Ann. mosl.* I, p. 150 l. 16), a quo Burckh. (*Reisen in Arab.* p. 201) distinguit ركن اليماني, quem Moslimi non *osculantur*, ut *lapidem nigrum*, sed *dextrâ* tantum *tangunt*. Hîc autem *Arca* intelligitur *cum Cherubis*, quam Sacerdos primum atrâ nube tectam, sed nondum prorsus obscuratam, viderat; die vero 5°, s. Jovis, tenebris condensatis, non amplius conspicere poterat. Tunc ergo, ut in seqq. legimus, querebatur de שְׁכִינָה prorsus sublatâ.

(*d*) Verba قبة الرمان — فيما Glossa esse videntur Librarii, formulam de *Tabernaculo* usi-

tatam hìc adhibentis, et scribentis من ايام, pro quo Noster في ايام dixisset. Verbum ثبت in IIâ *stabilivit*, illustratur loco 2 Macc. II. 5, τὴν θύραν ἐνέφραξε, id est *ostium speluncae obstruxit*, lapidibus nempe humove admovendis. Inscriptio indicaverit *quae ibi deposita essent*. Verbis porro وعلم فيها علامات designantur *signa sigilli*, involucris impositi, quae speluncae ostio pari fere ratione, atque sepulcro Jesu (Matth. XXVII. 64—66) adderentur. Verbum علّم eodem sensu usurpatur, quo vulgo Sp. IVa, quae construitur c. a. Apud Elmac. p. 288 l. 24 IIa Sp. eodem fere modo adhibetur, ubi legimus علّم على الكتاب (*signavit scriptum*); quae constructio melior est, quam illa cum في rei. Sed in Chronico talia non insueta. Sic v. c. C. XLVIII p. 247 علّم *docendi* sensu occurrit cum في r., et (sensu *certiorem aliquem reddendi*) C. XLIX p. 252, cum ل p. Ad notionem *signandi* illustrandam conf. dictio At-Ta'âlibii (in *Spec.* cl. J. J. Ph. Valetonis L. B. 1844. p. ٣٢ coll. p. 85: ما علّم عليه, *ea quae approbationis notâ signavit* (Emîrus); cum quo loco conff. dicta ibid. p. 110 seq. — Verbis porro علامات ثم انكتب inscribitur *arabicis* Literis, ut credo ما لكدق, id est ما لَكَدّق, *quae sane tenuia erant*. Literas ergo Glossator intellexit, quae, non perspicue scriptae quippe, facile evanescebant. Memorata *de Vasis sacris in Monte Ǫarîzîmi reconditis* traditio orta est sine dubio ex simili Judaeorum Fabulâ de Tabernaculo, Arcâ Foederis, et Arâ Templi hierosolymitani a *Jeremjâ* in Monte *Nebonis* reconditis, quae narratur 2 Macc. II. 4 seqq., de quâ vid. Rel. *Diss.* I, p. 156 seq. Nonnullis ornamentis tantum (dictis nempe de *Inscriptione* et *signis*, quibus spelunca instructa esset) Samaritani Commentum Judaeorum amplificarunt. Apud illos haec Fabula jam ferebatur ante Hierosolyma a Romanis devastata; vid. Jos. (*Antt.* XVIII. 4. 1), de seditione exponens, ortâ inter Samaritanos, Procuratore Pilato, et ab Impostore excitatâ, promittente, *Vasa abscondita se esse eruturum*. Eatenus haec narratio tantum a Chronico differt, quod, quae 'Ozîus hìc fecisse fertur, Josephus *Mosi* tribuit, cujus nomini illud *'Ozii* nomen substituendum esse opinabatur Relandus. Sed potius credam, Impostorem Historiae et Chronologiae ita rudem fuisse, ut non animadverterit, *Mosi* ea tribui non posse. Merito ergo Hengstenbergius (*die Auth. des Pent.* I, p 10) emendationem Relandi improbavit. Aliâ ratione Abu'l-Fath, ut ex Ed. Bern. excerptis (*Act. Erud. Lips.* 1691, p. 168) apparet, hanc Fabulam retulit. Si Bern. bene vertit, 'Ozîus nihil ipse recondidit, sed (quae sunt ejus verba) *densissimis tenebris oppressum subsedit ipsum Tabernaculum Hargarizim et evanuit, Ozi Pontifice multum obstupescente*. Deinde vero, quum decem Tribus ab Assyriis abducebantur, *Akbia*, ejus temporis Pontifex, *Vasa sacra in monte Garizim prius* (quam ipse abducebatur) *defodisse, et sacrum Legis Exemplar* (ab Abisuâ, Pinahasi Filio, descriptum;

vid. p. 167) *Niniven secum abduxisse* fertur. Ex *variâ ratione*, quâ haec Fabula narrabatur, videmus a Samaritanis ipsam diligenter propagatam et magni habitam esse. Nec mirum! Hac enim non modo *Montis sui sanctitatem*, sed et *singularem*, quo *prae Judaeis* se dignos habitos esse gloriabantur, *sacrae suppellectilis servandae honorem*, tueri et vindicare sibi videbantur. Cursim de hac Fabulâ sermo etiam fit in Epist. a. 1684 (*Rep.* IX, p. 28, et DE SAC. *Not. et Extr.* XII, p. 205). De *Tabernaculo abscondito* raptim loquitur item Epist. SALAMAE, a. 1808, his verbis: ومن بعد ما خفى المسكن (*et postquam absconditum erat Tabernaculum*); vid. *Not. et Extr.* l. l. p. 62. Haec Fabula fortasse ansam dedit calumniae, Samaritanos Idola venerari, *in Monte ipsorum confossa;* quà de re retulit EPIPH. *Haer.* I, *Haer.* IV. 2, ed. PETAV., p. 25, de quo loco vid. REL. l. l. I, p. 151.

(e) De *70 Sapientibus* jam Cap. X ineünte sermo factus est. Hîc ergo videntur intelligi eorum Successores. Mūsa eos creasse dicitur (Num. XI. 16), unde Judaei Synedrii *primordia* derivant. Synedrium Samaritani postea etiam habuerunt; vidd. *Commentt.* mei *in H, G. s.* p. 109.

(*f*) De hac Columnâ item sermo est C. I. p. 4, et C. XXIX p. 140, ubi *noctu*, *igneam* quippe formam referens, *ad frigus pellendum; interdiu* vero, quia tunc *nubila* esset, ad *calorem solis mitigandum* inserviisse dicitur. Quae deinde hîc narrantur de *montibus Wādi'l-Maugabi clausis*, *ut Gens tuto transiret*, egregie illustrantur dictis BURCKH. (*Reisen in Syriën* II, p. 634 seq.), ubi tractus describitur, per quem torrens fluit. Est, inquit, montosus, ab utroque latere horrenda praecipitia, transitus difficillimus, partim ob aquarum impetum, et loca profunda, quae descensum et adscensum molestum reddunt ac diuturnum, partim ob Nomadum invasionem, qui transeuntibus insidias struunt, et ex montium rupiumque latebris de improviso prosiliunt. Montes ergo vicini si clausi sint, ita ut nemo ad transeuntes penetrare possit, his egregie consulitur. *Hocce* divinae tutelae specimen, quod Noster fortasse Angelorum interventui tribuit, h. l. tantum memoratur.

(*g*) Pro ابدا leg. أَبَدَّ, *perterruit.* Verba احاطكى — باب الجنة perperam ab HOTT. (*Enn. Diss.* p. 26) referuntur ad *Mūsam*, ac si hic *ad portas Paradisi* collocatus fuisset; quae interpretatio GESENIUM (*Anecd. or.*, p. 93 not. 12) in errorem duxit. *Suffixum* enim per universam hanc Orationem referendum est ad *Gentem Israëliticam*, quam ante, vocibus يا اسرائيل (p. 205) alloquuntur; et *Porta Paradisi* dicitur *Terra Palaestinae.*

(*h*) Quid Auctor significaverit vocibus استودعكى بتهليل (sive, ut alia manus *orientalis*, Literis ࠀࠕࠄ addendis, legit, بتهليلاته), non dubium est. Forma enim تهليل, cujus nomen unitatis in *Lexicis* desideratur, designat *jubilationem.* Intelligitur *Lex*, a quâ *custodiendâ* Samaritani a longo inde tempore contenderunt, se dictos esse שׁמרים

(Vidd. *Commentt.* mei *in Hist. sam.* p. 10). *Legem* quisque Samaritanus, haec legens, cogitabat. *Jubilatione* spectatur *tubarum clangor*, quem *Angeli*, postquam *Deus* ipse Legem proclamasset (C. I p. 2, et C. XXIX p. 141), edidisse dicuntur. Auctor ergo verba Exod. XIX. 16 et 19 (קול שופר חזק מאד) de *Angelis* explicuit, *tubâ clangentibus*, quos *Legislationi interfuisse*, non modo posuerunt Judaei (v. c. Act. VII. 53, Gal. III. 19, Hebr. II. 2), sed etiam Samaritani, ut ex Carminibus eorum liquet (GESEN. *Anecd. Or.* p. 70, n. 12). Cum hac interpretatione sequentia bene conveniunt, ubi Verbum كنف (in I, *in septo* aut *caulâ excepit* camelas, oves) in VIII occurrit, sensu *sibi excepit*, in Lexicis non notato, cum quo cf. etiam in *Vit. Tim.* p. رعز l. 6 notio *brachio excipiendi*, sive *complectendi*.

(*i*) Male SCAL. pro العالى legit العز. — De scriptione نعبتم vid. *Diss.* p. 30. Construitur عَبِتَ hîc, ut saepe, cum بِ, quae tamen constructio in Lexicis non notata est.

(*k*) Pro مَنْ SCAL. sine causâ legit من أَيْنَ (*unde*). Spectantur *Asyla*, (مَلْجَاءٌ), de quibus vid. n. *i* ad C. XXII.

(*l*) In Cod. perperam legitur نصرتكم, sed deinde scribatur النصرة, quia *hîc* Auctor verbis ludit.

(*m*) SCAL. post حيث لا, quod servat, inseruit ينبغى. Verbum نذر (in I *votum fecit*) in IV occurrit sensu *sivit, ut aliquis* (h. l. Sacerdos ʿOzī) *voto obstringeret aliquem*, ut in I cum على p. Cum dictione اسبال سترة (*demissio veli sui* i. e. Dei), conf. *Vitâ Tim.* p. شعب l. 13: واسبل على سوءة جرمه ذيل النسيان, *et demisit in turpitudinem criminis ejus syrma oblivionis.* Sensus ergo est: Deum *rogamus*, ut *peccata nostra suâ veste veluti tegat.* Minime vero vertatur: *Deum rogamus, ut nos suâ veste tegat*, id est *defendat;* quâ ratione alibi ea verba explicanda sunt; v. c. Ruth III. 9; vidd. HAMAK. et WEIJERS. ad *hujus* Spec. p. 105 seq. De die *Lunae* et *Jovis* cujusque hebdomadis, quibus memoria Luctûs illius celebrata esset, alibi nihil monetur. Collato Cap. XLV (vid. not. *t*) dies illi etiam post reditum ex captivitate babylonicâ non amplius observati esse videntur. *Hi* autem *dies* ei rei constituti sint, quia, ut hoc Capite ineunte narratum est, die 2° ʿOzī *prima* animadvertit Dei irati *indicia*, ac die 5° iram animadvertit *plane manifestatam.*

CAPUT XLIII.

(*a*) Forma وُلْدٌ recurrit in Inscriptione C. XLIV. Hîc non *filii*, sed *Posteri* intel-

ligi possunt. Nam Ilīus h. l. dicitur *filius Patrui Fīnaḥasi*, nempe *Itamaris*; quod, quamvis cum Chronologiâ conciliari nequeat, Abu'l-f. item contendit, scribens (*Hist. anteïsl.* p. 38) عالى ابن عم فينحس. Quo majore honore videlicet Ilazarem, eo minore Itamarem Samaritani colunt, quin dedecore ipsum afficiunt (vid. Rel. *Diss.* II. p. 64, 88 seq.); quare et hîc post nomen ايثمر, formula solennis عم omittitur. Huic igitur Virum pariter *exsecratum* Filium tribuunt, *Ilīum*, quem quantopere contemnant, ostendit explicatio nominis עֵלִי per المتغفل, quam Scal. recte vertit ἐνεδρεύων, *insidias struens*.

(*b*) *Plures Arae* memorantur sub finem Cap. XLI, qui locus hîc illustratur. *Duas* nempe Aras in Tabernaculo fuisse, Judaei etiam contendunt, alteram *aeneam*, s. *Aram Holocausti*, alteram *auream*, s. *Aram suffitûs*; de tertiâ vero, *lapideâ*, *ibi positâ*, in Pent. nullâ fit mentio. Hanc tertiam tamen hîc Scriptor cogitat. *Ara* enim *suffitûs* hîc non attenditur, ubi sermo tantum est, ut in Cap. XLI, de Aris, *in quibus Sacrificia immolabantur.* Praeterea *Ara* haecce *lapidea* magni hîc aestimatur. Ilīus enim, quia *hanc* non curabat, p. 212 perstringitur. *Unam* nimirum ibi modo ad sacrificandum posuisse fertur, quâ sine dubio *aenea* intelligitur. Si ergo Samaritani contendunt, *lapideam* Aram etiam in Monte Ġarīzīmi olim fuisse (quae tamen opinio alibi non obvia est), hujus traditionis origo derivetur ex Deut. XXVII. 1 seqq., de quo loco diximus in *Ann.* p. 248. Alia ergo de 12 lapidibus, ex Jordane sublatis, hîc spectatur traditio (diversa ab iis, de quibus verba fecimus in *Ann.* ad C. XIV, p. 230), in quâ *Gilgalis* loco nomen *Ġarīzīm* substitutum sit, et lapides in *Arae formam* exstructi fuisse dicuntur.

(*c*) De insigni Templi Thesauro, qui ferebatur, vid. n. *h* ad C. XXXVIII. De Ilīi *Artis magicae* studio Samaritani h. l. tantum queruntur.

(*d*) Eodem ergo *die Lunae*, *eodem*que *hujus* diei *tempore*, quo 'Ozīus primum animadvertit, sublata esse divinae benevolentiae signa, Ilīus haec suscepisse dicitur; vid. *Ann.* ad C. XLII. שִׁילֹה, s. שִׁילוֹ, scribitur سيلون. Melius Abū'l-f. (*Hist. anteisl.* p. 40) شيلو. Sed permutatio س cum ش non mira est inter Samaritanos, *Literis confusis* famosos, quod de Literis א, ה, ח, ע, item notavit Al-Maqrīzīus (de Sacy. *Chr. ar.* I, p. ||., coll. p. 303 et 332; de quâ quaestione vidd. *Comment.* mei in *Hist. G s.* p. 62). P. 212 Verbum occurrit حزّب, quod non significat tantum *collegit*, quo sensu جمع utuntur Arabes, sed ex vi vocis احزاب, *conjuratos collectos in agmina divisit.* De Templo *universo*, ab Ilīo condito (tum de ipso *Sacrario*, tum de *Atrio*) deinde item in contemtum adhibetur vox ناووس (Gr. ναός), dum Samaritani *Templum garīzīmitanum*, et maxime ipsius *Sacrarium*, هيكل nuncupant, sive etiam بيت الله.

Ne his vocibus uteretur de *Fani* istius *Sacrario*, vocem Noster omisit, ac si diceret: *aedificavit sibi in eo Fano aliquid, ad normam Sacrarii garizimitani constructum.*

(*e*) Lego يَتَّطُوقُونَ, VIIIam formam Verbi وَطِئ, sensu in Lexicis non obvio, *sibi subegit* (mulierem) Turpis haec *Ilī* filiorum agendi ratio memoratur item 1 Sam II. 22, eorumque avaritia, conspicua in melioribus *Sacrificiorum* partibus sibi capiundis, col. 12—17 perstringitur. *Vini* mentionem Noster hic tantum de suo addidit, ut culpam eorum graviorem redderet, si nempe a vini usu severiores quique Samaritani recentiore tempore Moslim*orum* exemplo abstinuerint.

(*f*) *Commemoratio nominis in publicis precibus* etiam nota est recentioris aetatis. Verbum قام adhibetur de *conatu indefesso* et *continuo*, quo sensu etiam construitur cum على rei, ut קום על, id est *perseverare in aliquâ re*, Jes. XXXII. 8. A Judaeorum Traditione, quam sequitur Abūl-f. (*Hist. anteisl.* p. 38) Noster recedit. Illa Ilīo moribundo tribuit 98 annos, 40 vero *spatium* fuisse dicitur, *per quod Sacerdotium gessit*, (conf. 1 Sam. III. 15 et 18), quo posito, hocce Munus aggressus sit anno 8°. Noster vero ei, res novas molienti, tribuit 50 annos, ut supra monuit, et Sacerdotium etiam sumsit 40 annorum. Statuit ergo aetatem ejus fuisse 90 annorum. In Textu alterutrum تعالى omittatur.

(*g*) Nomen שְׁמוּאֵל, quod alibi scribitur شاويل, et in Vulgi ore pronunciatur *Samwil* (Rob. *Pal.* II. p. 359), h. l. enunciatur شاول. Ortus esse dicitur e *Tribu* s. *Gente Hārūni*; in Hebraeorum vero Libris (I Chr. VI. 33—38, coll. 1 Sam. I. 1) e *Tribu* quidem *leviticâ* genus ejus derivatur, non vero ex *sacerdotali* familiâ. Deinde non dicitur *Magus*, ut Rel. opinatur (*Diss.* II, p. 88), quia a Sagâ post mortem *magicis* artibus ex mortuis revocatus esset, sed quoniam *Ilī* erat *Socius*; eamdemque ob causam appellatur الكفر (pro الكافر), *impius*, *incredulus*. Si quaeritur, quare Samaritani in Samuëlem, et in Ilī*um* maxime, adeo acerbe invecti sint, teneatur, ipsos praeter Mūsa*m* nullum Prophetam agnovisse (vid. n. o ad C. XXIX), quod observarunt etiam Al-Masūdī (de Sacy. *Chr. ar.* I. p. 342), Al-Bīrūnī (ibid. ١١٣, coll. 305), Šahristānī (ibid. p. 363), et Al-Maqrīzī (ibid. ١١٣, coll. 304), et diu ante Eulogius, Episcopus alexandrinus, sec 6°, qui eos ideo (in loco Photii ap. Rel. l. l. p. 87 seq.) vocaverat (ὑβριστὰς τοῦ Θεοῦ προφητῶν). Accedit invidia, quâ Samaritani in Judaeos ferebantur, quae illos incitabat, ut Viros, quos hi prae aliis honore prosequerentur, dedecore afficerent. Sic Ezrae nomen Samaritanis maledictum est (Rel. l. l. p. 88), et odiosum etiam Zerubbabel*is*, ut patet ex C. XLV, tum etiam, ut ex h. l. videmus, Samuël*is*; vidd. *Commentt.* laudd. p. 68 seqq. Il*us* porro ipse ansam dederit, ut atro carbone inter Samaritanos prae aliis notaretur.

In judaïcâ Traditione, quam Noster hoc et seq. Cap. sequitur, ille depingitur ut Vir sibi minime constans, omnique vi et fervore destitutus, quin flagitia ipse filiorum permittens (1 Sam. II. 22—25), adeo ut in ipsius Posteros maledictio pronunciaretur (1 Sam. II. 27—36). Nemo ergo Samaritanis aptior visus sit ad Cultum corrumpendum. Quod ergo Manasse fecerit revera (vidd. *Commentt.* mei laudd, p. 89), Populum a Templo hiërosolymitano avertens, Templumque novum in Monte Ǵarīzīmi condens, ejusmodi quid hîc in ʿIlīum defertur. Hoc Templo condito ea Samaritanorum Fabula excogitata sit, et ita composita, ut nullum exinde detrimentum caperent Samaritanorum de sanctis Viris opiniones. Hanc ob causam omissa sint Cap. seq. *nomina Filiorum* ʿIlīi, *Hofni* et *Fīnaḥas*, quia *hocce nomen* in eâ Gente *adeo* erat *celebratum*.

(*h*) 1 Sam. I. 24 Samuel Siluntem delatus esse dicitur a Matre, *postquam eum ablactaverat*, aetate ergo *trium* circiter annorum. Hîc *quatuor* annorum fuisse fertur. Magis tamen differunt sequentia. Secundum 1 Sam. I. 11 Hanna, *antequam conceperat*, eum Deo vovit, ita ut Filius *a nativitate inde Deo consecratus esset*. Deditâ operâ haec h. l. turbantur, dum *Pater* testatur, eum Filium esse, quem acceperat على شَهْوَة, *secundum appetitum*, id est, quem generans, solum cogitasset appetitum libidinosum. Nimirum *hoc* sensu ea vox proprie adhibetur, v. c. in Sūr. XXVII. 56, et de *appetitu* quovis *animali*, v. c. in *cibos*, ut in Versione saʿadianâ Num. XI. 4, et Deut. XII. 20. *Casu* denique Patrem *subiisse* fertur *cogitatio* (وأنذرا على نفسه), Filium oportere sacro Ministerio per vitam in ʿIlīi Sacrario fungi. Verbum قَوِيَ hîc de *intellectu*, non, ut vulgo, de *vi physicâ* usurpatur.

CAPUT XLIV.

Major *hujus* Capitis pars ex 1 Sam. IV sumta est. Pleraque in compendium redacta sunt, nonnulla exornata. Nihilominus hoc et praecedens Caput ideo etiam est gravissimum, quia *Samaritanorum de scissâ Gente* opiniones tradit, vidd. *Comm. in Hist. G. s.* p. 68.

(*a*) Servantur Nomina arabica locorum: 1) יָפוֹ ar. يافا; 2) לֹד, Oppidum Binjaminitarum (1 Chr. VIII. 12, Ezr. II. 33, Neh. XI. 35), in N. T. *Λύδδα*, ar. لُدّ, quod recurrit C. XLVII, p. 239. 3) بيت جِبْرِين, pro quo, ex pronunciatione vulgari, scribitur in Cod. بيت جبريل, quâ pervulgatâ, Moslimi *domum Gabriëlis* intelligi putarunt; vid. Rob. *Pal.* II, p. 620. Urbs, graece dicta βηγαβρὶς, s. βηγαβρὶ, et βαιτογάβρα, hebraïce vocata sit בֵּית גִּבְר, et syriace ܒܝܬ ܓܒܪܐ, de quibus nominibus conf. Rob. l. l.

II, p. 618 seqq., et HAMAK. tum in *Annot.* ad *Diss.* meam *de Amoso* (L. B. 1828. p. 42), tum in ejusdem *Comment. in Librum de Vitâ et Morte Proph.*, p. 185 seq., ubi *patria Nahūmi* hicce locus vocatur. *Hanc* urbem, et *Lyddam*, cum *Jāfâ* et *Gazâ* primas partes egisse in bello hic memorato, Noster ideo existimaverit, quia *suâ* eae *aetate* prae aliis locis in tractu, quem Philistaei olim incolebant, floruerint. *Lydda* nempe, a Demetrio Nicatore, a Samariâ separata, et cum Judaeâ conjuncta est (1 Macc. XI. 34). Ab eo tempore magis innotuit. JOSEPHUS (*Antt.* XX. 6. 2) *κώμην* eam dicit *πόλεως τὸ μέγεθος οὐκ ἀποδέουσαν.* Mox Scholâ judaicâ inclaruit. HIËRONYMI aetate in pristini oppidi ruderibus florebat *Diospolis*, quod nomen Romani *Lyddae* nomini substituerant. Haec urbs Episcopi erat sedes, nobilitata tum ob magnificam Ecclesiam, tum per famam sancti Gregorii, quem ibi natum et sepultum esse ferunt. Et hic urbis splendor a Moslim*is*, Palaestinam occupantibus, deinde exstinctus, sed postea, Regno hiërosolymitano a Christianis condito, restauratus est; vid. ROB *Pal.* III. p. 261 seqq. Ut Lydda, ita *Bait-Gibrin* recentiore item aetate demum inclaruit. Nomen בֵּית גְּבַר in V. T. non memoratur. JOSEPHI aetate *Βήγαβρις* erat *vicus magnus.* Urbs seculo 3° ineunte privilegiis a Septimio Severo donata, et titulo ornata est *Eleutheropolis*, qui (ut egregie conjicitur a GROSZ*IO* in relatione de Opusculo RAUMER*I* [*Beitr. zur bibl. Geogr.*] in *Theol. Stud. u. Krit.* 1845, 1 h., p. 249 seq.) graeca hebraei nominis בֵּית גִּבְרִין versio sit, significans *πόλιν*, non *ἐλευθερίας*, neque *ἐλευθέρα*, sed *ἐλευθέρων.* Quo sumto, *exinde* etiam, ut ex *Tabulis ecclesiasticis* Suffraganorum Patriarchae hiërosolymitani (vid. VON RAUMER l. l. p. 39), ROBINSON*I* confirmatur disputatio, quâ demonstravit iis duobus nominibus *unam eamdemque* urbem significatam esse. *Eleutheropolis* urbs appellatur in Scriptis EUSEBII, HIËRONYMI, EPIPHANII, aliorum. Hoc nomen deinde principatum tenuit, quum Palaestina innumeris *graecis* Clericis erat frequentata, et universa resp. christiana graecum colorem contraxerat, donec Palaestina a Moslim*is* occupabatur, a quo tempore nomen priscum, inter Agricolas servatum, iterum praevaluit, et a Christianis, Palaestinam postea recuperantibus, etiam retentum est. Ad tempus usque principatûs Moslim*orum* sedes Episcopi, et *urbs* erat *princeps* Palaestinae *meridionalis.* Moslim*i* enim anno 796 eam devastarunt. Rudera restituerunt Christiani exeunte sec. 12°, et urbem muniverunt; quare deinde, ut urbs *summi momenti*, in Libris de expeditionibus sacris memoretur; vid. ROB. *Pal.* II, p. 676 seqq., et 619 seqq. Ex dictis ergo apparet, non mirum esse, *eas* urbes, uno tenore tum cum *Ásqalūne* aliisque, tum cum *Gazâ*, quae etiam Auctoris aetate urbs erat nobilis (vid. ROB. *Pal.* II, p. 643 seqq.), hîc, et *dictis* quidem *nominibus*, enumeratas esse.

(*b*) Observetur dictio زين العسكر, *flos exercitûs*, et III Species Verbi خلف *restituendi* sensu, in IV trito. Proxime sequens عسكره SCAL. male mutat in عسكرهم; Suffixum

nempe refertur vel الضآل. Neque etiam recipienda est ejusdem emendatio, pro ثيابَهُ legentis ثيابهما, s. ثيابهم, et p. 216 pro ثيابِى, ثيابهم; vestes enim intelliguntur non Filiorum 'Ilī, sed Viri istius, qui salvus evasit. Verbum وفى in IV *veniendi* sensu non c. a. p., ut vulgo, sed h. l., ut alibi interdum, c. الى p. construitur, quod in Lexicis non monetur. Nuncii Vestes, h. l. 'Ilī *Filiorum sanguine contaminatae*, 1 Sam. IV. 12 *scissae esse* dicuntur, *et caput ipsius pulvere conspersum.*

(*c*) Perperam Scal. وَلَوْلَدَيْكَ in ولديك mutat.

(*d*) Nomen hujus Mulieris, et ipsius Conjugis, qui 1 Sam. IV. 19—22 dicitur Fīnaḫas, h. l. consulto omittitur.

CAPUT XLV.

De hoc Cap. egit, ac magnam ejus partem *latine* vertit Hott. in *Exercitat. anti-Morian.* (de quibus vid. *Diss.* p. 11 et seq.) p. 63 seqq.

(*a*) Ut in Cod., ita in Textu arabico typis expresso, hoc Caput incipit a verbis الموجود ad افعاله. Haec vero ad Inscriptionem referantur. Si enim ab his nova sententia inciperet, post الموجود, ut in C. I p. 1, et alibi, Auctor ذلك inseruisset; vid. *Diss.* p. 42, 70, 83 seqq., ubi item de *Libris*, hîc memoratis, fit sermo. Rex, ab Hebraeis dictus נְבוּכַדְנֶצַּר, Arabum more hîc vocatur بختنصر, quod saepe, v. c. ab Abū'l-F. (*Hist. anteisl.* p. 48, 7 a.f., et deinceps), et Al-Maqr. (Sac. *Chr.ar.* I.p. ٩٩, coll. p. 293) scribitur, separatis vocibus بخت نصر, in arabicâ vero Versione (2 Reg. XXV. 1, 2 Chr. XXXVI. 6 et deinde) بُخْتُنَصَّر. *His* locis dicitur ملك بابل; in Chronico ملك الموصل, quo nomine Scriptores, qui de rebus veterum Hebraeorum arabice exposuerunt, nomen אַשּׁוּר reddere solent, ut Sa'adīa Gen. II. 14, arabs Interpres 2 Reg. XIX. 36, 2 Chr. XXVIII. 16 et 20, et XXXIII. 11. Al-Maqr. (l. l. p. ٨.) ergo *Sanherib*um nuncupans *Regem Mauçili*, ut noster Auctor, sequitur loquendi rationem, suâ aetate receptam. Memoria enim Ninives, olim sitae in ripâ Tigridis orientali, obscurata est *primum* gloriâ Seleuciae (urbis, e regione *illius* in ripâ fluvii occidentali postea conditae), *deinde* famâ Mauçil*i*, sub Moslim*is* ortae, et a *ponte*, qui in catervarum gratiam ibi positus fuerit, sic fortasse nuncupatae, et Sultanis suis *Atabecis*, ad annum usque 1259 regnantibus, (vid. de Sac. l. l. I. p. 32) clarae. Ut ergo exinde explicatur, cur Recentiores *hanc* urbem saepe adeo memoraverint (vid. *Diss.* p. 99), ita Noster vigentes sequens opiniones, errores, in quos hîc incidit, cum illis habet communes. Sanherib*um* v. c. cum Nebucadnezare similiter confundit Al-Maqr., qui (l. l. p. ٨.) *10 Tribûs* primum a *Sanheribo*, deinde easdem (l. l. p. ٩٩, coll.

p. 293) a *Nebucadnezare* abductas esse tradit; quod mox (p. ١١١) confirmat, contendens, incolas urbis *Nābolosi* ab *hoc* Rege deportatos esse. *Errores* scilicet de rebus ceterum notissimis in Oriente maxime propagari solere, ex Fabulis novimus, quae hoc seculo ineunte inter *Judaeos* halebenses ferebantur de *Samer-Elad*, *Rege-Mauçili*, qui, Syriâ occupatâ, Colonos in Regnum Israëlitarum traduxisset; vid. Ep. a. 1808, in *Not. et Extr.* XII, p. 47. Nebucadnezar autem, quem Noster in *Inscriptione* nuncupat *Regem Mauçili*, deinde ab eodem, sed ex auctoritate Librorum, quos consulebat, appellatur *Rex Persarum*; quae opinio inde orta sit, quod Moslimi tradiderunt, eum Judaeos, Hiërosolymis devastatis, in *Persiae urbem* الجَيّ, postea dictam 'Içpahānem deduxisse; vidd. Abū'l-f. (*Ann. mosl.* III, p. 534, 536, coll. p. 749), et Al-Maqr. (*Chr. ar.* I, p. ١٥ seq., coll. p. 318 seq.).

(*b*) In hac sententiâ vox العباد non significat *captivos*, *servos*, ut voluit Scal., sed *incolas*, et البلاد *terras quam plurimas*, nisi velis *Orbem Terrarum*. Eodem latissimo sensu occurrit haec vox in Sūr. III. 196. Cum dictâ sententiâ conf. locus *Vit. Tim.*, p. ٩ l. 6, ومن يدوخ البلاد ويملك العباد.

(*c*) Verbotenus: *et remittebatur mandatum omnium Regum Aš-šāmi*. Scal. pro سائر legit أساير.

(*d*) De permutatione nominum القُدْس et بيت المَقْدِس vid. *Diss.* p. 63. In Arabum Scriptis haec nomina item promiscue adhibentur; v. c. ab Al-Maqr. (de Sac. *Chr. ar.* I, p. ١٥, ١٨, et ١٠٠, coll. p. ٩٩). Ut hic, ita Scriptor Chronici, sic agens, Fontes suos presse sequitur. Noster tamen المقدس ipse *praetulisse* videtur, hoc nomine in Inscriptione C. XLVII utens, quia Samaritani titulo بيت المقدس *Templum* ornabant *garīzīmitanum* (vid. *Ann.* ad C. IX), et nonnumquam fortasse latiore sensu *urbem Nābolosi*. Ex *horum* autem nominum usu videmus Nostrum et Auctores, quos adiit (vid. *Diss.* p. 84), non vixisse primis 'Islām*ismi* seculis. Nomen ايليا (*Aelia*) nempe, usitatum tempore, quo Moslimi Palaestinam invadebant, aliquamdiu servatum est, et in Numo antiquissimo arabico legitur (vid. *J. A.* 1839. Dec. p. 477 seqq.), sed deinde obsoletum, dictis nominibus locum cessit.

(*e*) Scriptores Judaeorum tradunt, Jojachīn*um* cum Matre, et Aulâ universâ, Chaldaeorum Regi obviam ivisse (2 Reg. XXIV. 12), et Reges Moabitarum, Edomitarum, Ammonitarum, et Phoenicum, postea Hiërosolyma convenisse, sed *ut deliberarent*, *quomodo a Chaldaeorum dominatione deficerent* (Jerem. XXVII. 3). Ex his tamen samaritana Traditio oriri potuit. Praeterea Chronologia non accurata est. Ut ex 2 Reg.

XXIV, coll. cum 2 Chr. XXXVI, videmus, Jojakim*us*, moto Joa*h*aso suffectus, *per 3 annos* tantum regnat, ejusque Filius Jojachīn*us per 3 menses*; cui, a Chaldaeis abducto, substituitur Zidqīa, regnans per *11 annos*, qui rebellat *nono* regni anno, quare Hierosolyma obsidione clausa die 10° mensis 10i, capiuntur anno regni illius *undecimo*, die 9° mensis 4i, et incendio delentur die 7° mensis 5i (2 Reg. XXIV. 18—20, et 2 Reg. XXV. 1. 2).

(*f*) Vocem, quam verti *Baisān*um, in Cod. scribitur ' ጰ ' ጰጠ ᑐ. Litera tamen ጰ alius Literae erasae loco scripta est, et in lineâ, ei impositâ, pars Lit. ጰ latet. Inde ergo videmus, Librarios locum non intellexisse. Contextâ autem oratione collatâ, apparet, de Nomine proprio hìc esse sermonem; quare HOTT., non curans Literam ጰ, male vertit *domum*. *Assyria* vero intelligi nequit, quia hanc Noster appellasset بلاد اشور, nec voce بيت usus esset; et *illud* Nomen si adhibuisset, indicia *spatii vacui* ad hoc *plene* scribendum, in Codice superessent. Potius ergo credam ጰ primum cum praecedente voce junctam, et in Codice quodam ጰጰጠᑐ pro ᒧጰጰጠᑐ scriptum esse, ideoque intelligi urbem בֵּית שְׁאָן, cujus nomen per compendium بيسان vulgo pronunciatum, et in vulgari Sermone, vél ut in Chronico ABŪ'L-FATH*I* (conf. n. *o*) in باذان, vél ut hìc, Literis س et ث confusis, in بيثان corruptum est, omissâ praeterea Literâ Nūn. *Hanc* urbem spectari, ideo opinati sint, quia ab eâ parte Gentes Palaestinam invadere solebant. Ac fortasse idem nomen in Codd. nonnullis substitutum est 2 Reg. XXV. 6 nomini רִבְלָתָה, quorsum Zidqīa ad Regem Babel*is* deducebatur, quae urbs est Agri *h*amathensis (vid. ROB. *Pal.* III, p. 747 et 931). Hunc locum scilicet a Veteribus non intellectum esse, ostendit Syrus, vertens ܠܕܒܠܬܐ, quae corrupta lectio etiam obvia est in Cod. alex. Vers. LXX, ubi legitur Δεβλαθά, unde, quia hic Cod. sequi solet Recensionem hexaplarem, efficere possumus, ORIGENEM hanc lectionem in plerisque Codd. reperisse. Eamdem vocem exhibet Arabs h. l. (الى دبلَت); nec aliter Syr., Cod. al., et Ar. in locis 2 Reg. XXIII. 33, et Jer. LII. 9. Idem Syr. legit Num. XXXIV. 11, ubi SA:ADĪ*a*, locum item non intelligens, scribit دقنة.

(*g*) Vocem سائر hìc, et p. 221, significare *omnes*, (vid. n. *c* ad C. XXV) ex h. l. manifestum est, quia de *aliis* aedificiis nondum sermo erat. Deinde عمارة, proprie *Infinitivus* Verbi عمر, *coluit*, *exstruxit*, *aedificavit*, quo sensu occurrit in Vers. ar. 2 Chr. XXXIV. 11 et 17, hìc significat *aedificium*, ut عَمَائِر in *Vit. Tim.*, p. قسب l. 4, ريو l. 15, شعج . 15; in quo Opere بنى وعمر item conjunguntur p. ب, et cum احكم, sensu *firmiter construendi*, ibid. p. شسج l. 15, et تيج l. 2.

(*h*) Ut in *sequenti Glossâ* Samaritanum *palaestinensem*, verba in Textu obvia repetentem (*Diss.* p. 104), ita in *his* Scriptorem Chronici B, in *Aegypto*, s. *Damasci*, viventem, loquentem audimus (*Diss.* p. 79 et 84). Uterque vocem بلاد, quod item observamus p. 219, et C. XLVII, p. 240, de *unâ* regione usurpat, dum p. 217, et C. XLVI, p. 230, ex Linguae usu *plures* illa designat. De hoc *abusu*, *vulgaris* Linguae Idiotismo, in Dialecto magrebensi item recepto, vid. *J. A.* 1840, 3e Ser. IX, p. 385. Nebucadnezar*is* in Nābolos*um* expeditionem (vid. n. *a*), et incolarum *in Persiam* abductionem, memorat etiam Al-Maqr.; hîc vero insuper *Edicti verba* finguntur. Alia tradit Al-Bīrūnī (de Sac. *Chr. ar.* I. p. ۱۱۳), *Samaritanis* fortasse auditis: *hos* nempe in Judaeorum, a Nebucadnezare abductorum, locum translatos esse, ut Rex illos remuneraretur pro auxilio, ipsi in Judaeis subigendis praestito.

(*i*) Verbotenus hic locus Deut. XXVIII. 64 sic in Cod. leyd. Versionis Abū-Sa‘īd*i* legitur (vid. van Vloten *Spec. Philol.* p. 64), hoc tantum discrimine, quod ibi pro الامم scribitur الشعوب, quâ voce usus est Sa‘adī*a*, locum sic vertens: ويبددك الله فيما بين الشعوب من طرف الارض الى طرفها. Nullum ergo hîc dubium est, quin Auctor *illam* Versionem secutus sit.

(*k*) 2 Reg. XVII. 25 seqq. Coloni queruntur de *Leonibus*, apud Josephum vero (*Antt.* IX. 14. 3) de *peste*, ipsis illatâ. Scal., quem sequitur Hott., p. 220 pro تَرْكِ perperam legit تَرَكْنَا, non attendens, Israëlitas mox professos esse, se Cultum suum diligenter observare. Deinde Verbum حمد, *Precum* ratione habitâ, eodem *colendi* sensu usurpatur, ac postea Verbum خدم, et vulgo عبد.

(*l*) Non opus est, ut cum Scal. pro فرحين legamus فارحين; vid. *Diss.* p. 32. Verbum مثل p. 222, in VIII significat *aliquid ita sibi restituere, ut pristinam formam referat.*

(*m*) Hîc ergo statuitur, *omnes abductos* rediisse, et, ut ex sequentibus apparet, *Templum Garīzīmi*, *olim devastatum*, *statim post reditum restitutum esse.* Samaritani praeterea ipsi se vocant *Harūni* et *Jūsafi filios*, ac prae Judaeis (pag. seq.) titulum sibi arrogant بني اسرائيل; quibuscum conf. dictum C. XXXVII p. 175, *Jaqūbum imperium dedisse Jūsafo.* In sequentibus significat Sp. IV Verbi وجب *necessariam rem existimavit*, ut in Abū'l-f. *Ann. mosl.* II, p. 376 l. 4; et IIa Forma Verbi حظا in Lexicis omissa, *praevalere fecit.*

(*n*) Reliqui Judaeorum Libri sacri praeter Pentateuchum intelliguntur.

(*o*) Hoc Nomen in Codice in *duo vocabula* perperam dividitur. Pronunciandum est *Zorbābal* vel *Zorbābil.* *Hac* ratione enunciatur Nomen hebr. in arabicâ Librorum Ezrae et

Haggaei Versione; in solo loco 1 Chr. III. 19 زُرُبابِل. Pro سَنْبَطَ Arabs Nehem. VI. 1 seqq, Euphoniae magis consulens, scripsit سُنْبُلَّاطَ. De Samaritanorum Traditione de Gente abductâ et redeunte vidd. *Commentt.* mei *in H. G. s.* p. 69 seqq. In nonnullis haec dissentit a relatione Ăbū'l-Fatḥi; vid. Schnurrer, in Paulus *Memorab.* II. p. 54 seqq. Rex, v. c. cujus nomen hic reticetur, ibi vocatur سوردى ملك خران, quod, ut recte judicat Schn. ex دريوس est corruptum. Querelis ad eum delatis, Rex arcessit Ăbd'ā-*lum* (عبد آل), summum Sacerdotem, et Ădīum (عدى), Šimūnis filium, Tribûs Jūsafi Praefectum, iisque cum Populo redire concedit. Trecenta tamen millia (ut h. l.) tantum redeunt. Reliqui remanent in Terris exteris, reverti nolentes, nisi Propheta, Mūsae instar, ipsos ducat. Reducibus permulti Judaei se adjungunt sub Zūrabīlo ben Salsāl (سوربيل بن سلسال). His vero *Hiërosolyma* (ايليا) abire cupientibus, *Harrāne coram dicto Rege*, lis Samaritanos inter et Judaeos oritur de adorationis loco (على القبلة). Hi *Codicem Davidis* proferunt; illi Codicem magnum (المدرج الكبير), quem Ăqbīa Sacerdos in captivitatem secum abstulisset, et in Ninives Templo deposuisset. Post longam disputationem Fabula de *igne*, hic item tradita, narratur. Ibi etiam 36 Judaei trucidantur, et Sanballat donis ornatur, ac jubetur cohibere, quominus Judaei Hiërosolyma (بيت المقدس) restituant. Tum Samaritani, Harrāne congregati, proficiscuntur, et cum iis multi Binjamin*itae* (l. من بنى بنيمين, pro من بنى بنيّم), Kehathitae, Gersonitae et Meraritae, *qui* (ut additur) *erant ex filiis Ilīi* (l. من بنى ايلى, cf. supra Cf. XLIII et XLIV), *Silunte* olim habitantes. Peregrinis Colonis, partim fame consumtis, partim a Rege ex Palaestinâ remotis, Israëlitae reduces Terram recuperant. Hi enim *Codicem sacrum* et *vestes sacras* secum ducentes, postquam Baidāne (باذان) se lustraverant, in Montem Ġarīzīm tendunt die 9° mensis Tišrīn, et Aram Templumque cum solenni ritu restaurant. Commemoratis deinde Samaritanorum, qui rediissent, et locorum, ubi ii habitatum ivissent, nominibus, controversiae narrantur, Samaritanos inter et Judaeos brevi post exortae sub Rege Ănūširwāno, qui Judaeis, edito Edicto, permisisset, ut Hiërosolyma restituerent, quod Edictum mox revocatur, quum Sanballat Literas ad Regem misisset, Scripturâ exaratas aenigmaticâ, quam ipse invenisset. Sequitur Historia de Ezrâ, *Scripturam* et *Codicem hebraeum* corrumpente, de insidiis a Judaeis in Samaritanos structis, quae similes sunt *Hamanis insidiis*, quas Judaeis paratas esse, Liber Estherae tradit; ac disputatio denique de *adorationis* loco, (l. l. p. 66—82), quae postea repetita esse fertur; vidd. *Commentt.* mei laud. p. 92, ubi in loco a Schnurrer*o* edito leg. قطلمه pro غلطه.

Fabula de Libris Judaeorum sacris *combustis* etiam obvia est in Scholio Codd. pariss.

2 et 4 ad Deut. XXXII. 26 (vid. DE SAC. *Mém. de l'Acad. des Inscr.* XLIX, p. 186 seq.), et in loco MASUDII, quem gallice tradidit DE SAC. (*Chr.ar.* I, p. 344). Hic narrat, Samaritanos contendere, Legem, quâ Judaei utuntur, Legem non esse, quam Mūsą ipsis dedisset; hanc enim *combustam esse*, *mutatam*, et *corruptam:* eam ergo, quam iidem manibus tenent, *novam* esse, a Zorbābale ex ore Israëlitarum, ipsam memoriâ tenentium, scriptam. MASŪDĪUS igitur confundit historiam *Codicis cujusdam combusti*, et *Legis corruptae*, quam utramque ÁBŪ'L-FAṬHUS diserte distinxit. Ingeniosius enim quam verius DE SACY. l. l. conjecit pro حرقت (*combusta est*) legendum esse حرفت (*corrupta est.*) Nam 1) additur, *eamdem mutatam et corruptam esse*, quae verba, eâ receptâ emendatione, supervacanea essent; 2) ex sequentibus, ubi Lex *ex ore* Israëlitarum scripta esse dicitur, videmus, sermonem esse de Lege *perditâ*, s. *igne combustâ;* 3) AL-MAQRIZĪUS illum locum, ut videtur, respiciens (vid. DE SAC. l. l. p. ١٨٣), de Samaritanorum opinionibus de Lege, quâ Judaei utebantur, haec dicit: ويقولون توربة موسى حرّفت وغيّرت وبدّلت, id est: *et dicunt* (Samaritani), *Legem Mūsąe* (quae in Judaeorum manibus est), *inversam et mutatam et alteratam esse.* Ibi tamen Codices non consentiunt. Ne dicam de Codice leyd. N. 372 (c), ubi omittitur وبدلت, attendamus alterum Codicem leyd. n. 276, addentem وحرفت, quae lectio, nisi, sive ÁL-MAQRIZĪUS ipse, sive Librarius quidam ante scripserit وحرقت vix explicari possit. Ille fortasse, ignorans Fabulam, et sic MASŪDĪUM non intelligens, ita scripserit, ut DE SACY. edidit; aliquis vero Librarius, Opere masūdiano inspecto, restituerit وحرقت; quo recepto, tertius quidam in margine addiderit وحرفت, quod mox denuo in textum Codicis n. 276 pervenerit.

(*p*) Sic haec verba (inserta *ibi*) videntur intelligenda esse. Samaritani in Chronico ÁBŪ'L-FAṬHI (*Memor.* II, p. 68 seqq., et *N. Rep.* I, p. 126 seqq.) profitentur, locum in Pentateucho diserte non indicatum esse, at significatum fuisse iis Sacerdotibus, qui primi post Terrae expugnationem sacrificabant.

(*q*) Sanballat*us* h. l. vocatur اللّيواني (*Levita*), ab ÁBŪ'L-FAṬHO vero اليوناني (*Graecus*); sed *illud* hic etiam legendum est, quia *honoris* causâ sic appellatus esse videtur; vid. n. *g* ad C. XLIII. Judaei eum appellant *Horonit*am, et tradunt, eum dedisse Filiam suam *cuidam Filiorum Jojadae*, *summi Pontificis*, et variis modis Judaeos in angustias redegisse (Neh. II. 10, 19; IV. 1 seqq., 7 seqq.; et XIII. 28).

(*r*) وحْكى scripsit etiam ÁBŪ'L-FAṬHUS (*Memor.* II, p. 80 in fine). De *Libris* suis loquitur Zorbābal, quia Canon universus V. T. cogitatur, de *Libro* vero Samaritanorum, quoniam solus spectatur *Pentateuchus.* De voce فُصُّل cf. n. *l* ad C. III.

(*s*) De scriptione عطايه vid. *Diss.* p. 31, ubi etiam sermo est de voce تسوير (*induere*

armillam). De formâ اوْلة pro أُولَى, quae jam occurrit C. XXXVII p. 175, vid. *Diss.* p. 58. *Priorem captivitatem* memorans, Auctor ob oculos habeat Israëlitas, ab *Assyriis* abductos.

(*t*) Nisi his verbis vim inferamus, statuendum, Scriptorem, qui hîc loquitur, opinatum esse, *tempus Irae divinae post reditum ex captivitate absolutum esse* (vid. *Diss.* p. 84). Haec vero Noster, nisi sibi ipse contradicat, ita intellexisse videtur, Deum, quamvis non tam singulari, quam antea, benignitate Gentem amplecteretur, tunc tamen ei iterum benevolum se praestitisse. Sic ante dicta (C. VI p. 37, et C. XLII p. 210 et 214) cum his in concordiam redigi possunt; quibuscum assentiuntur etiam Samaritani in *Carminibus* (vid. *Diss.* p. 126, n. 6), et *Epistolis* (ibid., et p. 128). Nec ab his differt Abû'l-fat̲h*us*, quippe qui a Gentis ex captivitate reditu novam periodum non incipit, ut vides, tum ex loco Chronici ipsius in *Memorab.* II, p. 88, coll. *Act. Erud. Lips.* 1691. p. 169 seq., tum ex iis, quae ex eodem Opere inserta sunt in *N. Rep.* I, p. 154, ubi 1300 anni numerantur ab initio ايام الفنوت (id est *dierum*, *quibus sublata est Gratia divina*, sive *disparuit Tabernaculum*) ad Christum natum. — In hac Pericope (p. 227) Verbum قبل eodem sensu emphatico sumitur, quo Judaei utuntur voce לָקַח, de *Deo, Gentem suam in clientelam recipiente*. Paginâ vero sequente sensu occurrit *retinendi*, ubi tamen perperam cum من pro عن jungitur. Pro vulgari denique dictione, huic Chronico ceterum propriâ, برحمته ورأفته, hic verbosius et significantius scribitur برحمته منه لهم ورأفة عليه.

(*u*) De his vid. Abû'l-fat̲h. *Memor.* II, p. 84 seq. Copiosius ibi de sacrâ Suppellectile parandâ agitur, quam Noster ante آنِيَّة, hîc vero الآلة appellavit. Voce القدرة intelliguntur *Miracula*, et in primis *splendor magnificus*, divinae praesentiae indicium, *in Sancto Sanctorum olim conspicuus*, de quo vid. n. *b* ad C. VI.

(*v*) Proverbium, hîc obvium, alibi non reperi. Voce حَالٌ h. l. *conditio* non *quaevis*, neque, ut saepe, *prospera*, sed, quia opponitur مَنَا (*mors*, *fatum*, hîc *res fatalis*) *infausta* significatur. Porro سَبَبٌ *causa* est, *quae eam parat et sistit*, sive *ejusdem principium*; et مُسْتَقَرٌّ *locus, ubi aliquis quiescit, et operari desinit.* Pro من به Scal. male restituit منبه (مُنَبِّه ?), quo intellexerit [*malum*] *excitatum*.

CAPUT XLVI.

De Alexandro magno, *Samaritanos* adeunte, paucis disseruit Hott. in *Exercitt. antimor.*, p. 72, et locos ibi laudavit Scriptorum judaïcorum, similia tradentium de eo-

dem, *Hiërosolyma* petente. Principem in iis locum tenet Jos. *Antt.* XI. 8, 4 et 5, cujus cum hîc narratis consensus explicatur, si tenemus, Samaritanorum de illo Rege traditionem ex judaïco Fonte fluxisse. In iisdem rebus gestis describendis Abū'l-fath (vid. de Sac. *Chr. ar.* I, p. 337), praeter alios Auctores, hoc Chronico usus est. De his vidd. *Comm. in H. G. s.* p. 93 seq. In hac autem rerum ab Alexandro gestarum narratione, pari modo atque in Scriptis orientalibus et occidentalibus medii Aevi *traditio* exhibetur, *Ore* et *Scriptis* propagata, et ab iis, quae reverâ facta sunt, quam maxime diversa (vid. n. *c*, *e*, *h*, *i*, *k*, *l*.). Et vix aliter fieri potuit, quin vera rerum conditio temporis decursu magis magisque obscuraretur. Haec quippe ab Onesicrito, Alexandri Socio, et Hegesiâ, ejusdem aequali, mirum in modum jam exornata, aliis quam plurimis Commentis, graecae partim, partim orientalis originis in dies magis onerata est. Graeci v. c. ob res fortiter gestas praeter modum eum celebrantes, *de Oriente*, ipsis parum cognitâ, *fabulabantur* perpetuo. Orientales contra Occidentem, et res cum hac Orbis Terrarum parte conjunctas ignorantes, *Virum*, ipsis aenigma, *admirabantur*, et mira quaeque, et bella splendida, et expeditiones quasque gloriosas, et periculi plenas, post Alexandrum sive *reverâ susceptas*, sive *prorsus fictas*, in eum conferebant, quin etiam, *origine ejus orientali* excogitatâ, ipsum sibi vindicare, imo, ut Judaei et Samaritani (vid. n. *g*), in sui Cultûs Socium et Patronum convertere studebant. Sic ortae sunt variae, tum in Persiâ, tum in Aegypto, Fabulae, ac mira non *terrarum* tantum, sed *temporum* etiam in iis confusio. Fabulas, ore diu circumlatas, multi deinde conscripserunt, ac novis auxerunt complementis. Quem non subit Opus persicum Nizāmi*i*, *Iskender-Nameh* dictum, primum Calcuttae, mox a Blont*io* editum? In Occidente primum prodierunt graeci de Alexandro Scriptores; alii deinde, quum, bellis a Romanis in Oriente gestis, Oriens Occidentalibus notior evaserat. In primis vero ab aetate inde Hadriani, *Orientalium* de Alexandro *traditio* per Occidentem evulgari coepta est, ibique vario modo exculta, per universum medium Aevum principatum quemdam tenuit. Hujus traditionis historiam illustravit, tum S. Croix (*Examen critique des anciens historiens d'Alexandre le Grand*, cujus altera editio prodiit Parisiis anno 1804), tum G. G. Gervinus (*Geschichte der poëtischen National-Literatur der Deutschen*, Vol. I; etiam sub titulo *Historische Schriften*, II Bd., Leipz. 1835, p. 217 seqq.), quorum hic de iis Scriptis, Alexandrum spectantibus, quae praesertim *medio aevo in Europâ condita* sunt, egregie disseruit.

Quae in hoc Chronico de eo Rege traduntur, magnam partem licet aliunde jam nota, cognitu tamen non indigna sunt. Inde enim novimus, quomodo de *illo* fabulati sint *Samaritani*. Nonnulla, quae ab his feruntur, a *Judaeorum*, quos illi in multis secuti sunt, ac latiore sensu, ab *Orientalium* traditionibus reverâ differunt, ac nova subinde

exhibent; in his Fabula de *sagaci Samaritanorum agendi ratione, quâ mandatum Alexandri de statuis ponendis evitassent* (p. 234—237). Et ubi cum iisdem Samaritanorum relatio convenit, ut dicta *de Samaritanis in Tyri pagis habitantibus*, in primis vero, ubi de *Sacris* ipsorum sermo est, haec privo plerumque colore tincta vides. — Multa deinde, hîc tradita, non minus quam aliae hujus Codicis partes, *originem aegyptiacam* manifesto referunt. Ea scilicet praecipue narrantur, quae *Aegyptum* spectant (vid. n. *c* et *i*). Presse Auctorem Fontes secutum esse, apparet ex ipsius ἀκρισίᾳ, et dictionis varietate (vid. *Diss.* p. 85). Hos alterum post alterum, nullo judicio adhibito, Orientalium more descripsit, minime curans, quae invicem pugnent, nec ante dicta omittens. Pari modo item versatus est Abū'l-fadā in *Hist. anteisl.* p 76 et 78, ubi primum narrat, Alexandriam conditam demum esse, postquam Rex universam Terram, everso Regno persico, et subditis Indis et Sinensibus, subegerat. Mox vero idem factum esse contendit post Africam septentrionalem subjectam. Similiter hîc (p. 229) Alexander Darium interfecisse, ejusque exercitum clade affecisse dicitur, postquam Nābolos*um* adierat, Deum ibi celebraverat, et Samaritanos beneficiis ornaverat. Terram mox peragrat, iter in tenebras et per aërem peragit, ex quo Alexandriam redit; inde in Montem benedictum adscendit, Agrique et Cultûs samaritani virtutes extollit. Imperium porro iterum percurrens, ipsum dividit, in Aegyptum denuo revertitur, et hinc tertio Samaritanos adit, alterâ vice Dei laudes profitetur, summisque beneficiis Samaritanos rursus cumulat!

(*a*) Ab Adamo ad Alexandrum h. l. numerantur anni 3930, non, ut Rel. (*Diss. Misc.* II, p. 89) scripsit, 3902, legens in suo Apographo, arabicis Literis a Golio scripto (l. l. p. 16) الاثنين pro ثلاثين. Abū'l-fatḥ*us* ab Orbe Terrarum condito ad Alexandri in Palaestinam adventum annos sumsit 4094, quo tempore, ut addit, Pontifex Samaritanorum erat Ḥisqīja (Rel. l. l. p. 89 seq., et *Acta Erud. Lips.* anni 1691, p. 169). Hunc inter ipsos Samaritanos dissensum, de quo in *Ann.* ad Cap. XV disputavimus, minus etiam miramur, si animadvertimus, quam diversae aliorum de hoc anno sententiae olim fuerint. Sic v. c. Abū'l-fad., ut conspicuum est ex Tabulâ chronologicâ, insertâ *Hist. anteisl.* p. 10 et 11, annos habet 5281, Abū'l-farag. contra, sive Bar-Hebr. in *Chronico syriaco* p. 39, 5609; non vero, ut legitur in versione latinâ (p. 37), 5969.

(*b* Forma, a primâ manu scripta, داريوس, *graecam* Orthographiam vocis Δαρείου sequens, legitur etiam in *Hist. Dyn.* Abū'l-farag*ii* p. 88 et 91, et in ipsius *Chr. syr.* v. c. p. 39. Haec vero scriptio in Cod. deinde mutata est in دَيْرِيُوس, praeter quam alia item forma occurrit in Abū'l-fatḥ*i* (de Sac. l. l. p. 337), et infra in *nostro* Chronico, p. 230 bis obvia, دَيْرُوس. Hanç, ob frequentem Literarum ر et ي in Scripturâ

sam. confusionem, et quia haec apud Abū'l-faṯhum legitur, in Textu recepi. Accuratius Masorethae istud nomen enunciarunt דָּרְיָוֶשׁ, priscam, Persis usitatam, pronunciationem sequentes. In Monumentis nempe persepolitanis Darius Hystaspes (sive, ut ibi vocatur, *Vistaçpis*) appellatur *Dārjawus*, ex quâ voce deinde, omissâ terminatione, et *w* in *b* obduratâ, recentior forma exstitit *Dārāb*; ex hac vero per apocopen *dārā*, quae v. c. in Abu'l-fad. *Hist. anteisl.* p. 76, et in Abū'l-farag. *Hist. Dyn.* p. 91 exstat, orta est; vid. C. Lassen. *Zeitschr. für die Kunde der Morgenl.* VI 1 h.. p. 9 seq. Vocatur ille Rex الفارِسى, pro quâ formâ vulgo adhibetur, فُرْسى. Ut alibi in hoc Chr. *Persia* dicitur الفارس (v. c. C. XLV p. 217, et 219, et infra p. 228). *Persae* item appellantur more consueto الفُرْس (p. 219 et alibi). — مَنَامْ, ut in Vers. ar. Erpenii (Gen. XX. 3 et 6, XXXI. 10, cet.), non, ut vulgo; *locum* s. *tempus dormiendi* significat, sed *somnium.*

(*c*) Darium Codomannum *ab Alexandro* occisum esse, quod infra p. 230 Noster repetit, etiam tradiderunt Hamza in *Ann.* p. ٣٩ (ed. laud.), Abū'l-fad. l. l. p. 76 in f., et Abū'l-farag., in *H. D.* p. 91 et 96, et *Chr. syr.* p. 39, ubi tamen paulo ante *vere* traditur, *a Persis conjuratis* eum esse interemtum, quod facinus a rerum Alexandri Scriptoribus Besso imputatur, Bactrianae Praefecto. Ante gesta a Nostro omittuntur, tum proelium ad *Granicum* cum Ducibus Darii (ante C. n. 334), quod Alexandro viam munivit in Asiam interiorem, tum pugna ad *Issum* (a. 333) cum ipso Dario, ibi in fugam conjecto. Expeditio vero, quâ (quo certius fractum Persarum Regnum brevi subverteret) Maris principatum sibi vindicare studuit, memoratur, quia cum Palaestinae et Samaritanornm vicissitudinibus arcte ipsa cohaeret: *Tyrum* puto, a. 332 post gravem obsidionem captam. Mentio fit praeterea *rerum aegyptiarum; Alexandri* cogito in *Aegyptum descensum*, et *Alexandriam* ab eo *conditam.* Omittitur contra proelium a. 331 *ad Arbela*, quo commisso, ac Persarum exercitu internecinâ clade affecto, fugiens Darius a Besso interfectus est. *Babylonis* expugnationem Auctor deinde transit, sed expeditionem in *Persiam* susceptam, et (quem a. 328 molitus est) in *Indiam* verbo tradit.

(*d*) Locus illustratur iis, quae Abū'l-faṯhus narravit, et a de Sacyo (p. 338) sic vertuntur: *Alexandre marcha donc contre Darius, lui fit la guerre et le tua: ensuite, il vint à Tyr. Tous les villages voisins de cette ville étoient habités par des Samaritains. Alexandre les requit de lui prêter secours contre Tyr: mais ils le refusérent, par ce qu'ils étoient alliés par des sermens avec les habitans de cette ville. Ce refus ayant fort irrité Alexandre, il marcha contre Naplouse dans l'intention d'exterminer les Samaritains.* Ea ergo, quae l. l., et hîc C. XLVI, de Samaritanis, Alexandrum in Tyri expugnatione juvare *recusantibus*, narrantur, cum iis,

quae Veteres vere tradiderunt, non conveniunt; vidd. *Commentarii* mei *in H. G. s.* p. 38 et 94. Samaritani illa videntur excogitasse, ut Judaeorum obloquerentur accusationibus, ipsos ob auxilium, quod Alexandro *reverâ* praestiterant, erga Persas perfidos, perjuros, proditores, fuisse clamantium. Samaritani h. l. primum dicuntur السامرة (sic nempe in Textu legatur, ubi p. 231 etiam lege يفعل). Mox item primum sermo est de urbe نابلس. Perperam SCAL. deinde in Cod. pro اهله legit اهلها, non attendens *logicam* constructionem. Sic p. 228, licet فارس (*Persia*) praecedit, in vocibus فاتنى جاحله, *Persiae Rex* spectatur. De formâ تقويه pro تقوه, vid. n. *k* ad C. XXII.

(c) In Codice primum تلاتة legebatur, quod scribenti, Librario ob mentem versabatur forma تَلَام (*Discipuli*), quae est forma apocopata pro تَلَامِذَة et تلاميذ. Deinde illi voci ת Literae מ inscripta, sed ﻻ non transposita est. Paginâ autem 236 ab eo, qui Codicem ad finem supplevit (vid. *Diss.* p. 16 et 23), forma scribitur, additis punctis diacriticis, وتلامذته pro وَتَلَامِذَتُه. Idem sine dubio legere voluit dictus ille Librarius p. 229, et uterque *Discipulos*, non *Socios* Alexandri intellexit. *Hoc* enim sensu vox تلميذ non occurrit. Nam Jer. XLVI. 9 (in alex. et arab. Vers. C. XXVI. 9) הַגִּבּוֹרִים arabice redditur quidem تلاميذ, sed Interpres ibi secutus est Versionem alex., hic in *Cod. alex.* exhibentem μαθηταί, pro quâ voce in *Cod. vat.* legitur μαχηταί. Idem error sine dubio irrepsit in Opus graecum, quod consuluit Scriptor, quo Noster hîc usus est; vid. *Diss.* p. 86. Et illum Scriptorem *Discipulos* reverâ intellexisse, ex sequentibus praeterea liquet. Primum enim ab iis distinguitur كل هذه الطائفة, quibus verbis *universus* spectatur *Alexandri exercitus*; deinde occurrunt اصحابه, *Socii* ejusdem, qui in ABU'L-FATḤI Chronico (DE SAC. l. l. p. 338) dicuntur *Praefecti* et *Duces exercitûs*. Quomodo autem *Discipuli* Alexandro tribui potuerint, jam illustratur quodammodo ex Inscriptione C. VII et IX, et ex C. XLII p. 208, ubi Jûša:a *Mûsae* dicitur *Discipulus*, et ex Cap. XXIX, p. 148, ubi de *Gigantium Discipulis* sermo est; tum etiam facile intelligitur, si miras sane et ridiculas cogitemus Orientalium de hoc Viro Fabulas. Orientales nimirum ejus non modo celebrant *gloriam militarem*, sed *summam* etiam *sapientiae famam*, ac si ille alter Salomo fuisset; vid. A. SCHMÖLDERS *Essai sur les Écoles philosophiques*, Paris 1842, 8° p. 98. Illi porro (ut ex Cod. Musei britannici, vitam Alexandri exhibente, traditum est in *Revue Brit. Août* 1840, ed. Brux. p. 184 seqq.) qui *Belînûsum*, s. *Apollonium Tyanensem*, Comitem Alexandro addunt, quid mirum, si *Discipulo* eidem tribuunt, ipsum proxime semper comitantes, et ad ea, quae

ipse ageret, facienda paratos! In eo autem Codice britannico بلينوس annulum Alexandro fabricatus esse dicitur, cujus ope ex inimicorum, ipsum interficere studentium, insidiis tutus evaderet, et quo indutus, in Hispaniam et Africam transiisse fertur. Ille ergo ibi describitur, tamquam *magicae Artis* peritus, quam ob causam non *Plinius* intelligitur, sed dictus ille *Apollonius*; quâ de re pluribus exposuit J. G. Wenrich (*de Auctorum graecorum Versionibus et Commentariis.* Lips. 1842, p. 238); licet fatendum sit, (ut Fleischer docuit in *Leipz. Repert.* 1843 H. 48, p. 381—384), *Plinii* nomen eodem modo ab Arabibus enunciatum esse.

(*f*) Scal. لى jam in لبس mutavit. Perperam in Cod. سُخْرٌ legitur, id est *irrisio.* Mox designatur voce وَجْدٌ *summus gradus in Dei contemplatione, et in hominis cum eo conjunctione, quo quis facile in ἐκστάσιν rapitur.*

(*g*) De his Privilegiis vid. *Commentt.* mei *in Hist. G. s.* p. 94. De *beneficiis*, etiam ab Alexandro acceptis, Samaritani h. l. et infra p. 237 loquuntur. Idem tradidit Abu-'l-Fath*us* (ap. de Sac. l. l. p. 338), narrans, Alexandrum *donis splendidis ornasse Pontificem, et omnes Samaritanos* (ipsum comitantes). Quid porro de *beneficiis*, ab Alexandro in hanc Gentem collatis, idem statuerit, conspicuum est ex loco edito a Schnurrer*o* in *N. Rep.* I, p. 120 et 122, ubi ille disserit de iis, quae regnante Philippo, Alexandri Patre, cognominato بطليموس (*Ptolemaeo*), et Pontifice *Daljâ*, accidissent. Rex ille (sic ait) Aulico, nomine *Ūrūdūs* (اورودوس), mandavit, ut magnos Templi sam, thesauros abduceret. 'Itamar et Manaššā tum ad Regem mittuntur, muniti exemplo ét Foederis, quod ab Alexandro accepissent, ét mandatorum, quae praescripsisset: (وجهّز معهم العهد الذى معهم من الاسكندر والوصيّة اتى (l. التى) وصا بهم). Hi Legati, quum ad Philippum venissent, multis ipsi eum alloquuntur. De Templo v. c. dicentes, his verbis usi esse feruntur: (وهذا البيت كان الاسكندر المتمسّك بالله الذائع له عبد عبوره (l. عُبُودَةٌ) فيه رآه وتبارك به ووضع برسمته مالا لاجل العام والارامل والايتام الداعين له. Id est: *et in hoc Templo Aliscander, Deo adhaerens, eique obedientiam praestans, adorationem instituit, quâ quum occuparetur, Deum vidit, eumque professus, benedictionem sibi petiit, et deposuit, ex ipsius* (Dei) *mandato, opes in gratiam aetate provectorum, egenorum, et orphanorum, qui Dei auxilium implorarent.*

(*h*) De voce الروم vid. n. *g* ad Cap. XXII (ubi pro 23 leg. 230). Hoc nomine *Occidentem* Orientales nuncupaverint, quia Romanorum Imperium postea ibi latissime se extendebat. *Italiam* hac voce maxime significabant, et fortasse, quia de iis terris etiam in Orientalium de Alexandro traditionibus fit sermo, *Hispaniam* et *Africam*, in quam, tra-

jecto Freto gaditano, ille penetrasset. *Romanos* etiam indicasse videtur Abū-'l-Farag in *Chr. syr.* p. 39, ubi in Textu edito exstat ܗܘܟܡ (l. ܗܘܟܡܢܐ) ܡܘܟܢܐ, quam terram deinde distinguit ab *Asiâ majori* ܐܣܝܐ ܪܒܬܐ, ubi, ut postea scripsit in *Hist. Dyn.* p. 96, *ad extremos occidentales Sinensium fines* (اوايل حدود الصين) arma ille protulit; quae item tradit Abū-'l-Fad. (*Hist. anteisl.* p. 76). *Ad fines Terrae* illum venisse, et *omnem Terram* sibi subjecisse, narrant item Judaei, tum in 1 Macc. III, tum in *Seder Olam* p. 833.

(*i*) Duae Fabulae hîc sequuntur; altera de *Alexandri abitu in regionem tenebrarum*, altera de *itinere* ejusdem *aëreo*: quas item, nisi plures, enarrasse videtur Abū-'l-Fath (vid. de Sacy. l. l. p. 338). Posterior ex europaeis medii Aevi traditionibus nota est, ubi Alexander fingitur, vehiculo clathrato aquilisque vecto in aërem eductus esse, ita ut terram pomi instar videret. Similia Moslimi de *Nimrodo* tradunt; vid. Weil *Bibl. Leg.* p. 77 seq. Hanc Fabulam Noster, relationes per Aegyptum eâ de re propagatas secutus, cum Historiâ conditae Alexandriae copulat. Prior Fabula, in memoriam revocans, quae Moslimi de Alexandri *itinere per tenebras* ad *fontem vitae* quaerendum finxerunt (vid. v. c. Herbelot in v. *Abzendeghian*, *Aïn al-hiat*, *Eskander*, *Khedher*, et Weil l. l. p. 94 seqq.), parum differt ab iis, quae a Josepho Gorionide, anno circiter 940 in Italiâ scribente, tradita sunt in L. II. C. 16, ed. Breithaupt. p. 125 seq. Noster memorat *tenebras*, sive *tractum tenebrarum*, id est, *extremum Occidentem* (vid. n. *c* ad C. XXX); Jos. vero *montes tenebrarum*, de quibus item L. VI. C. I, p. 546 loquitur, ubi *sol* (ut ait p. 125) *non lucebat interdiu*, et *Israëlitarum reliquiae* habitarent. Illuc Rex tetendisse dicitur cum 1300 Militibus, *et cum Asinâ, ac Pullo ipsius, quem ad introitum ligatum relinqueret*, hoc consilio (quod Breith. recte conjecit), ut si forte per tenebras oberrarent, Asinâ duce, ad locum, unde profecti erant, reverti possent. Non *una*, sed plures *Asinae cum Pullis suis* hîc memorantur, quibus ille *cum Sociis* veheretur. De addito أَتَانٌ cf. locus Zamakšarīi ap. de Sac. *Anthol. gramm.* p. ١٣٥, coll. p. 290, et Ew. *Gr. ar.* I, p. 172. Voce الضياء (*lux*) significatur locus, *ubi sol lucebat*. *Iter tridui* h. l., secundum Jos. *viginti dies* durasse dicitur. De *luto*, in eo tractu reperto, hic etiam loquitur, non vero de *pulvere*, quem post reditum in lucem, accurate consideratum, *rubinos* et *margaritas* esse animadvertissent. Omittuntur contra h. l., quae Jos. de *Avibus magnis* fabulatur, ibi versantibus, *facie humanâ praeditis, ac graece loquentibus.*

(*k*) Dictio بِٱلسَّعْي وٱلحَرَكَة, proprie *cum cursu celerrimo et motu*, id est *quam celerrime*, a Cast. in v. حرك explicatur, *facile et expedite.* Vox لوالب hic signi-

ficat *rotam*, quae notio, quam FREYT. omisit, tum ex seqq. confirmatur, ubi de rotis *vertendis* fit sermo, tum ex loco Exod. XIV. 25, ubi אֹפַן, *rota* curruum Faraon*is*, a SAʿA-DIā et Arabe ERPENII vertitur لولب. Cistae ex monte Auctoris quatuor Aquilae jungi debebant, quae traditione pervulgatae sunt. Intelliguntur nimirum Aquilae, *ab eo nutritae*, et ita mansuefactae, ut, ab ipsius voce et nutu pendentes, quaecunque vellet statim facerent. De his loquens, Auctor primum utitur Pron. *plur. masc.*, deinde *sing. fem.* Verbo شال porro h. l. significat in VIIIâ formâ (quod in Lexicis eidem in VIIâ tribuitur) *sublatus fuit*. *Aër* deinde, hac et seq. pag. dicitur الدجواء, adeo ut hanc vocem Noster usurpaverit pro الهواء, *spatium coelum inter et terram*, sive *aether ipse*. In Cod. ادرتت, ab aliâ manu deinde mutatum est in ادرت ترد (?). Ego vero legi أدرت. Post priorem enim ﭐ *punctum* scriptum est, *indicium vocis absolutae*. Posterior ﭐ, spatio interjecto apposita, est *complementum* ad lineam implendam, s. scripta pro ﭐ, a quâ sequens vox incipit.

(*l*) اقاليم hîc, ut in loco *Vit. Tim.* a WILLM. laud., et in *Vitâ Salad.* p. 12, significat *regiones*. Haec Imperii divisio, quam Historia ignorat, sed traditione per Orientem late propagata est, peracta fingitur *instante morte*; vid. 1 Macc. I, 6, et HERBELOT. in v. *Eskander*.

(*m*) Leg. يلكيهم, id est Iâ Verbi لكى, quod hîc c. c. d. a, non vero, ut solet, c. a. p. et على s. فى r. Deinde أمة, quae vox, ob praecedentem أمة, resonantiae causa adhibetur, eodem sensu occurrit atque طريقة et دين, id est *regulae vitae*, *religionis*, nisi posterior أمة etiam إمة pronuncianda sit, quae pari item sensu usurpatur. — اقامة porro, non ipsas *statuas* significat, quod SCAL. voluit (*statua* enim p. 236 dicitur قامة), sed *statuas ponere*, sive potius *mandatum statuae ponendae*, quod ABŪ'L-FATḫ. (l. l. p. 338) Regem Gentibus subjectis, et *Samaritanis*, imposuisse dicit, quum Montem Garīzīmi, conditâ Alexandriâ, adiret. Haec Traditio, quae l. l. pluribus exornatur, per Orientem demum propagata sit, postquam Imperatores romani *Cultum sui ipsius* introduxerant. Verbum لمس, in VIIIâ vulgo *petiit*, *quaesivit*, h. l. significat *coluit*. In hac sententiâ videmur animadvertere manum nostri Scriptoris, collatis iis, quae in C. XLVII p. 241, de colloquio Hadriani cum Sacerdote dicuntur.

(*n*) Dictionem فتح قلبا illustrat N. T. Lucae XXIV. 45, *τότε διήνοιξεν αὐτῶν τὸν νοῦν, τοῦ συνιέναι τὰς γραφάς*; in primis Act. XVI. 14, ubi de *Lydiâ* dicitur: *ἧς ὁ Κυριος διήνοιξε τὴν καρδίαν, προσέχειν τοῖς λαλουμένοις ὑπὸ τοῦ Παύλου.* Utroque loco vox *νοῦς* et *καρδία*

respondet voci לֵב, quae etiam Judaeis habetur *voluntatis* et *consilii* sedes, ut 1 Sam. XIV. 7 עֲשֵׂה כָּל־אֲשֶׁר בִּלְבָבֶךָ, *fac, quodcunque in animo habes.* Quod ibi voce לֵב, hìc significatur voce قلب, quae tali sensu etiam *intellectum* notat. Ratione vero habitâ notionis *sedis affectuum, sensuumque, et animi commotionum,* قلب, ut לֵב, hìc dicitur صالح, *probus.* Hunc autem animum, ac si clausum fuisset, Deus fingitur *aperuisse.* Sensum loci DE SACY (l. l. p. 339) egregie reddidit: *Dieu leur inspira la pensée.*

(*o*) Pro قاموا legi اقاموا, ut اقام C. XLVII p. 241 pro قام. Fieri tamen potest, ut Ia hujus Verbi per abusum in Linguâ vulgari pro IVâ usurpata sit. Sic in seqq. explicatur القيام الاوثان pro اقامة الاوثان (*collocatio*, s. *positio Idolorum*). In C. XLVII. p. 244 *alius Librarius* scribit واقام. Contra Linguae usum brevi post legitur وتتحرك, *cum duabus* ت.

(*p*) حَسُنَ, seq. عند p., ut in Vers. arab. Coll. III. 30, significat *gratus fuit alicui, probavit.* Legi deinde videtur خالصة, non, quod SCAL. conjecit, حالص. *Probitas* intelligitur *consilii*, quâ ducebantur Samaritani ad *Dei* potius, quam *Alexandri* mandatis obtemperandum Pro ويحفا (*et donavit*) leg. ويخفا (et hoc ex more scribendi, qui in Codice observatur pro ويخفي), *et apparere fecit, manifestavit.*

(*q*) Ultima haec sententia, partim arabicis, partim samaritanis Literis minoribus exarata, lectu et explicatu est difficillima. Dictio proverbialis ei inesse videtur, quam sic pronunciavi et intellexi: وَالْمُوءَنّة على لبّة نَسْأَلُ له أَلرَّحّة وَالْمغرفة, *et ei, qui* (aliis) *invidiam studiose excitat*, (a Deo) *petimus anguem et arundinetum*; id est: iis, qui, ut Alexandri Comites, Samaritanos apud ipsum suspectos et exosos reddentes, deditâ operâ aliis invidiam parare studeant, precamur, ut Deus pariter insidias struat. Figura sumitur ab *angue torquato* (الرّحة), *latente in ripâ, et arundine tecto*; cujusmodi locus significatur voce المغرفة (ubi punctum Lit. *Gain* in Cod. manifestum est), quae significat *sylvam*, s. potius *arboretum* (*laag kreupelhout*), et *arundinetum.* Pro لبة tantum legitur لمة, *sine puncto*, et pro والمادة, certo legendum والموءنة, a Verbo أنّة in Iâ *invidit*, h. l. in IVâ, sive in IIâ (والمؤنة), *invidiam excitavit*, quae formae et notio in Lexicis non exstant.

CAPUT XLVII.

Argumentum Hott. paucis enarravit in *Enn. Diss.* p. 35, et in *Epit.*, p. 116. Narrationem obsidionis Hiërosolymorum etiam tradidit Fabricius in *Cod. Pseudepigr. V. T.* p. 887. De hac obsidione, et universo bello judaïco, Hadriano regnante gesto, conff. *Commentt.* mei p. 129 seqq., coll. p. VII. Quae hìc traduntur, ex Chron. D sumta sunt, vid. *Diss.* p. 86 seqq. Multa in iis de hoc bello referuntur falsa (cf. n. *b*, *d*), at multa etiam vera, quae aliorum Scriptorum dicta supplent, et illustrant. Universa enim harum rerum expositio alio tincta est colore. Hìc minus, quam in multis locis C. XLVI, phantasia exsultat. Res gestae simpliciter narrantur. Accurate describuntur *Terrae* v. c. eo tempore *conditio*, ac *belli ratio* (n. *u*); *cryptae* s. *canales subterranei in urbe Hiërosolymorum* (n. *i*), et quae de *Bethlehemo* (n. *n*), et *Hebrone* (n. *r*), in primis vero, quae de *Naboloso* traduntur (n. *y* et n. *α*). Ad aliunde nota, quae hìc confirmantur, et quodammodo illustrantur, referenda sunt, 1) *iter Hadriani* in *Arabiam petraeam* (n. *c*), 2) *circumcisionis interdictum* (n. *x*), 3) praesertim ipsius Hadriani *indoles* et *ingenium*; *asperitas* v. c., quâ in *Eruditos* invehebatur, et *rerum novarum* studium (n. *p*), aliaque ejus tum vitia, tum virtutes (n. *δ*). Ubi autem res traduntur Traditionis ornatu auctae, ea tamen, quae revera facta sint, non prorsus obscurantur; vidd. tantummodo dicta de *statuis*, n. *q*. Neque id adeo mirum, si Fontem attendimus, quo usus sit Scriptor Chronici, quod hìc Noster in suos usus convertit, Librum nempe sec. circiter IVto p. C. n. conscriptum; vid. *Diss.* p. 87, et n. *q*.

(*a*) Hadrianus vocatur ادرينوس, sed in Abu'l-f. *Hist. anteisl.* p. 108 forma exstat, *latinam* pronunciationem accuratius reddens, اذريانوس, quam habet etiam Abū'l-Farag. in *Hist. Dyn.* p. 121, et in *Chr. syr.* p. 56 seq. Nomen porro *prioris* Juvenis, hìc dicti افريم, p. 241 l. 2 a f. plene scribitur افرايم. Alter in Inscriptione vocatur منشيه, in ipso Cap. nonnumquam solenni more منشه. *Illa* forma, difficilior quippe, videtur retinenda esse, orta fortasse inter Judaeos et Samaritanos aegyptios, ex frequenti usu vocis *Μανασσῆς*, sive *Μανασσῆ*, *quâ* Nomen hebr. in Vers. alex. redditur, cui additum sit יה, adeo ut pronuncietur مَنَشِيَّه. De constructione Verbi حرب in IVâ, sensu *bellum gerendi* cum *acc.*, non intercedente praepositione على, vid. H. E. Weijers ad Rutg. *Hist. Jem.* p. 128.

(*b*) Noster, hac sententiâ sequentia cum prioribus connectens, de Hadriano loquitur, tamquam *proximo Alexandri Successore*. In seqq. ille suum sequitur Scriptorem. *Iter in Aegyptum*, ibi memoratum, Hadr. anno Regni 15, s. a. 131 p. C. revera suscepit; vid. Munt. *die Jüd. Krieg unter den Kaisern Trajan u. Hadrian*, p. 22. Per المسيح,

quem nuncupans, *Noster* cogitaverit *Jesum Christum*, veteres Samaritani, primi hujus relationis Auctores, certum quemdam seditionis Ducem significaverint. Non tamen credo eos intellexisse famosum בַּר כּוֹכְבָא, quia hic non ante a. 132 bellum movit (*Commentt.* laud. p. 120), sed potius *Andream*, etiam *Lucium* nuncupatum, qui turbas terribiles in Aegypto et terris adjacentibus sub Trajano excitavit (vidd. *Commentt.* p. 130). De *multis Christianis, ab Hadriano, Aegyptum adeunte, interfectis*, alii Scriptores nihil tradunt. Fieri tamen potest, ut Christiani nonnulli, aut Judaeorum in dicto bello Socii fuerint, quibuscum permulti *Aegyptii* tunc fecisse videntur (Munt. l. l. p. 19), aut in societatem venerint tumultûs, Spartiano teste, brevi, ut videtur, post Trajani mortem in Aegypto exorti. *Aegyptus* (sic ille in *Hadr.* C. 5) *seditionibus urgebatur*; quibuscum conf. Sync. (*Chronogr.* p. 348 D. ed. Niebuhrii I, p. 659): *'Αδριανός*, inquit, *'Ιουδαίους κατὰ 'Αλεξανδρέων στασιάζοντας ἐκόλασεν* (vid. Munt. l. l. p. 30 seq.). Imperatorem Christianis diffisum esse, et saeve eos tractasse, praeterea efficias ex iis, quae ibidem (p. 658) narrantur de *Quadrato, Christianos coram Imperatore defendente*, et de *Imperatoris mandato ad Minucium Fundanum, Asiae Proconsulem, misso, de nullo Christiano occidendo, cujus crimen dubio esset obnoxium.*

(*c*) Hadriani *in Arabiam* (*petraeam*) adventum, Spart. (vid. *Hadr.* C. 13), item memorat. Trajano regnante, a. circiter 105, Corn. Palma, Syriae Praefectus, Regem illius Romanis subjecit, et Regnum ipsius in Provinciae romanae formam redegit (Dio Cassius LXVIII, 14, Rob. *Pal.* III. 1, p. 114). Regni Caput, a quo haec Arabiae pars *petraea* dicta est, *Petra* vocabatur à Graecis, vocem vertentibus סֶלַע, quo nomine Indigenae urbem appellabant. Arabes hoc item verterunt, eam vocantes الحاجر, ut h. l., s. potius الحجر, (Vid. A. Schult. in *Ind. ad Vit. Salad.*, in v. *Errakim*, et Reinaud in *N. J. A.* 1835 VI, p. 65). Utraque forma tamen usitata fuisse videtur; vid. Freyt. ad v. الحجر observans, hunc locum, (quo *Petra* intelligitur), *stationem esse iis, qui per Desertum Meccam proficiscuntur.* Hoc nomen, teste Delabordeo (*Voyage de l'Arabie Petrée* Par. 1830, p. 2) urbs pariter, atque universa Arabia petraea, apud Arabes gerit. Petram autem Hadrianus non *condidit*, ut in Chronico contenditur, nisi Verbum بنا latiore sensu sumas de urbe *muniendâ* et *amplificandâ*. Hoc nempe revera fecit Imperator, ac multa Privilegia incolis concessit, quare ab Incolis, ut animum ei gratum testarentur, urbs in Nummis vocata est *'Αδριανὴ Πέτρα Μητρόπολις*. Rudera etiam nunc Hadriani memoriam servant, quod non modo conspicuum sit in aedificandi ratione, ejus aevo propriâ (Rob. l. l. II, p. 175; III. 1, p. 131), sed fortasse in *Inscriptione* etiam *Sepulcri* trium linearum, a Delabordeo repertâ, ac *Praefecti* hujus urbis *nomina* (*Q. Praetext. Florent.*), et *mortem* tradente; quam Inscriptionem ille tamen ad *Antonini Pii* Regnum

retulit l. l. p. 59). De eâ urbe ejusque sub Imperatoribus prosperitate vid. etiam Quatrem. in *Mémoire sur les Nabathéens* (*N. J. A.* 1835 XV, p. 29); sed perperam ibi statuitur, ab *hac regione*, olim البلقا nuncupatâ, nomen *Petrae* derivandum esse.

(*d*) Hadrianum obsidioni Hiërosolymorum *non adfuisse*, et Ducibus suis eam commisisse, constat (vidd. *Commentt.* p. 121 seq.). Quare quae hîc de eo Imperatore feruntur, *ipsi* tribui nequeunt.

(*e*) Scal. in margine scripsit *Asuph urbs.* Fortasse intellexit *Arsūf*um (ارسوف), quo nomine *Apollonia* designatur, aut locus in ipsius viciniâ ab Occidente Nābolosi (Smith ad Rob. *Pal.* III, p. 878). Sed leg. s. بيسوف (vidd. *Commentt.* p. 135 seqq.), s. ياسور. Smith nimirum (l. l. p. 869) loca enumerans, sita in ditione Lyddae, memorat يازور, qui locus in Mappâ Rob. exstat in viâ, Jaffâ Lyddam tendenti, et ab Hiërosolymorum urbe remotior est, quam ille, ibi dictus *Suffa.* Utrum praeferendum sit, vix effici potest, quia ut ى et ب, ita in samaritanâ *minori* Scripturâ *Fā* cum Arabum ر et ز quam facillime confundi possunt, et v. c. in seqq. الزوج scribitur pro الفوج.

(*f*) Quae de his Juvenibus traduntur, conferantur cum Judaeorum dictis in Tractatu de *Jejuniis*, quem locum latine vertit Valesius in notis, ad Eusebii *H. E.* IV. 6 ad calcem positis p. 53 De *uno* ibi *Juvene samaritano* fit sermo, cujus operâ factum esset, ut Hadrianus urbem Bether (ביתר) caperet.

(*g*) Verbum دخل hic emphatice dicitur de introitu *in Locum sacrum.* Intelligitur Templum, cujus mentio fit p. 238, et quod, Hiërosolymis a Bar-cocebâ expugnatis, quodammodo restitutum fuerit (vidd. *Commentt.* p. 132 seq.). De itineribus, a Judaeis eo tempore *Hiërosolyma susceptis*, Munt. loquitur l. l. p. 56. Deinde قام in IV de *Munere sacro in Templo acto* usurpatur, et القفص hîc significat *corbem clausum*, non *clathratum*, quippe quod *mures, magni* licet, ceteroquin per clathros transiissent; nam فأر (Hebr. פָּרָה pro פָּאֲרָה) *Mus* est *domesticus*, sive *agrestis.* Pro يقتله, ubi ultima Litera dubie scripta est, male Scal. legit. يقتلهم.

(*h*) P. 237 more Sermonis vulgaris *in casu recto* pro اخوان scribitur اخوين, mox vero (p. 238) الاخوان, et صَبيَان. Verba يصن كرهم dictionem proverbialem exhibere videntur, cujus sensus sit, *actum est de iis.* Si textus bene sese habet, fortasse pronuncianda sunt يُصَنُّ كُرُّهُمْ, id est: *corrumpitur puteus eorum;* adeo ut is dicere voluerit: *si eos occidimus, res eorum est deperdita.* De formâ التراب, ut in Cod. scribitur pro التُّراب, cf. n. *h* ad Cap. III. Per شَوْك certa quaedam arbor spinosa intelligi videtur;

cujus foliis Aves vescuntur; vid. CAST. in voce شَوْكَة.

(*i*) Pro السرادين leg. السَّرَادِيب, quod vitium etiam repetatur ex Codice quodam *arabico*, nam *Bā* et *Nūn* in Scripturâ *sam.*, tum *majori*, tum *minori*, non facile permutantur. Ipsum illud vitium in marg. Cod. cujusdam jam emendatum fuisse videtur, adscriptâ *formâ* Collectivi illius *singulari* سِرْدَاب, quae vox tamen ab alio deinde alieno loco inserta est; quae causa sit, cur *haec* in Cod. post داوود perperam legatur. Hac autem voce, originis persicae, ex سِرْد (*frigidus*) et اب (*aqua*) compositâ, significatur *locus subterraneus, ubi aqua aestate frigida servatur* (v. c. in ABU'L-F. *Ann. mosl.* II, p. 221); deinde *cella subterranea, ubi cibi aliaeve res integrae servantur* (ut gallica vox, inde orta, *Serdeau*; vid. DE SACY. *Exposé* II, p. XV not. 1), et hinc *locus* etiam, *ubi Orientales aestate quietem et refrigerationem captant*, unde in Druzorum Scriptis سرداب *locus* dicitur, *ubi Imām, cujus reditum exspectant, absconditus est*, qui inde dicitur صاحب السرداب (DE SACY. l. l. I, p. 170). H. l. intelliguntur *meatus subterranei*, sive *cryptae*, aut *canales, in Monte excavati*, quos TACITUS (*Hist.* V, 12) his verbis memorat: » *Templum in modum arcis, — fons perennis* » *aquae, cavati sub terrâ montes.*" Ejusmodi enim canalibus subterraneis non modo Fontes *Siloae* et *Mariae*, sive *Fons regius*, ut ante appellabatur, *invicem* juncti sunt, quod ROB., canalem totum perrepens, certo cognovit (*Pal.* II, p. 149 seqq.), sed *eodem modo* juncti esse etiam videntur iidem Fontes, et fortasse, ut ROB. conjecit, Fons *Gihon*, cum Fonte, qui hodie usque ad Moslim*orum* Templum, veteris Templi judaïci loco exstructum, superest, unde aquae in Vallem deducebantur (ROB. l. l. T. II, p. 163). Fontes nimirum Siloae et Mariae *moenibus* si olim *includerentur* (ROB. l. l. p. 101), Hadriani aetate, quo tempore Hiërosolyma eamdem fere, quam Urbs hodierna, amplitudinem habuerit (ROB. l. l. p. 110), *extra* moenia siti erant. Hisce autem canalibus Judaeos obsessos ad vitam fugâ servandam aliquando usos esse, non modo ex hoc Chronici loco efficere licet, sed etiam ex JOS. *de B. J.* VII. 2, ubi narrat, Simonem, Giorae filium, Zelotarum Ducem, inferiore urbis parte a Romanis captâ, ex urbe superiore, ubi degebat, conatum instituisse *per cryptas una cum Sociis evadendi*; quod quo melius ipsi cederet, praeter alimentum, fossores et fodiendi instrumenta secum sumserat, hoc sine dubio consilio, ut ii, ubi transitus (quod ROB. item expertus est) esset molestior, montem latius excavarent, et viam ipsi ac Sociis pararent. Qui conatus etiam si neque ipsi cessit, neque aliis Judaeis, quos quam plurimos (teste JOS. l. l.) Romani, cuniculos Simone capto perscrutantes, in iisdem invenerunt, Judaeis, de quibus in hoc Chronico sermo fit, melius cedere potuit, et saepe sine dubio aliis cessit. De Fontibus Hiëroso-

lymorum et Canalibus HAMAK. egit in *Commentat. in Lib. de vita et morte Prophetarum* p. 79 seqq. Soli *Salomoni* eos Canales tribuendos esse, ut in hoc Chr. legimus, non verisimile est. Opus certo ille non absolvit; vidd. v. c. dicta de *Hisqīā* 2 Chr. XXXII. 3—5, et HAMAK. l. l. p. 80 seq.

(*k*) Leg. ويتخبزوا, vel potius ويَتَخَبَّزُونَ, quae *plena* forma mox recte scribitur in voce ويتحصرون, postea tamen forma *apocopata* ويطلعوا iterum sequitur; mox rursus *plena* ويقولون. In seqq. vero *apocopatae* formae rursus scribuntur. Sed ejusmodi vitia, quibus Capita posteriora scatent, servavi potius quam correxi. Sic p. 238 etiam ويناموا legimus, formis *plenis* praecedentibus. Similiter vitiosum paulo ante الذى عمل, pro التى عملها, cet. Insolentior item est constructio Verbi حصر in IV cum ل p., quod c. c. g. a., et pro الصُور scribitur السور. In voce كدحلك, quam in كذلك mutavi, latet fortasse vox, in vulgari Syriae Linguâ tritissima هَلْقَ (de quâ vid. CAUSS. DE PERCEV. l. l. p. 133), ita ut Librarius dicere voluerit *sic nunc*. Sequitur ب يفعل, ubi SCAL. Literam ى, *punctis* quippe notatam, omittendam esse censuit. Hac tamen servatâ, et ب cum voce junctâ, بيَفْعل *Aor. imperf.* esse potest, *Bā* Persarum more praefixâ, quae forma in Ling. vulgari Syriae et Aegypti usitatur (CAUSS. DE PERCEV. l. l. p. 27). Verum haec forma in Chronico non recurrit, quare potius opinor, Literam ب *scripturae* esse *compendium* pro ثانيا; quod confirmari videtur ex scribendi ratione, p. 243 obviâ, ubi pro pleno nomine ادرينوس, tantum scribitur آ. Pro وبقرلون in Textu legatur ويقولون, cujus loco tamen, ut pro ويقولوا, quod praecedit, scribendum fuisset وقالوا. *Lydda* et *Hiërichus*, quarum urbium hic mentio fit, a Judaeis tenebantur. Hi nempe in bello judaïco, sub Hadriano gesto, 50 loca munita, et 985 vicos et pagos occupaverunt. Romani igitur, quo celerius Judaeos ad deditionem cogerent, impedire studebant, quominus commeatus ad hos duceretur (MUNT. l. l. p. 67 et seq.). Studiose tamen Judaei has Romanorum insidias evitabant. Ea ergo, quae in Chr. narrantur de Judaeis profugis, urbes illas commeatu instruentibus, ac miracula fingentibus, ut sensus Gentis fanaticos magis excitarent, credibilia sunt. In seqq. ذبائح non significat *animalia in Arâ sacrâ immolanda*, sed animalia *mactanda in privatum ac domesticum incolarum usum*, ut זֶבַח Gen. XXXI, 54, Ezech. XXXIX. 17, Prov. XVII. 1, cet.

(*l*) Haec in Codice arabice maximam partem, sed ita sordide scripta sunt, ut vix legi possint. Pronunciavi عَوَّلَ, de quo Verbo in IIâ formâ vid. FLEISCHER in *A. Hall. L. Z.* 1838 N. 109. p. 265 seq. Pro عليهم SCAL. legit مكيلهم. De ما (*quamdiu*) vid. EW.

Gr. ar. I, p. 358. Verbo تعب intelligitur *bellum molestum*, quo Judaei Romanos vere *defatigabant*. Hadrianum fidem habuisse sermonibus fanaticis, quos audivisset ab iis, qui animalia illa ad eam deferrent, fabula est. Attamen homo erat *superstitiosus*, ut Dio Cass. (LXIX, 11. ed. Reim. p. 1160) eum descripsit.

(*m*) رُقْعَة significat *pannum papyri*, *aliusve materiei*, quo cives utuntur, ut Epistolam ad Regem scribant, vid. de Sacy. *Chr. ar.* I, p. 70. n. 10. Perperam Scal. pro وعملوها legit وعلموها; et mox أَتَمَّمَ, quae forma a Grammaticis improbatur, in اثوام (cogitabat أَثْوَاه) mutavit. Coll. مُتَقَاتِر Lexicis addatur.

(*n*) *Sesami* multiplex est usus. Exinde paratur *oleum*, cujus saporem sapori olei, ex *olivis* facti, nonnulli praeponunt. *Cibis condiendis*, ac *lampadibus accendendis* adhibetur (*Natuurlijke Historie volgens* Linnaeus Amst. 1788 II, 2e st. p. 564 seqq.), tum etiam *morbis* nonnullis *sanandis* (*Hist. Plantarum universalis*, auctoribus Joh. Bauhino et Joh. Henr. Cherlero, quam recensuit et auxit Dom. Chabzaeus Ebroduni 1651 fol. II, p. 889). Sesamum Arabibus *Jemān*ensibus et *'Omān*ensibus item est dilectum (Wellsted *Reisen in Arabien* I, p. 201, et II, p. 330; Botta *Voyage dans l'Yemen* Paris 1841, p. 25 et 104), quorum hi ex *seminibus tostis* panem parant (Wellst. I, p. 201), sive, ut incolae Palaestinae panem eo condiunt. In hac terrâ, ut in Syriâ hodie, istud diligenter colitur (N. Boré *Relation abrégée d'un Voyage botanique en Égypte, dans les trois Arabies, en Palaestine et en Syrie*, 1832; in *Annal. des Sciences Naturelles* 2 Sér. I Par. 1834. 8°). — *Hiërichuntem*, *Lyddam*, et *Bethlehem*um tenere, Romanorum permagni intererat. Sic Vespasianus, Hiërosolyma aggressurus, *Hiërichuntem* primum cepit, et loca ejus vicina munivit (Jos. *de B. J.* IV. 9. 1. coll. IV. 9. 9). Idem dicitur de *Lyddâ* (l. l. IV. 8. 1). Praeterea *Hadriano* hujus urbis possessio erat gravissima. Schola tunc ibi florebat judaïca, cui praeërat R. Tarphon, qui inter *Bar-cocebae* primarios Socios et Consiliarios numeratur (Munt. l. l. p. 53). *Hiërichuntis* h. l. mentio, ideo item observatu digna est, quia, si dictis fides haberi possit, inde sequitur, *Hadriani aetate* eam *superfuisse*. Sic nempe confirmatur disputatio Robinsoni (*Pal.* II, p. 549), Eusebium et Hiëronymum refutantis, qui in *Onom.* (in v. *Jericho*) contendunt, *hanc* urbem ob incolarum perfidiam a Tito devastatam esse, quâ de re nihil tradidit Josephus. Huic Chronici loco alia ac recentior opinio, quam nullus Scriptor *antiquus* tradidit, adversatur, *Hiërichuntem ab Hadriano demum restitutam esse*. — *Bethlehem* quare Romanis occupanda esset, non dubium est. *Prisci* ipsius incolae ab *hodiernis* non diversi fuisse videntur, et *hi* describuntur, ut *homines libertatis studiosissimi*, *bellumque prae aliis amantes* (Rob. *Pal.* II, p. 382). Sic item cavebant, ne Hiërosolymitani *Bethlehemi aquaeductu* uterentur, quem accurate descripsit Rob. (*Pal.* II, p. 24, 166 seqq., 385 seqq.).

Deinde ita prohibebant, quominus Judaei, captis Hiërosolymis, illuc fugerent (Rel. *Pal.* II, p. 647). Hadrianus ut hanc urbem, non minus quam Hiërosolyma, in formam Urbis *romanae* redigeret, ibi item praecipuam Cultûs romani sedem esse voluit; ut novimus ex verbis Hiër. in *Ep. ad* Paulin., a Rel. laud. *Ab Hadriani*, inquit, *temporibus usque ad imperium Constantini, per annos circiter centum octoginta, in loco Resurrectionis Simulacrum Jovis, in Crucis rupe Statua ex marmore Veneris a Gentibus posita, colebatur. — Bethleëm — lucus inumbrabat Thamus, id est Adonidis: et in specu, ubi quondam Christus parvulus vagiit, Veneris Amasius plangebatur.*

(o) In Cod. post افريم scribitur ⁘, quae nota *lacunam* significet, supplendam fortasse voce ومنشية. In verbis وعبدوا الخ *Sabbathi* observatio videtur intelligi. Sine causâ Scal. sollicitavit vocem يحرفوا, quam mutare voluit in يحربوا (*spoliarent*), s. in يحرقوا (*incendio delerent*). Deinde حرف occurrit sensu *subvertendi*. In voce vero الكاهنه aut Linguae vulgaris vitium obvium est, aut duplex Lectio coaluit, كاهنه, *Sacerdos ejus* (Templi), et الكاهن. Intelligitur enim *summus* quidam *Sacerdos*.

(*p*) Hadrianum cum R. Josuâ ben Hanninâ colloquium, sed de *mortuorum* Resurrectione habuisse, Judaei etiam tradunt in Libro בראשית רבא; vid. Eisenmenger *Entdecktes Judenthum* II, p. 931 seq. Et vero Hadrianus ingenii erat rerum novarum cupidissimi (vid. Munt. l. l. p. 33). Spart. (l. l. C. 14): *et quamvis*, inquit, *esset oratione et versu promptissimus, et in omnibus artibus peritissimus, tamen professores omnium artium semper, ut doctior, risit, contemsit, obtrivit.* Fieri ergo potest, et si sermo hîc a Samaritanis, et l. l. a Judaeis traditus, fictus sit, ut Imperator aliquando *Rabbinum* aut *Sacerdotem* allocutus sit. *Illud* colloquium invidiae ac malitiae, quibus Samaritani in Judaeos ferebantur, indicia manifestat. *Pictis figuris* intelliguntur *Cherubi*, *palmae, flores*, quibus parietes Adyti ornati erant (1 Reg. VI. 29). Dicta de *Idolo* ibi reperto similibus aliorum Scriptorum Fabulis illustrantur; vid. Diod. Sic. (XXXIV, 1, coll. XL. 1 ed. Wess. p 525, 542), Apion (Jos. *contr. Ap.* II. 7), Petronius, (ed. Burm. p. 683), Tacitus (*Hist.* V. 3). A Graecis nempe, qui multa falsa audiverant ab hominibus, res Judaeorum non accurate perspectas habentibus, easve imprudenter aut maligne turbantibus, illud mendacium propagatum, et a graecis Scriptoribus, Judaeorum cum Gentium Sacris confundentibus, exornatum est; vid. J. G. Müller *Kritische Untersuchungen der taciteïschen Berichte über die Ursprung der Juden*, in *Theol. Stud. u. Krit.* 1843 4 Heft, p. 893 seqq.). Eadem Samaritani, odio Judaeos persequentes, repetebant. Vera tradit Tacit. (*Hist.* V. 9), Dio Cassius (L. XXXVI), cum quibus cf. Jos. (*de B. J.* V. 5, 5). Deinde pro ويص, leg. وَوَصَّا, ut Noster pro وَوَصَّى scribere

solet; conf. p. 242 initio, et n. *b* ad C. II. Ortum est vitium ex Codice Literis sam. *majoribus* conscripto, in quibus Literae *Vāu* et *Jā* sunt simillimae. Eamdem ob causam mox scriptum est وعبدون pro يعبدون, et sub finem p. 243 يريد pro واراد.

(*q*) Vocatur Hadrianus hìc *pravus*, ob *calamitates*, quas, ut deinde exponitur, Samaritanis intulisset. Pro هذا الملك السو Scal. reposuit هذا السبب ملك فى السوء. In verbis الحج واقام pro هناى, in *Textu* l. هناك. Deinde فى المدينة, olim fortasse omissa, et postea in margine aliquando scripta, alieno loco videntur inserta. Intelligitur *Statua Hadriani*, quam Imperator posuisse dicitur *suadentibus iis Fratribus*, qui sensus esse videtur vocum من شأن. Spectatur Statua illius *equo insidentis*, de quâ Hiër. (*Commentt. in Jes.* II. 8): *ubi* (inquit) *quondam erat Templum, et Religio Dei, ibi Hadriani Statua et Jovis Idolum collocatum est.* Praeterea loquitur (in *Comment. in Matth.* XXI. 15) *de Hadriani equestri Statuâ quae in ipso Sancto Sanctorum loco usque in praesentem diem stetit.* Quibus tamen verbis Hiër. non significaverit, *Jovis Simulacrum*, et *Hadriani Statuam, adhuc superfuisse, quum ea scriberet*, (quod opinatus est Rob. *Pal.* II, p. 78 seqq.); nam Constantinum, ac piam ejus matrem Helenam ea movisse, verisimile est, tum quia sic ii agere solebant, tum quia Hiër. hìc, ut in *Ep. ad* Paulin. (vid. n. *n*) de Cultu *olim instituto* loqui videtur. Verbis ergo *collocatum est*, significare voluerit *antea collocatum fuit*, et verbis *in praesentem diem stetit, ad nostram usque aetatem stetit.* De *duabus* autem *Hadriani Statuis*, anno 333 superstitibus, loquitur Auctor *Itinerarii burdigalensis*, s. *hiërosolymitani* (ed. Wess. p. 591), eo anno per Palaestinam iter faciens. Hae ergo, si sub finem sec. 4i, quo tempore scripsit Hiër., amotae fuerint, temporis definitio, in Chronico obvia, observatu digna est. Si nempe verbis, *Statuam Hadriani superfuisse* الى اليوم, non formula modo contineatur, incogitate, ac solo Pentateuchi dictionem imitandi studio, addita, et his verbis fides haberi possit, inde conjicias, Librum, ex quo ea sumta sint, conscriptum esse *ante Constantini Regnum et Helenae in Palaestinam adventum.* Quod si statuitur, simul explicatur, quare in hac Hadriani historiâ multa accuratius tradita sint. — In sententiâ supra allatâ porro attendatur lacuna, inde orta, quod Librarius oculorum errore ex الى اليوم ad sequens افريم transiret. Verborum tamen nexus docet, quomodo omissa verba supplenda sint. Verba وهو هناك postulant, ut addatur الى اليوم, quâ formulâ Noster in sequentibus usus est, pro quâ C. XXXVII p. 177 legitur الى هذا وقت. Porro verba وصورة اخرى الحج requirunt, ut praecedat وسمى صورة الاولة على اسم افريم, et ut his praemittantur واقام ايضا صورتين, quia de *harum* Statuarum positione nulla adhuc mentio facta est. De formâ الاولة vid. C. XXXVII p. 175, C. XLV p. 226, et n. *s* ad h. l. De *his* Statuis alibi non sermo fit, nec verisimilo est, Hadrianum *ipsas*

erigi jussisse. Falsa hîc veris admiscuisse videtur Traditio. Quia autem Romani solis Judaeis aditum ad sacram Urbem interdicebant, Christianis vero ibi habitare permittebant, et non Romanorum modo, sed et Orientalium Cultui favebant, variisque locis, tum in Urbe, tum in agris circumjacentibus, multae Statuae erigebantur (Munt. l. l. p. 90 seqq.), fieri potest, ut duo isti Fratres duas quoque posuerint, quae Cultum Orientalium repraesentarent, quaeque nomina a conditoribus acceperint. In verbis ووصا مقدمين الخ intelligi videntur *ἀμφοδαρχαὶ*, i. e. *Praefecti 7 vicorum*, s. *ἀμφόδων*, in quos Hadrianus Aeliam divisit, quod Munus, quia, teste *Chronico alex.* sive *paschali*, eo tempore, quum hoc scriberetur, nondum sublatum erat (vid. Ed. Bonn p. 474), aetate, quâ vixit Auctor Libri, ex quo illa sumta sunt, adhuc certo vigebat. At vitiosum est, quod additur, اليهود. Illi enim non *Judaeis* erant praepositi, sed incolis *Aeliae*, ex quorum numero Judaei erant proscripti; vidd. loci laudati a Munt. l. l. p. 96 seqq., coll. Rob. *Pal.* I, p. 393 seqq., et II, p. 202 et 206 seq. Quae deinde referuntur, *nemini licitum fuisse transire e regione*, sed tantum *a tergo duarum illarum Statuarum*, e Traditione derivata, et ex tempore oriunda sint, quo Judaeis rursus concedebatur Urbem sacram *semel quotannis*, ac *pretio soluto*, intrare. Constantinus m. enim hanc veniam dedit, ac fortasse, ut postea ita tunc illis permissum fuerit, Templi *ambitum* non adire, nisi ab *uno latere*.

(*r*) *Hebron*em in hujus belli Historiâ memoratam esse, non miramur. Restituta post incendium, quo Cerealis, duce Vespasiano, hanc deleverat (Jos. *B. J.* IV. 9, 7, 9), in bello sub Hadriano, ut nostrâ aetate in seditione, anno 1834 ab Ibrahīmo sedatâ (Rob. l. l. II, p. 738), magnas iterum partes egerit. Hadriani copias vi eam cepisse et in incolas crudeliter saeviisse, non traditum est; sed in ejus viciniâ, bello anno 135 composito, *sub Terebinthi Abrahami*, ut vocatur, multa Judaeorum captivorum millia, ut fert Hiër. in *Comment. in Zach.* XI. 4, *venundata sunt, et quae vendi non potuerunt, translata in Aegyptum, tam naufragio et fame, quam Gentium caede truncata* (Munt. l. l. p. 85 seq., et Rob. l. l. II, p. 202). Notatu dignum est, eam urbem hîc vocari الاربع, quo nomine usus sit Chronici illius antiquioris Auctor, qui, ut Indigenae, veterum consuetudini (Gen. XXIII. 2) tenacius adhaeserit. Glossa additur, ex l. l. Gen. fortasse desumta, هى حبرون: nam si quis vulgo usitatum et recentius nomen addere voluisset, nomen scribendum fuisset inter Moslimos receptum, الخليل, de cujus nominis origine exposuit Rob. l. l. II, p. 732 seq.

(*s*) Haec cum praecedentibus et sequentibus non cohaerent, et Glossam potius referunt, quâ tamen quid significetur, dictu est difficile. De *solo* Manaššīa hîc fit sermo, qui *tintinnabulum* petivisse dicitur, sive *campanam* (الجَرَس), quam Christiani in Oriente pul-

sant tempore, quo Preces instituunt, ut Coetum convocent. *Marcus*, primus Hiërosolymorum *ex christianis Paganis* Episcopus, teste EUSEBIO (*H. E.* IV. 6) anno regni Hadriani 18° ad hanc dignitatem evectus, h. l. cum isto Manaššiâ fortasse confunditur. De eo vid. ROB. l. l. II, 206. Deinde pro ܢܦܩܘܗ SCAL. legit ܢܗܡܘ; sed *destruendi* notio utrique Verbo propria est. Verbum فك recurrit eodem sensu p. 243, 244, et 245. Proprie adhibetur de *destruendis tentoriis*; vid. BURCKH. *Bemerkungen über die Beduïnen u. Wahaby*, p. 28.

(*t*) Etiam haec Pericope, partim *samaritanice*, partim *arabice*, ac sordide scripta est, quibus accedit, *puncta* in Arabicis interdum deficere. Copula in ويقولون, si retinetur, initium notet apodoseos, pro quâ scribendum fuisset ف. Voce شواعد non Samaritani tantum, sed omnes intelligantur Nābolosi incolae, quos Noster vere dicit, urbe subversâ, gravem in Imperatorem iram suscepturos esse. Nābolosi*tarum* enim animus quantopere ad turbas exitandas pronus sit, Historia omnium seculorum docet. In Lexicis notio omittitur Verbi بطل in IIâ, et غار in Vâ; *illud* nempe hîc *strenuum reddidit*; *hoc* (in Vâ) *Zelotypum*, et *fervidum* (in universum), *se gessit*, significat.

(*u*) حلا proprie *gratum, dulce reddidit*, h. l. et p. 245 significat, *gratiam concessit*. In sequentibus explicandis, ubi Literae arabicae pessime scriptae, et ab aliâ manu, sensum fortasse non recte intelligenti, deinde emendatae sunt, sola conjectura juvat. Pro سيع ergo legi شَيَّع, id est *ad pugnam accendit*, s. *incitavit*. In seq. voce prima Litera *duo* olim *puncta* habebat, sed his deletis, *Mīm* superest, ac Literis منا Literae ي superscriptae sunt. Legi قَنَابِل, a Sing. قَنْبَلَة 1) *agmen equorum*, vel *equitum*, *non adeo magnum*, s. *30—40*, quin *50 pluriumve*; 2) universe *caterva*, *manipulus* hominum: h. l. ergo *agmina*, in urbe collecta, ad Romanos subitis incursionibus fatigandos. Post هناك deditâ operâ verba adduntur *in Monte Ģarīzīmi* (quod nomen hîc primum occurrit; vid. *Diss.* p. 63), quia graviter Samaritanos offendebat, in *sacro Monte Templum* Romanos condidisse. Hoc vero, quia alia aedificia deinceps addita sint, ac *novus vicus* sic exstiterit, hîc قرية dictum sit. *Templum* ipsum, ét infra (n. *v*), ét in aliis Scriptis memoratur. *Jovi* id sacrum fuisse, tradit DIO CASS. (XV. 12, ed. laud. p. 1160), et MARINUS (Neapolitanus, vivens sec. 5° medio) ap. PHOT. (*Cod.* 242; vid. REL. *Diss. Misc.* I, p. 122), ubi hîc: Ἐν ὄρει, inquit, Ἀργαρίζῳ καλουμένῳ Δίος ὑψίστου ἁγιώτατον ἱερόν. Idem sub finem ejusdem seculi DAMASCIUS, eodem PHOTIO teste, iisdem fere verbis repetit, ac *Numi* confirmant; vidd. *Commentarii* mei, p. 122. Quis vere voce intelligatur سقرس dubium est. Pater Hadriani vocabatur *Aelius Hadrianus Afer* (DIO CASS. XV. 3,

p. 1151, et SPART. Cap. 1), cujus tamen *nomen* hîc latere nequit, nec eam celebritatem nactum est, ut credibile sit, *ipsum* Orientalium Traditione propagatum fuisse. Neque etiam *Trajanus* ibi spectari potest, licet, quoniam Hadrianum *filium adoptavit*, ipsius *Pater* dici potuisset. Potius ergo existimo, *vicum* eum vel a Templo *sacrum* dictum esse, quae vox in Vulgi ore in سَقْرس corrupta sit, vel appellatum esse (Vicum) *Caesaris*, quam vocem Samaritani pronunciaverint قَيسَرس.

(*v*) الْقُبَّة hîc non *Sacellum*, sed potius, ut C. L p. 254 *Templum*, et nonnumquam *majores* Christianorum ac Moslimorum *Aedes sacras* significat (H. E. WEIJERS *Spec. crit.* p. 79). *Januae*, hîc memoratae, describuntur 1 Reg. VI. 31—35, et 2 Chr. IV. 9, 22. A Nebucadnezare has Babylonem translatas esse, tradit PETAHJA; vid. *J. A.* Nov. 1831, p. 369. Deinde ضمر significat *mente volvit*, ut in ar. Vers. Ps. XXIII. 4, et XL. 6; رَدِىّ vero (*periens* proprie) hîc *malus*, *malignus*, quas notiones FREYT. non notavit. Quae denique traduntur *de Samaritanis, loca, quae Hadrianus adierat*, post ipsius abitum *lustrantibus*, conveniunt cum aliorum Scriptorum dictis de illorum anxietate, quâ, ut omne cum Peregrinis commercium studiose evitent, in vicis separatis habitant, aliumque tangere verentur, ac cibis, ab aliis Gentibus paratis, caute abstinent, cet.; vidd. *Commentt.* mei p. 41.

(*x*) أَكْشَف, forma intensiva τοῦ كشيف (*manifestus*), in Lexicis deëst. De scriptione تقَل pro ثُقْل vid. n. *h* ad C. III. Porro مُخْتُون, non de solis *infantibus*, ut ex FREYT. ad hanc vocem verbis efficeres, sed etiam de *adultioribus*, ut h. l. et in ar. Vers. 1 Cor. VII. 18, Gal. V. 3, et VI. 13, cet., usitatur. Odioso isto nomine Samaritani opponuntur *Accolis graecis et romanis*, quorum numerus in Civitate, a Vespasiano amplificatâ, Cultuque romano exhilaratâ, permagnus fuit (*Commentt.* laudd. p. 119 seqq.). De *circumcisionis*, ab Hadriano *Judaeis*, ideoque *Samaritanis* etiam interdictae, mandato vid. SPART. (*Vit. Hadr.* C. 13, et *Commentt.* laudd. p. 131, coll. n. 1. p. 130). Hoc interdictum ab Antonino Pio mitigatum (*Commentt.* p. 136), in Traditione samaritanâ ad *tempora recentiora* prolongatur. Nimirum in C. XLIX idem viguisse dicitur aetate Natanālis I, de cujus aetate vidd. *Commentt.* iidem p. 128, coll. p. 147 seqq., et *Ann.* ad Cap. laud. Vox المصابغ, ut recte observavit SCAL., significat *Baptismum*, quem Moslimi ceterum voce الصِّبْغَة designant. Forma, hîc obvia, ut ipsa Sp. III, in Lexicis desideratur. Potius scribendus fuisset *Infinitivus* المُصَابَغَة, sed Noster uti videtur Participio *passivo* المُصَابَغ, de quo usu vid. ROEDIG. ad LOKM. *Fabulas* in voce قَلَّبَ. Ex h. l. apparet, Sa-

maritanos olim, Judaeorum more, aliarum Gentium ad ipsorum communionem advenis *Baptismum* administrasse. Hanc ob causam hujus mentio jungitur cum aliis Samaritanorum Institutis, cum *Sabbathi* (السَّبْت, cujus Collectivum السُّبُوت p. 181 occurrit) nempe et *Festorum* abrogatione. Nonnulla ex hac Pericope Hott., excerpsit in *Enn. Diss.* p. 33 et seq.

(*y*) حَقْل in C. XLIX p. 250 de *campo aperto* adhibetur, h. l. Coll. حُقُول de *campo* potius, *arboribus* et *domibus nudo* quidem, sed *agriculturae apto*. In Lexicis omissa est Sp. VIII Verbi خاف, *metum sibi concepit*, s. *sibi metuens* aliquid *praevidit*. Samaritani ergo jam dudum gravem calamitatem, divinitus immittendam, exspectasse videntur, de quâ tamen quid statuerint, latet. Vox شَعْرَاءُ (*hirsuta*), quâ, subintellectâ *terrâ*, hîc designatur *regio arboribus tecta*, *sylva*, in Vers. ar. Deut. XIX. 5, Jos. XVII. 15, et XVIII. 18, respondet voci hebraicae יַעַר, quam postremo loco pro הערבה Arabs legit. De multis *speluncis* in Valle sichemiticâ Itineratores monuerunt. Vid. v. c. von Raum. *Pal.*, p. 161 seq.

(*z*) In praecedentibus, praeter حُبُوس (Coll. τοῦ حَبْس) in Lexicis non obvium, attendatur sordida dicendi ratio in sententiâ (quae declarat, *quanti* Samaritani item fecerint *corporum mortuorum sepulturam*): وَكَانَتْ جثثهم يرما ولا يقبروا, pro وكانت جثثهم تُرْمَى ولا يُقْبَرْنَ. Ut *3* nempe *fem. gen. Imperf.* in vulgari Linguâ etiam forma usitatur تَكْتُبْ; 3a vero et 2a plur. in vulgari Linguâ vulgo est *c. g.*, ac rariores sunt formae يَكْتُبْنَ et تَكْتُبْنَ; vid. Causs. de Percev. l. l. p. 25 seq. Molesta est vox يـدبـو, deinde mutata in يـدو, quod Librarius fortasse pronunciavit يُذُو, sive يُذَوْا (pro يُؤْذَوْنَ), 3 pl. Imperf. pass. IV Sp. Verbi أَذِيَ, in Iâ *laesus fuit*, *noxam percepit*, in IVâ *noxam intulit*, *infregit*, quae notio huic loco convenit.

(*a*) In proxime praecedentibus de *urbis* expugnatione jam sermo erat. Nam *haec*, non *suburbia* spectantur, ubi *domus* memorantur *eversae*, et *eruditi cruci affixi*, ac *judices occisi*, quibus Viri intelliguntur, qui, dum major incolarum pars ex urbe effugerat, ibi remanserant. Nunc ergo *urbis vastatae* narratio iterum instauratur, et hoc *uno* consilio, ut *Viri, hac occasione capti*, *historia* enarretur. Ex hac Pericope videmus, Auctorem Libri, ex quo haec sumta sunt, hanc urbem bene cognitam habuisse, quia loca distincte significat, ubi res gesta sit. Ejus tamen verba *nobis* minus sunt perspicua, quia ét *accuratam hodiernae* et *antiquae urbis topographiam* hodie usque desideramus, ét *puncta* in Textu non modo saepe desunt, sed *Literae* etiam *arabicae*, hîc insertae, vix legi possunt. Dubia in primis est vox بنى نابلس. Quo melius vero hanc Pericopen intelli-

gamus, situm urbis diligentius consideremus. Auctor narrat, Hadrianum, urbem destruentem, initium fecisse *a portâ urbis occidentali.* Ab hac, et *ab orientali* parte, aditus ad urbem tantum patet. Planities nempe, مُخْنَا dicta, extenditur a Meridie Septentrionem versus, ad Montem Ǧarîzîm, ac deinde in *Occidentem* procurrit, ubi Campus, ante *latior*, in *Vallem* mutatur, terminatam a Meridie Monte sacro, et a Septentrione Ebale. Vallis est angusta, pedes circiter 1600 lata, ad cujus introitum Rob. observavit Vicum parvum, dictum *Belât*, deinde *Sepulcrum*, quod *Josephi*, Jaqobi filii, esse tradunt (*Pal.* III. p. 314, 316, et 329), atque *Puteum Jaqobi*, in cujus viciniâ rudera sunt aedificii, Ecclesiae fortasse christianae, post annum 333 conditae, sed ante annum 1103 jam destructae, cujus ergo Rob. *3 columnas* modo vidit (ibid. p. 332). Hinc si quis per spatium *horae fere dimidiatae* pergit, ad urbem hodiernam pervenit. Urbs est *longa*, et *angusta* (p. 315), et sic in Libro مراصد الاطلاع describitur in voce نابلس: نابلس مدينة مشهورة بارض فلسطين بين جبلين مستطيلة لا عرض لها الخ (*Nabolos urbs est celeberrima, in Terrâ Falastîni, inter duos montes, in longum extensa, non ampla*). Jam quaeritur, quomodo verba ولها الخ intelligenda sint. Legi حَدْرَةٌ, quae vox significet *descensum*, quae tamen notio, ut notio vocis بأسٌ, (graecum *βάσις*, h. l. de *montis pede*. s. *radice* adhibitum) in Lexicis non exstat. Pronunciavi nimirum, quod Scaligero item in mentem venisse videtur, بَيْنَ باسين. Dicta de *Columnis 4* deinde explicantur fortasse ex iis, quae Rob. (l. l. p. 316) tradidit de angustâ viâ montanâ, per quam in Montem sacrum adscendebat, qui locus *intra urbis terminos situs*, et non valde remotus erat *a portâ occidentali.* Ibi ergo sermo esse potest de *duobus Montis pedibus*, et ibi, quia in Monte Romani Templum condiderant, in loco altiore 4 columnae fortasse positae fuerunt, Deorum Simulacris instructae, ut severiores Samaritani a Monte adeundo detinerentur. Hac enim viâ, quâ Rob. incedebat, Samaritani, si ex urbe Montem petunt, adscendunt, quia in eâ urbis parte ii habitant, et aditus ad Montem alibi multo est difficilior.

(*β*) Ut ‫קדם‬, sic h. l. ex *Samaritanismi* more, قُدَّام scribitur, quâ tamen voce in Arabismo sequiore item utuntur pro بين يدين. Eadem etiam occurrit in Vers. ar. Librorum V. T. historicorum, ubi sic redditur Syr. ܩܕܡ (vid. Rödiger *Diss. de Orig. et Indole arabicae Librorum V. T. Hist. Interpretationis*, p. 102, 104, 106, 109). Linguam vulgarem spectat etiam forma نَحْنَا pro نَحْنُ, p. 250 et hac paginâ bis scripta (vid. Causs. de Percev. l. l. p. 89, et Dombay *Gr. Ling. mauro-arab.* p. 26). Hadrianus, ut Šamšam in Inscr. C. XLI, vocatur ملك الزمان, *Rex temporis*, id est, *hujus Aevi Gubernator.* Similiter in

Koseg. *Chrest.* p. 9, l. 6, المتوكل vocatur خليفة الزمان, et *Hamza* in Scriptis Drusorum, *Muneris* ratione habitâ, *quo in hoc Mundo* (الاولى) fungebatur, vocatur قدّم الزمان, *hujus seculi Praefectus* (Vid. de Sacy. *Chr. ar.* II, p. 246, n. 71, et *Exposé* I, p. ccccLxiv et passim. — Porro pro مَمْلوك (*Servus*), quia verbo سلك Noster ante usus est, fortasse مَسْلوك legendum; attamen *Captivo* illud *Servi* nomen etiam bene convenit. — Mox pro غصن, ut, *additis punctis*, in Cod. exstat, leg. عَضّ, proprie *dentibus prehendit*, *momordit*, hîc *graviter laesit*, quod h. l. c. c. في, quae constructio in Lexicis non notatur.

(γ) *Tres* Statuas Hadriani positas esse, vix credibile est. De *unâ* Statuâ Regis cujusdam, in Monte Ģarizīmi collocatâ, et a Samaritanis divino honore cultâ, somniabat Auctor Libri מְאוֹר עֵינַיִם, l. l. in Bochart. *Hiëroz.* (ed. lond. 1663) II, p. 6. Traditionem samaritanam hîc turbatam esse, cuique manifestum est. Supra *quatuor* Columnae memorantur, hîc *tres!* — *Aquae ductum* memoravit Rob. l. l. III, p. 318.

(δ) Quam exosus Samaritanis fuerit Hadrianus, haec testantur. Cûm his conff. dicta Judaeorum in Libro בראשית רבא, apud Eisenmenger *Entdeckt. Judenth.* II, p. 931, אדריאנוס שחיק עצמות (*Adrianus, cujus ossa comminuantur*). Alibi eum iidem Nebucadnezaro aequiparant (Munt. l. l. p. 86). Quam gravis Judaeis, et Samaritanis, sit dicta maledictio, satis ostendit pretium, quod iidem *sepulturae* habent; vid. supra n. z. Attamen non soli Judaei et Samaritani, sed *Romani* item, Hadrianum atro carbone notabant. Dio Cass. (LXIX. 15. 2. D, ed. laud. p. 1150) scripsit, eum, licet multa praeclare egisset, propter caedes praestantium Virorum, quas Regnum capessens, et sub vitae finem ediderat, in Populi odium incidisse, ut parum abesset, quin divino caruisset honore, quo mortui Imperatores ornari solebant. Spart. (C. 25) eum etiam depingit, ut *invisum omnibus*. Vid. item Reimarus p. 1170 in notâ: Et vero ejus character describitur, Viri quidem instar *pacis* et *aequitatis studiosi*, ac *liberalis* (Dio Cass l. l. C. 4 p. 1154), at simul *severioris* et *asperi*, atque *animi perturbationibus obsequentis* (id. l. l. p. 1154 seqq.). De *superstitione* ejus vid. n. *l*. *Pacis amantissimum* eum fuisse inde novimus, quod de *Regni finibus proferendis* minime sollicitus, sed eo magis detentus erat *Regni administratione emendandâ*, *urbibus exornandis*, et *novis condendis*. Hinc ejus *itinera*, et *Urbes novem* ejus nomine nuncupatae; *Monumenta* deinde, in *Britanniâ* exstructa ad Barbarorum invasiones cohibendas, *villa Tiburi* amplissima et splendidissima, *Mausoleum* Romae conditum, et *Athenae*, ab eo ita ornatae, ut *alter Athenarum conditor* diceretur. Idem fecerit in ornandâ *Nāboloso* (vid. Cod. p. 242 et n. *u*). Sub eo ergo florebant Artes et Literae (Spart. Vit. Hadr. C. 15). Eo nempe

regnante, vivebant AELIANUS, ARRIANUS, EPICTETUS, FAVORINUS, FLORUS, PLUTARCHUS, SUETONIUS, alii. — *Justus* et *aequus*, causas ipse saepe diremit; merito ergo ad suum cuique tribuendum paratus et hìc depingitur (p. 244 in f., et 245). *Jus Servorum* deinde *mitigavit*, *Sacrificia humana abrogavit*, *Christianorum persecutiones prohibuit*; vidd. v. g. *Epistola* ejus servata ap. EUSEB. *H. E.* IV. 9, et dicta supra n. *b*. Porro *munificentiae* ejus et *liberalitatis*, quae celebrantur, exemplum etiam memoratur in Cod. p. 244. Judicium de vitiis ipsius et virtutibus exhibuit VON ROTTECK in *Allgem. Encycl.* von ERSCH u. GRUBER in voce *Adrian*.

(ε) Quae hìc de Hadriani *morbo* et *doloribus* dicuntur, pluribus descripsit SPART. C. 23. Anno circiter 135, quum Athenis degebat, Imperator jam aegrotare incepisse dicitur, quo tempore, ECKHEL*o* judice, Aelium Caesarem adoptaverit (MUNT. l. l. p. 74). Teste DIONE CASSIO (l. l. C. 17 et 20, p. 1165, 1167), post *gravem sanguinis profusionem* in *phthisin* incidit, accedente *hydropiâ*, ad quam pellendam magicis artibus utebatur. Quod quum ipsi non cederet, et morbus ac dolores ingravescerent, veneno et gladio mortem sibi inferri volebat. Nemine autem venenum ipsi adducente, nec interficere eum volente, mortem, cibis ac potu utens noxiis, sibi ipse conscivit (DIO CASS. l. l. C. 21. p. 1169). *Apud Bajas*, SPART. inquit C. 25, *periit die VI Iduum Juliarum*. Idem tradiderunt CAPITOLINUS, in *Marco* C. 6, VICTOR CAES. XIV. 12, EUSEB. in *Chron.*, et EUTROP. VIII. 3. 8. Ab his dissensit, falsam traditionem secutus, ABŪ'L-FAD. (*Hist. anteisl.* p. 108), contendens *Hadrianum, anno regni 18° elephantiasi affectum, in Aegyptum profectum esse, ubi tamen nullam morbi medelam invenisset.* — Mortuus est Hadrianus a. U. c. 891, i. e. p. C. 138, annos natus 62, menses 5, ac dies 19. Hanc DIONIS CASSII relationem (l. l. C. 23, p. 1170) confirmavit VICTOR (l. l.), eumdem *annorum* numerum tradens, et EUTROP. (l. l.), *majorem* eum dicens *sexagenario*. Perperam ergo SPART. (C. 26): *vixit annis 72, mensibus 5, diebus 17*; accuratius fortasse tempus mortis indicavit *die 10 Julii*. De *Regni tempore* non multum differunt Scriptores. DIO CASS., SPART. et ZONARAS (p. 591 D). Memorant ii annos 20 et menses 11. VICTOR et EUTROP annos 21, menses 10, dies 29. *Chron. pasch.*, EUSEB., ABŪ'L-FAR. (*Hist. Dyn.* p. 121, et *Chron. syr.* p. 56), et ABŪ'L-FAD. (l. l. p. 108), cum *nostro Chronicon* faciunt, annos 21 statuentes. Ab hoc tamen, illius mortem statuente anno 4513 post Ādam*um*, differt ABŪ'L-FAṮḪ., illum mortuum esse tradens *anno Mundi 4563*, *anno 22 Āqbūni*. Sed fortasse in *nostro* Chronico vitium irrepsit. Dicta nempe ABU'L-FAṮḪ*I* cum Chronologiâ Pontificum satis accurate conveniunt. Dissensus scilicet est *duorum annorum*, si Hadrianus mortuus est anno 24° Pontificatûs Āqbūni, id est a. p. C. 138. Vidd. *Commentt.* mei p. 127.

(ζ) Pro سفر الحكيمة, *Liber stuporis* (حكيمة), s. *rei exquisitae*, aut *Viri selecti*

(خَيْرَة et خِيَرَة) , s. *Dei Favoris* (خيرة, cujus loco Noster scribit رضا s. رضوان) , potius legamus سِفْر (الآخرة), i. e. *Liber Vitae posterioris* aut *futurae*. Quâ quid Samaritani intellexerint , patet ex C. VI p. 37 , ubi Mūsa coram Israëlitis locutus esse dicitur de *Diluvio ignis*, de *Die Judicii*, de *reditu suo*, ac *futurâ Tribuum, omniumque rerum restauratione. Poenarum* ergo , Die Judicii infligendarum , ratione habitâ , argumentum ejus Libri consenserit cum كتب السخط واللعنة , de quibus C. X p. 53 fit mentio. Illum Librum Samaritani manibus tenuissent *inde a diebus Favoris divini*, id est ab aetate Mūsae ; vidd. n. *b* ad C. VI , ad XXXVIII n. *a*, et XLII n. *b*. Pluribus haec quaestio illustrari potuisset , si alii similis argumenti Libri superessent , de quibus disserui in *Commentt.* p. 57 et seq. *Dies Favoris divini* hìc primum dicuntur ايام الرِّضْوَان, et *Hymni* , ante dicti أَشْعَار (C. XXIX p. 144) , et تَسَابِيح, (Inscr. C. XVI , et C. XXXVIII p. 186) , jam vocantur شيرَان, quae *Coll.* forma in Lexicis non exstat. De *Hymnis* et *Precibus* vid. n. *k* ad C. XXIX. *Preces* ab *Hymnis* hìc distinguuntur. *Illae* pro variorum Sacrificiorum ratione dicuntur diversae. Aliae nempe fuerint in *Piacularibus*, aliae in *Eucharisticsi* , cet. *Hymni* fortassein ipsis *conventibus* sacris recitabantur. In Versione *prius* شيران omisi, quia id cum seq. *Vāu* omittendum esse videtur ; nam de his mox sermo est. Pro يحبسه in Textu leg. بحبسه.

(η) Formula attendatur زمان الرسول. In Codice enim unus *Mūsa* vocatur النبى. Quos Judaei *Prophetarum* titulo ornant , Samaritani hoc nomine indignos censent , et alto eos silentio praetermittunt , quin Šāmūl*em* C. XLIII , *Magum* , *impium hominem* , *in errorem abductum*, nuncupant. *Jūšaʿa* deinde, ejusque *Successores*, dicuntur ملوك (vid. C. XXXIX). Videntur ergo Samaritani *recentioris aetatis*, Moslim*os* imitati , illum titulum رَسُول aliis item praeclaris Viris dedisse , qui (quoniam in nostro loco additur فى ذلك اليوم) ad *Hadriani* circiter tempus usque vixerint. *Quibus* autem honos iste contigerit , fortasse tradidit Abū'l-ḥasan in Libro *de Ritibus et Dogmatibus Samaritanorum* , cujus argumentum ex Cod. bodl. exposuit Nicoll. (vid. Ges. *Anecd. sam.* p. 13 n. *g*) , ubi p. 70 agitur *de necessitate mittendi Prophetas et Apostolos.*

Continebatur Libro سِفْر الأئمة Catalogus Pontificum ad Finaḥas*um* , quo ergo significabatur *legitima* ipsorum *successio*, et *ortus* ab eo inde. Idem Abū'l-ḥasan l. l. tradiderit , loquens p. 1 *de dignitate* et *successione Pontificis perpetuâ*. — Memorantur porro *Annales* , qui *tempus* indicabant , *quo iidem nati* , et *mortui* erant ; unde colligeres , statuisse Nostrum , Librum praecedentem *nomina* tantum , alterum *annos* , alium

vero, qui *servatus esset*, *Biographias Pontificum* exhibuisse. Voce تاريخ *Chronicon* intelligitur *samaritanum*, aut potius *Calendarium*, cujus generis Scripta supra jam memoravimus ad C. XV p. 232, et ad C. XXXVIII n. *h*, ac descripsit Ges. l. l. p. 5. Quidquid sumatur, ex h. l. constat, Scriptorem Operis, ex quo Jūša:ae Libri Auctor ea hausit, *antiquius Chronicon*, quo Noster, *Jūša:ae Librum* conscribens, usus est, non cognovisse (vid. *Diss*. p. 76 et 87); quod, si cognitum habuisset, inter Libros *servatos* sine dubio enumerasset. Sequente تواريخ, vox وراحت ob *verborum lusum* de industria adhibita sit. Significat enim *ablatus est*, quae notio in Lexicis non notatur, verum ex *avolandi* notione, in iis laudatâ, derivatur; unde notio, C. L p. 253 obvia, item deducitur, *festinanter abiit*.

Non dubium est, quin hac Samaritanorum querelae de *multis Libris Hadriani* aetate (et, quod addendum fuisset, *in bellis ante gestis*) *deperditis*, justae sint. Cum his nimirum conff. *Commentt*. mei, p. 55 seqq. Similiter *Judaei* queruntur, multa ipsorum Scripta in bellis *cum Romanis* et *ante* gestis, periisse, quae causa sit, cur perpauca ex judaïcarum Literarum periodo, quae a Maccabaeis ad Hadrianum decurrit, servarentur; vid. Zunz *die göttesdienstl. Vorträge der Juden*, p. 40. Quia vero vulgo accidit, ut *ipse* Librorum deperditorum *titulus* post longa *annorum* intervalla, ac praesertim post *secula* (quae inter Hadriani ac Scriptoris nostri aetatem praeterlapsa sunt), in oblivionem abeat, de iis *titulis*, ac simul de Libris *servatis*, hic memoratis, paucis videndum. Praeter Librum, *Pontificum Biographias* continentem, *servatus* esse dicitur *Codex Legis*, (التشريع, quâ voce, Moslim*is* tritissimâ, *hoc* Capite *Lex mosaica* nuncupatur; vid. *Diss* p. 63), quo intelligi videtur vetustum istud Exemplar, quod Samaritani Nabolos*i* in Synagogâ servant. Huic, ut refert Robinson*us*, ipsius aetatem investigans anno 1838, annos ii tribuebant 3460, addentes ab Abī-šū:â, Fīnaḥas*i* filio, id scriptum esse (vid. *Pal*. III, p. 326 seq.)! Mirum tamen est, *hoc Exemplum* cum dictis *Pontificum Biographiis* servatum, *Hymnos* vero *sacros*, ac *duos* memoratos *Fastorum sacerdotalium Libros*, *Pontificum curae*, ut diserte dicitur, semper commissos, ablatos esse! Praeterea vix credibile, in altero Libro illos Pontificum *nomina*, in altero *annos*, et in alio *Biographias* scripto mandasse! Universa ergo haec disputatio sine dubio fabula est, artificiose constructa, ut recte jam sensit quodammodo Hengstenberg*ius* (*die Authent. des Pent.* I, p. 11). Sic rem mihi ipse fingo. Gloriantibus Samaritanis, suos Sacerdotes a Fīnaḥaso esse oriundos, Judaei, qui ipsorum Genealogias, ab Aharone inde incipientes, monstrabant, jure postulabant, ut Samaritani *scriptis* item Documentis suam causam probarent. *Post Hadrianum* ergo, judaïcam traditionem ii in suos usus converterunt. Judaei scilicet ferebant, authenticum Fastorum sacerdotalium exemplum, in Templo hiërosolymitano servatum, aetate *Antiochi Epiphanis* interiisse (vidd. *Commentt*. p. 86 seq.). Huic Samaritani *Hadriani* nomen substituerunt. *Hujus* enim circiter tempore, nisi

jam ante, quum Judaei cum iis in nonnullis urbibus una jam habitarent, ~~Catalogum~~ Pontificum Samaritani finxerint (conff. *Commentt.* p. 126 seqq.), cui quo major fides tribueretur, fabula de *Biographiarum Libro servato* excogitata sit. — Ut de iis *Annalibus*, ita etiam de *Hymnis* et *Precibus* Samaritanorum, similis quaestio hos inter et Judaeos agitata esse videtur. Illi nempe horum *Psalmos* rejicientes, Carminibus sacris et Liturgiis utebantur *recentioris notae*. Judaeis ergo, ne suis ipsi dictis obloquerentur, (Cultum nempe suum, a Jūšaʿâ in Monte Ǥarīzīmī conditum, et *Hymnis* exhilaratum esse), significabant, Carmina, quae nunc canebant, recentiora quidem esse, illos vero Hymnos periisse. Idem de Libro contendebant, cui titulus سفر الاخرة, qui quamvis non servatus sit, revera exstitisse olim videtur. Conscriptus fuerit, ut *rerum futurarum*, quae ibi tradebantur (vid. n. ζ), expositione, in eâ Gente, gravissimis calamitatibus afflictâ, spes aleretur, fore ut Res sacra aliquando restitueretur. Ac huic consilio ille respondit. Hanc enim spem Samaritanos fovisse, ex verbis animadvertimus Mulieris, quâcum J. C. colloquebatur (Joh. IV. 25); idque melioris aevi desiderium multos excitaverit ad Jesum et Apostolos audiendos.

(ϑ) Proxime praecedentia Scriptori D, verba vero وجا وخبر Auctori Chronici nostri tribuo; vid. *Diss.* p. 87. Haec verba vero intelligi nequeunt, nisi ea sic legis et supples: وجاوا خبر عقبون الامام. *Elif* enim, quae formis *Pluralium* addi solet, in Cod. plerumque omittitur, et Vāu a Librario perperam cum sequenti voce juncta est. *Hoc* nomen proprium deinde excidisse, Capitis seq. initium declarat. Hîc ergo, loco sic restituto, novum Caput incepi; vid. *Diss.* p. 42. Sequentia sumta sunt ex *Annalibus sacerdotalibus*, a Scriptore D *ante* Chronicon, ex quo C. XLVII haustum est, conscriptis (*Diss.* p. 87); quos in *Sectiones* divisos fuisse ex seqq. patet, ubi mediae orationi vox فَصْل inseritur, ut indicetur *novam* ibi *Sectionem* incipere, quare et ibi in Cod. *unius lineae* spatium vacuum relictum sit. *Novum Caput* ab *ʿAqbūni* Historiâ inchoari, statuisse etiam videtur Rel., qui Cap. *de rebus gestis Nathanaëlis* nuncupat Cap. 49; vidd. *Diss. misc.* II, p. 149—151. De ʿAqbūno paucis egit Hott. in *Enn. Diss.*, p. 20, 25, 30; ipse de eo locutus sum in *Commentt.* p. 151 seqq.

CAPUT XLVIII.

(*a*) Hadrianus, expugnatâ Palaestinâ, censetur etiam esse omnium rerum in eâ Terrâ dominus. Honoris causâ Pontifici tribuitur titulus اخ الملك. Deinde جدّد in IV, proprie *renovavit*, hîc significat *novum agnovit*. De الكحرون, *arabice* scripto, Scal. dixit » الكحرون id est الكجو". Leg. الْكُجُون, *confugite*, forma parag. Imperat. Spec. I Verbi لجا.

(*b*) In Codice Literis *sam.* diserte legitur سنسطنيه, quod vitium esse conjicio, ex Codice ortum, scripto Literis arabicis, quae h. l., quia vox non intelligebatur, *non erant punctatae.* Primum legi سور سَبَسْطِيَّة, et verti *murum Sebastiae*, s. *Samariae*, id est *murum Nābolosi occidentalem*, qui quoniam eam urbem spectabat, id nomen gesserit. Sed fortasse melior est lectio; سور سَبَسْطَنِيَّة, *murus Sebastenorum*, quâ sumtâ, indicetur ea muri pars, in cujus viciniâ castra, sive aedes fuerint militum, in romano exercitu militantium, qui dicebantur Σεβαστηνοὶ, quia ii ex incolis Sebastes electi erant. In bellis judaïcis, a Romanis ante Hiërosolyma eversa gestis, hi memorantur a Josepho unà cum *Caesariensibus* (vidd. *Antt.*XX. 8. 7, et *de B. J.* II. 13. 7, atque *Commentt.* laudd. p. 115). Vitiosa lectio سنسطنيه, si non *incogitate* scripta sit, fortasse explicari potest ex graecâ voce συνουσιαστής (*is qui cum aliquo commercium habet*, hinc *discipulus*, et *matrimonio junctus.* Haec vox, σ ante τ, Semitis quippe importunâ, omissâ, et additâ terminatione יָּ in *Statu plur. emphatico*, apud Samaritanos in ה cadente, pronunciata sit סנוסיטניה (سُنُسِيطَنِيَّة), quo nomine *Martyres* nuncupari possint, qui *cum Deo* praesertim *versari* censentur. Hi nimirum significari videntur voce syriacâ, ex Bar Bahlūli Lexico notatâ a Cast.; vocem cogito ܣܘܢܣܛܝܐ, quod explicatur *mortificati Deo.* — Haec vocis explicatio facile alicui in mentem venire potuerit, si juvenes illi, de quibus Chronicon refert, ibi postea *sepulti sint*, isque locus apud Samaritanos ideo honoratus fuerit.

(*c*) In Cod., ubi legitur حكامه, non cum Scal. legendum حُكَّامه, sed حُكَمَاه. Duplex nempe lectio coaluit حُكَّام *Judices*, et حُكَمَاء *Sapientes.* De scriptione حكمه pro حكماء vid. *Diss.* p. 31. Deinde scribitur praeter morem اسرائيل, pro بني اسرائيل, vid. *Diss.* p. 63. In verbis في ذلك الي, prius تريمه Scal. recte legit تريبة, sed reliqua intacta reliquit. Sic tota sententia, Paranomasiâ conspicua, explicetur: في ذلك اليوم كانت تَرْبِئَة اسرائيل مثل تربية, id est: *et hoc die ablatio Israëlis erat tamquam triticum rubentius*, sive *tritici instar*, *quod ex agro aufertur.* Constructio Verbi علم in Vâ c. في r. in Lexicis non exstat. Sequitur porro Glossa, cujus Auctor datum numerum (unde novimus Scriptorem D fonte usum esse, in quo de rebus, in urbe Nabolosi gestis, accurate referebatur), *minorem* existimans, addidit في رِبْوَة, volens *myriadem.*

(*d*) Pro زلو, praecedente لم scribendum fuisset يزالوا, sed ea Particula, *Perfecto* praeposita, pertinet ad hujus Scriptoris Soloecismos: sic v. c. C. XLIX p. 252 ولم زلنا pro نزل, C. L p. 253 ولم زالوا, et 253 ولم بقي pro يبقى. In hac tamen scribendi ratione ille sibi non

constat. P. 256 legimus ولم يقدر, et فلم يرد, ut ولم يتم, vid. n. *b* ad C. L. Nomen *Baba* inter Judaeos item usitatum erat. Sic vocabatur aequalis Herodis magni apud Jos. (*Antt.* XV. 7. 10), et בָּבָא בֶּן־בּוּטָא Discipulus Schammaīi in Libro Jūchasīn, p. 34; eoque nomine Moslimi *Papam* romanum, quem بابا dicunt, nuncupant. Cognomen *magni* (ربا s. ut etiam scribitur رَبَّة) Pontifex ille certo accepit, quia, ut postea narratur, de rebus Samaritanorum bene meruisset.

(*e*) Nomen *Natanāl*is magnam inter Samaritanos celebritatem nactum est. *Natanāli* cuidam ii tribuunt Pentateuchi sam. *Versionem chaldaeo-samaritanam* (DE SACY *Mémoire sur l'état actuel des Samaritains*, chap. 3), de quâ Vers. conff. *Commentt.*, mei p. 55. Saepius *hujus* nominis Pontifices memorantur ab ABŪ'L-FATḫO; v. c. in PAULI *neues Repert.* I p. 149, et in *Act. Lips.* l. l. Pontificum Catalogo (*Commentt.* p. 128) collato, verisimile est, *Aqbūn*um h. l. obvium, esse *Aqbūn*um II, cujus filius erat Natanāl I, pater Bābā-rābae. Spatium ergo medium *Aqbūn*um I inter et *Aqbūn*um II, hîc tacite Auctor transiit. Verbum عرف denique, ut יָדַע, de *concubitu* adhibitum, h. l. non cum ل p., ut in Lexicis notatur, sed *c. a. p.* connectitur.

(*f*) Perperam SCAL. pro بيكرمهم, restituere voluit بيكركه. Mox pro والسكّر leg. والسكّرة. Scriptor D, res accurate tradens, ubi Fontes *antiquos* sequitur (vid. n. *c*), hîc traditionem, diu postquam Romanorum imperium in Palaestinâ sublatum erat, inter Samaritanos propagatam, refert, ubi *magica vis* tribuitur *Avi*, quae illos a Montis adscensu prohibuisset; cum quibus conf. XLIX et L (p. 252, 253). Hîc avis vocatur طلسم, id est Graecum τέλεσμα, quod, ut ἀποτέλεσμα, de *effectu stellarum* usitatur, et latiore sensu (ut h. l.) ad *aliarum rerum vim magicam* transfertur (vid. HOTT. *Hist. or.* p. 284 seqq.). Quam ob causam REL. (*Diss. misc.* I, p. 149—151), opinatus esse videtur, a Romanis eam Avem positam esse, ut mala ab ipsis averterentur. Potius statuam, Avem Romanorum *Signum* fuisse *militare*, sive *Aquilam*, quae ut in *Monte Ziōn*is, et in *majori portâ Templi hïerosolymitani* (quod R. etiam tradit l. l. p. 148), ita in Monte Ǵarīzīmi posita fuerit. Sic enim Romani Terram ab ipsis expugnatam esse publice profitebantur, et hanc *ibi* erigentes, Samaritanos simul coercebant. *Excubiae* nempe et *Praesidia* simul aderant, et haud procul a Templo romano castra metabantur, ut ipsum ab hostili impetu tuerentur. Quod quam necesse esset, vel ex Zenonis agendi ratione novimus, qui Templum illud antiquum, in *Mariae Ecclesiam reformatum*, munivit, et milites ad hanc defendendam apposuit. Quae quum ad Samaritanorum audaciam refrenandam nondum sufficerent, Justinianus *Arcem* addidit, cujus rudera ROB. (*Pal.* III, p. 319 seq. et 348) vidit; vidd. *Commentt.* mei p. 158 seqq.

Aquilâ nimirum Samaritanis non minus exosum erat *Crucis* Signum (*Commentt.* p. 122 seq., 142), et *Labarum*, Insigne militare ab Eus. (*de Vit. Const.* I, 30, 31) descriptum, quod Constantinus m. post cladem Licinio illatam assumsit, et omnibus exercitibus praeferri jussit (Beugnot *Hist. de la déstruction du Paganisme* I, p. 96, 168, et Le Beau *Hist. du Bas-Empire*, Par. 1819 I, p. 56 seq.). Audiverunt Samaritani sine dubio Christianos saepius disserentes de vi miraculosâ, quae iis Signis ad exercitus perdendos inesset (Eus. l. l. II, 7—9), quare non mirum est, in illorum Traditione, horum et Aquilae memoriâ servatâ, occurrere istud طلسم, et ipsos ea, quae in C. L p. 253 narrantur, quaeque ex *Custodum* alacritate et diligentiâ oriunda sunt, somniare coepisse: dicta volo de *Ave loquente*, ac *se vertente* الى شمس, id est, *mane Orientem*, *vesperâ Occidentem versus prospiciente.*

Temere igitur nonnulli ex hac *Avis* mentione quaestionem illustrare conati sunt de *adoratione Columbae*, Samaritanis a Judaeis falso tributâ, quae calumniae in Talmûde leguntur locis laudd. a Boch. (*Hiëroz.* ed. lond. 1663 II, p. 6), ubi de *Columbae Cultu in Monte Ġarīzīmi*, et de *Circumcisione*, a Samaritanis *Columbae nomine* peractâ, sermo fit. Praeterea, licet voce الطير, ut الطائر, *Columba* significari possit (vid. n. *g*, ad C. XXI), fabulosa sunt, quae de *Cultu Columbae* traduntur. Solis enim iis locis talmûdicis ea res memoratur. Josephus, et ipse Binj. Tudel., Samaritanorum Cultum anno 1173 describens (ed. l'Emp. p. 169 seq.), *Columbam* alto silentio transierunt. Samaritani deinde hanc criminationem, tum alibi, tum in Epist. ad Huntingt. (*Rep.* IX p. 19, et *Not. et Extr.* l. l. p. 199) studiose repellunt. Causa denique non latet, quae huic Fabulae ansam dederit. *Samaritani* scilicet *extremas bacilli partes* (ut ait Uhlem. *Institutt. Ling. sam.* p. xvii), *circa quem chartae Codicis sacri volvuntur*, *imaginibus columbae argenteae ornant.* Similiter de Corancez in Epist. ad de Sac. loquitur de *Turturis* figurâ, insculptâ fronti Legis Codicis, qui in Synagogâ nâbolositanâ servatur; quo Codice in conspectum Coetûs producto ac detecto, *omnes surgunt* (*Not. et Extr.* p. 19 et 48). Et haec, licet a Rob. non repetantur (*Pal.* III p. 326 seq.), nullo tamen dubio sunt obnoxia. Constat enim, summâ illos religione Codices sacros prosequi, ac praesertim Codicem, quem manu *Abišūae* scriptum esse fabulantur, de quo in dictâ Epistolâ item fit sermo. Quid *Turture* significaverint, ipsi Samaritani, hac de re de Sacyi nomine interrogati, ignorabant. Sed Codicis *sanctitatem* ipsorum Proavi sic designaverint, ac si Liber ille *ex Coelo demissus*, ac divinitus cum iis communicatus esset, pari modo atque *Spiritus sanctus*, s. *vis divina*, descensu Avis illius *candidae* et *mundae* in Christianorum tabulis repraesentari solet. — Alia causa accedit, quae Judaeos olim moverit ad hocce de Samaritanis mendacium fingendum. Ex Veterum testimoniis, Ctesiae v. c., Xenophontis, Diodori Siculi, aliorum (quorum locos Bochart. l. l. p. 5

descripsit) videmus, Syros et Assyrios Columbas magni fecisse, ac divino Cultu affecisse, ipsosqne Assyrios Columbae figuram in vexillis habuisse Nihil ergo obstat, quominus putemus, Colonos, ex Mesopotamiâ et Assyriâ in Palaestinam translatos, eum Cultum servasse, magnamque Columbis observantiam praestitisse. Sic judicavit etiam Auctor Libri *Meōr-Enāïm*, in loco, qui exstat apud BOCHART. l. l. p. 6. Itaque Colonos imitati sint, et hunc Cultum servarint Samaritani, *Gentium Sacra sequentes*; missum vero fecerint omnes ii, qui Cultui mosaïco adhaerebant. *Hos* Judaei, cognitis iis, quae Samaritani *Idololatrae* egissent, ab *illis* non distinxerint, et Genti samaritanae *universae* imputaverint, quae ipsius *parti*, et huic *antiquioribus* modo *temporibus* imputari debebant. Perperam ergo ABEN-EZRA in principio Comment. in Libr. ESTHERAE, quod SCAL. tradit (*de Emend. Temp.* p. 621) »*ubi initio Geneseos scriptum est a Mo*»*se:* in principio creavit Deus: *in Pentateucho samaritano scriptum est:* in principio » creavit ASIMA;" quod *Idolum* esse *Emathitharum* contendit, non agnoscens, Samaritanos loco vocis אלהים pronunciare הַשְּׁמָא; quam vocem Judaei, הַשֵּׁם pronunciantes, saepius voci יהוה substituunt.

(*g*) Ex hac Pericope HOTT. in *Enn. Diss.*, jam tradidit verba ab انها ad لا تلتفت, p. 24 seq.; deinde يا ولد — لولده, p. 20, et p. 25 verba وفى تلك الخ ad fin. Cap. — Pro وقبل ان يتوفى in Cod. scribitur وقبل يتوفى, omisso ان; vid. *Diss.* p 61. — لقوة اعداء explicari potest *Aquila hostium*, si *Signum* cogitatur *militare Romanorum;* potius tamen legam لقية اعداء *occursus*, *impetus hostium.* Sub fin. p. 248 امتثال (*verbis usus est figuratis*) adhibetur de *propheticâ oratione.*

(*h*) Pro ول recte SCAL. reposuit ولو. Sequentia vero minus bene intellexit *de lapidibus torcularis. Lapidatio* nempe intelligitur. Cum hoc loco conff. verba C. L p. 253 ودرسوا الخ, ubi pro البدود leg. الردود. Illius enim vocis nullus hic est sensus, ut apparet ex versione HOTT., *depressi sunt sub lapide dispersionis;* et facile Literae samaritanae *minores Bā* et *Rā* confunduntur. *Lapides* autem *iterationum* sunt *Lapides iterum iterumque injecti.* Ut vox رُدُود, Coll. τοῦ رَدّ, a CAST. et WILLM. notata, a FREYT. omissa est, ita etiam constructio Verbi قوى, quod mox primum in IIâ, cum a. p. et على r., significat *corroboravit aliquem contra aliquid*, deinde in Iâ, cum eâdem Praepositione, *praevaluit alicui rei.* Pro اولده porro leg. لولده. Vox denique الرئيس apud Samaritanos significat *Virum principem*, et saepe recurrit in C. seq. p. 250. Mortuum Āqbūn*um* lugebant *per 30 dies*, qui dierum numerus fortasse *sic* definitus est, quia Israëlitae *Aharōnem* et *Mūsam tamdiu* lugebant; vid. Num. XX. 29, et supra C. VIII, et n. *a* ad

C. XL. De more, Samaritanis recepto, *Sacerdotes* per hoc temporis spatium lugendi, alii loci non loquuntur.

CAPUT XLIX.

(*a*) Ex hoc Cap. Hott. nonnulla excerpsit in *Enn. Diss.* p. 27, 29. Auctor ut verbis Judai (quod amat, vid. n. *c* ad C. XLVIII), post تتنال usus est Verbo نال, de quo vid. n. *a* ad C. IV. Pro ورزق Scal. male legit ووززقو. Legatur وَرُزِقَ, quod, seq. acc., significat *accepit*. Copula hic ut saepius omittitur. Vox وكلا pronuncietur وُكَلاَء, Coll. τοῦ وَكِيلٌ. Plures nempe jure cogitantur *Custodes*, qui Circumcisionem prohiberent. Ac sane Romani si hanc prohibere voluissent, *permulti* postulabantur. Quomodo autem de hoc Interdicto judicandum sit, vid. n. *x* ad C. XLVII. Ex his autem وكلاء unus mox nomine memoratur, *ab* ipso *Rege*, id est ab Imperatore, huic Muneri praepositus, qui *reliquos* assumsisse fingitur. Sic istud من عند الملك explicetur. Vocatur ille جَرْمَن, quo significetur *Germanus*, Episcopus neapolitanus, qui anno 325 Concilio nicaeno interfuit; vidd. *Commentt.* p. 163 et 156 seq. Hic appellatur p. 252 القسيس, sive القسّيس, quo non *Presbyter* tantum, sed et *Sacerdos* designatur (cf. de Sac. *Mém. de l'Acad. des Inscr.* T. XLIX, p. 112). *Episcopo* ergo iste titulus bene convenit, quo sensu usitatur quoque Syr. ܩܫܝܫܐ, dum C. L p. 254, ubi de *vestitu* mentio fit τοῦ راهب قسيس, *Monachus Episcopus*, sive *Monachus* significatur, qui Socius erat Collegii, cujus auxilio et consiliis Episcopus utebatur. Hujus ergo nomen Traditio bene servavit, sed *Circumcisionis Interdictum* perperam cum eo conjunxit, quâ de re vidd. *Commentt.* p. 154, ubi etiam (coll. p. 148) de calamitatibus sermo est, quibus Samaritani, regnante Constantio, afflicti sunt. Hunc *Synagogas* aliquamdiu clausisse (ut sub finem Cap. legimus), non improbabile est. Sic enim, quia Samaritani *semper*, ut Judaei *aliquando*, Circumcisionem *ibi* administrasse videntur, cogebantur illi, si hic ritus legitime perageretur, *in Speluncis, in medio Coetu* hic congregato, eumdem clam instituere. Samaritanos nempe statuisse, Circumcisionem *coram Coetu* rite demum celebrari, exinde sequitur, quod *domi*, ubi *insciis Romanos* haec bene peragi potuisset, ipsam administrare nolebant. Hanc etiam ob causam hic tradunt, *ad portam Pontificis Garmanem* custodias egisse, ne ille scil. ad *Conventum publicum exiret*, et *ritum illum perageret*.

(*b*) Samaritanos Circumcisionem accuratissime observare, verba docent Salamae (*Not. et Extr.* l. l. p. 63): ولا يمكنا ناخره الى يوم غيره ولا ساعة واحدة عن يوم التامن يكون عند طلوع الشمس, id est: *non possumus eam* (Circumcisionem) *differre ad diem alium, neque per unam horam post diem octavum, ita ut ipsa perageretur ad ortum solis* (diei noni).

Similia traduntur in Epist. a. 1672 (l. l. p. 168, coll. p. 178). Vox نَقْفَة, h. l. et p. 253, ut קוּפָּה in Scriptis Rabbinorum, significat *cophinum*, *ex foliis palmae* vulgo *contextum*, in quo Mulieres gossypium deponere solent. Intelligitur sine dubio *corbula angusta*, quae vix sufficit *infanti recens nato*. Hunc enim Naťanāl *studiose* ei imposuisse dicitur (وعمله فى نقفة), quae Verbi عمل notio cum فى r., in quâ quid deponitur, etiam obvia C. L p. 253, convenit cum vernaculo *iets in iets inwerken*, in Lexicis vero non memoratur. De voce حَقّل diximus ad Cap. XLVII not. *y*. — De Stylo vulgari, conspicuo in *gen. comm.* Pron. الذى, in نحنا pro نحن, quod tamen mox legitur, in أَيْشْ pro أَى شَىء, quae vox recurrit C. L p. 254, et in Dictione كما كان p. 251, vidd. ***Diss.*** p. 57 seqq., et n. *β* ad C. XLVII.

(c) Scal. pro وعادت legit وعاودت, sed perperam; quia عاد in Iâ etiam c. a. significat *repetiit*. Formam ملو (*plenitudo*), quae deinde occurrit, et حَفْن (*pugillus*) Cast. tantum laudavit. Illud exstat etiam in arab. Vers. Prov. III. 10, hoc in Vers. Sa:ad. Exod. IX. 8.

(*d*) Constructio Verbi دَكَّر (*dolum struxit*) c. على, in Lexicis omittitur. Pro وعمل leg. وعلّم, quod hic non c. c. *g. a.*, sed cum ل p. Quae porro narrantur de benedictionis formulâ, quam Ǥarmani apprecabantur Samaritani, et verba, *morem eum obtinuisse* الى يومنا هذا, Auctor D ex Fontibus videtur petivisse, quia non credibile est, hunc morem ad hujus aetatem observatum esse. Inter Samaritanos vero *nābolos*itanos ea formula *aliquando* viguerit; quod quominus statuatur, nihil obstat. Ab ingenio saltem agendique ratione ipsorum non aliena est publica aliorum, qui ipsis sub *duriore* imperio benigni fuissent, memoratio. Principum enim Virorum Romanorum, non *Germanus* solus Samaritanis erat benevolus. Alia exempla attulimus in *Commentt.* p. 51, coll. p. 162.

(*e*) Quae leguntur p. 252 a verbis وصاروا الروم الخ, ex Chr. D sumta sunt, de quo, conff. *Diss.* p. 86 seqq., et *Ann.* ad C. XLVII, p. 325. Hujus Chronici Auctor, qui in *Annalibus pontificalibus*, antea scriptis, de *Aquilâ*, in Monte sacro positâ, jam locutus erat (vid. C. XLVIII p. 248), eam vocans *Avem aeneam*, hîc eadem aliis verbis repetit. Brevem hanc Pericopen eidem Scriptori tribuendam esse, docet etiam *20 annorum* mentio, per quos Samaritanorum eo tempore persecutio durasse dicitur. In *Chronologiam* hic item ille, suis Fontibus utens, inquisiverat, et hanc satis bene determinat. Quae hac de re h. l. tradit, consentiunt etiam cum dictis n. *a*. Iste enim كُسْطَار, de quo in fine Cap. sermo est, videtur esse *Constantius*, regnans ab a. 337—361. Si ergo post *Galli* expeditionem (*Commentt.* p. 148. coll. 154), a. 339 susceptam, duriores Constantii

Leges, Magistratuum romanorum vexationibus magis gravatae, latae sint, eaeque ad Julianum, a. 361 regnum capessentem, ac mitiora Decreta ferentem, viguerint, tempus interjectum annos 20 non multum excedit. Jussa autem, quae hîc illi Imperatori imputantur, de *adipe porcorum, cibis et potui immiscendo,* militum tribuantur proterviae. Pro الصائقة, quod recurrit p. 254, Scal. perperam reposuit المضيقة. Constructio Verbi فرّج c. ل p. in Lexicis non notatur.

CAPUT L.

Inscriptionem Noster apposuit, cogitans verba C. XLVIII p. 249, وكان منه ما كان مع الروم. Sequentia usque ad verba ويقتلوه الخ (in fine p. 253), ex *Chronico* C sumta sunt, de quo diximus in *Diss.* p. 88 seq. (ubi p. 89 l. 19 pro *sub finem Cap. XLIX* leg. *in Cap. L*). Hinc alia hîc dicendi et narrandi ratio, et earumdem rerum repetitio. Haec Noster sequentibus annectit, additâ formulâ, quam, ex praecedentibus item recepit; verba puto: ولم زالوا بنى اسرائيل فى هذه الشدة حتى قام بابا ربه, quae verbotenus fere conveniunt cum C. XLVIII p. 247: ولم زالوا الخ. Deinde, quia in Pericope, a quâ hoc Caput incipit, constans usus est vocis السامرة, verba initialia, لما زال الملك من بنى اسرائيل, وملكت الروم, quibus sequentia cum praecedentibus copulantur, item Nostro tribuam. Praeterea sic sentio, quoniam eadem verba hîc fere repetuntur, quibus idem in Prologo usus est p. 5, واذا سمع السامع بزوال ملك بنى اسرائيل الخ. Quae leguntur ab initio ad vocem الشمع, Hott. in *Enn.* p. 26, et sequentia ad ويقتلوه, in *Hist. or.* p. 290 in suos usus convertit; vid. etiam Rel. in *Diss. misc.* I. p. 149 seqq.

(*a*) De الردود conf. not. *h* ad C. XLVIII, et de راح n. *η* ad C. XLVII, p. 341. Vox غَيْرة, proprie *Zelotypia*, hìc de *ardore religionis vindicandae* usurpatur, ut C. XLI p. 199 hoc sensu de اهل الغيرة, s. *Zelotis*, sermo est. Similiter Verbum غار adhibetur pag. seq. de Fînahas*i* fervore, ubi respicitur C. IV.

(*b*) Notio vocis الملّة describitur in Opere الفُرُوق, quod 'Ismā·īl 'Itakī, Turca, eruditionis laude clarus, seculo 18° conscripsit, ex Arabum Grammaticis desumsit, et in formam redegit *Chrestomathiae*, cui addidit *Dissertationem* de *Synonymis* et *Homonymis*. Nonnulla ex eo Opere excerpsit von Hammer in *J. A.* 1837, 3e Sér. IV, ubi p. 189 egit de illâ voce. Significat nempe *Populum Fidelium*, cui opponi solent النِّحْلة, *Infideles* s. *Increduli*. Huic loco *illa* notio egregie convenit, ubi Samaritanus de *suâ Gente* loquitur; sic etiam Salama (*Not. et Extr.* l. l. p. 130), *suam* Religionem الملة الموسوية, et Sojūtī*us* in باب الصلاة Libri كتاب الاوائل *Islām*um الملة المحمدية nuncupat. *Israëlitis*

hìc mox opponuntur Romani, dicti الشَّعْب النَّجِس, s. *turba immunda*, quibuscum conf. sub fin. C. XLIX vox كُفّار. Deinde يُتَمَّم pro يُتَمِّم scribitur, ut p. 256 يرد pro يردد. De voce النقبة vid. n. *v* ad C. XLVII.

(*c*) De *magno Regum numero*, hìc memorato, vidd. *Commentt.* p. 155; et de وقت *fem.* usitato, *Ann.* ad C. XV.

(*d*) Forma قسطونية *vulgarem* Orientalium hujus nominis *pronunciationem* refert. Pleniore formâ قسطنطينية utitur Abū'l-fad. (*Hist. anteisl.* p. 94 l. 2, p. 110 l. 16, p. 112 l. 8 et 12), et Abū'l-far. (*Hist. Dyn.* p. 108, 134, 135, 226 cet.). *Graecam* hic sequitur Orthographiam ibid. p. 67, scribens قوسطنطينوفوليس, et sic etiam ante in *Chron. syr.* p. 414 l. 8, alibi, scripserat. Pro وقاتهم sive leg. وقاحهم a قاة, *obedientia*, *dignitas*, *potentia*; sive, retentâ lectione, وقاتهم, قات sumendum est, in vulgari Linguâ fortasse ex قاة ortum, quod Cast. قاءات male pronunciavit, et perperam etiam ad radicem קאת retulit. Ubi mox de *Sectis* sermo est, Sectae quidem intelliguntur *christianae*, quas multas fuisse, ac suo tempore superesse, Auctorem non latebat. Has vero potissimum hic memorasse videtur, quia Studiorum rationem, quam Viri docti *ipsius* aetate sequebantur, cogitabat. Sub Moslim*orum* scribens dominatione, operam nimirum non ignorabat, quam illi ponebant in *4 praecipuis Sectis* cognoscendis. De dictione راهب قسيس vid. n. *a* ad C. XLIX.

(*e*) De voce الكنيسة vid. n. *h* ad C. XXIV. Ecclesia christiana hìc, et p. 256, intelligitur, quae si a Zenone (regnante ab a. 474—491) primum in Monte Ḉarīzīmi condita est, Auctor, eam fingens *Lawī*i aetate, haud secus quam in mentione *multorum Regum* (n. *c*), in Anachronismum incidit; vidd. *Commentt.* p. 128 coll. 157 seq. Memoriam seditionis, quae sub Zenone orta, ac deinde sub Anastasio (491—518) renovata, et postea a. 529 sub Justiniano repetita est (*Commentt.* p. 158 seqq.), Gens sam. diutissime servasse videtur, et fortasse haud parum ipsa contulit ad narrationem universam, et hanc orationem ornandam, ubi jussum de *Lawī*i *adscensu Montis*, ut *Templum adiret*, et *Avem frangeret*, observari meretur. Hìc locus verba C. XLVIII explicat, ubi Babā modo dicta jussisse dicitur; nimirum *hac Oratione*, quâ Lawīo ea commisit. Verbum denique عكم hìc significat *vi dejecit*, et طلب, ut דרש *precatus est*, *supplex oravit*, quod c. c. a. p., seq. على rei, id est *benedictionis divinae*, *Monti invocandae*. Mox idem Verbum significat *petiit*, *se contulit*, in verbis فسار طالبا قسطونية.

(*f*) Scriptum intelligitur, quo haec non modo *significarentur*, sed *nominibus addi-*

tis confirmarentur. Noster tale Scriptum fingit, recentiorum temporum mores cogitans. Pariter Judaei in *Midraschim*, et Moslimi in Fabulis suis omni fere Pacto scripta Documenta addunt. Ili v. c. idem tradunt de ipso Deo, cum Adamo Pactum incunte; vid. G. Weil *Bibl. Leg.* p. 35, 42. Haec Documenta *permultis nominibus* subinde instrui, docet Epistola, quam scripsit Noël des Verges ad Causs. de Percev., de Diplomatibus arabicis in Bibliothecis Siciliae servatis, quorum unum 800 nominibus erat subscriptum (*J. A.* 1845. 4e Sér. VI, p. 313 seqq.).

(*g*) Oratio fingitur habita in eo Montis sacri loco, ubi Samaritani Sacra peragunt. Locum descripsit Rob. l. l. III, p. 319. Inde autem Babā cum Lawīo, ac Coetu universo, hic dicitur paululum processisse ad alium locum, illi loco proximum, ubi fortasse Templum ipsorum olim aedificatum, et Tabernaculum ex *Gentis Traditione* exstructum fuerat. Eum ergo locum, quem *sanctissimum* habent (vid. Rob. l. l. p. 320 seq.) illi adibant, quo actionis sollennitas consummaretur. Hunc videntur nuncupasse בֵּית־אֵל, بيت ال (vid. supra p. 38), s. ut h. l. بيت يل (vid. *Ann.* p. 242). In Cod. hacc sententia negligentius, et maximam partem arabice, sic fere scripta est: فقدم ببّا ربّه ابن احيه الى بيب يل ــ نحصر للقوم الج. Lineae post vocem يل non significant aliquid in Codice deësse, sed indicia sunt *Nominis proprii*, quae alibi iis vocibus *superscribuntur* (vid. *Diss.* p. 23), hic vero ob spatii defectum *postponuntur*.

(*h*) Ut ذَكِيٌّ et ذَكَاءٌ refertur ad *acumen ingenii* et *mentis promtitudinem*, sic عارِفٌ ad *scientiae copiam*. حاذِقٌ significat quidem *acutus*, *solers*, sed etiam (quae notio, ne eadem repetantur, hic in censum venit) in primis transfertur ad *memoriam tenacem*. Nempe حَذَقَ notat *perdidicit*, et *memoriâ tenuit* Puer Qoranum; et dies, quo eum perdidicerit, vocatur يوم حِذَاقِه. Recte deinde Scal. voci يقرا adscripsit *μανθάνων*. Nam قرا, si de *Magistro* adhibetur, qui Discipulis Scriptorem praelegit, significat *docere*, sed si de *Discipulis* dicitur *praelegentibus* Librum, qui ipsis a Doctore explicatur, notat *discere*. — مع دكاه, id est مع ذكائه.

(*i*) De hac Verbi خدم notione vid. Hamak. ad فتوح مصر p, 57, et Roorda in *Bibl. crit. nov.* V, p. 296. Vox بلاغة, de *eloquentiâ* usitata, h. l. significat *consummatam perfectionem*, *summum terminum*. — أُسْقُفٌ أَعْظَمُ versio est vocis *ἀρχιεπίσκοπος*. Formulâ المنزلة العَلِيَّة designari videtur *dignitas Patriarchalis*. Verbum ملك porro in Vâ hic notionem habet, nondum notatam, *regnum sibi paravit*. De *Regibus*, et *regnan-*

di aemulatione loquens, Noster ea iterum spectat, de quibus n. *c* jam locuti sumus.

(*k*) Ex Verbo زار videmus, Auctorem cogitasse *Iter sacrum*, quod Lāwī*us* ad locum, sanctitate insignem, institueret, non vero *migrationem* in locum, ubi in posterum habitaret. Pro فتحشو legi فَتَحَشَّشُوا, id est, *tum festinarunt*, sive *accelerarunt*: quae tamen Va forma in Lexicis non notatur. Porro distinguuntur العساكر et الجيوش; *illâ* voce *exercitus universi*, *hac* vero *copiae*, ex iis *selectae*, videntur intelligi, quae una cum Imperatore *Lāwī*um comitarentur, ut honore ipsum prosequerentur. *Urbis* Nābolos*i incolae* subintelliguntur in voce نزلوا, iique mox dicuntur جميع الامم, quia variis Gentibus constabant, *Samaritanis*, *Graecis*, *Romanis*, aliis. Dictio ارسل خَلْفَهُ, Hebraismum refert שׁלח אחריו. Perperam scribitur ان يخرجون, pro ان يخرجوا. Ultima, quae in Codice leguntur, verba, sordide scripta: رابع عشر كُرَّاس (*14us fasciculus*; vid *Diss.* p. 25) a Scal. festinantius explicata sunt ἀρχιερεύς. Quid Lāwī*us* secundum Samaritanorum Traditionem egerit, conjicere possumus ex C. XLVIII, XLIX et L. ubi Babā auctor fuisse dicitur, ut Samaritani Romanorum tyrannide liberarentur, unde efficias, Lāwī*i* res gestas in hac narratione cum Moslim*orum* invasione conjunctas fuisse; quod ea confirmet, quae in *Diss.* p. 51 de tempore diximus, ad quod hoc Chronicon continuatum sit.

CORRIGENDA ET ADDENDA.

Pag. 26 l. 4 pro in not. *h* legatur, in not. *i*.

» 30 » 19 » البان » البنان.

» 42 » 16 post *docent*, haec inserantur: Verba enim فى هذا موضع in Inscriptione C. XXXIV explicantur ex fine C. XXXIII, et in initio cet.

» 42 » 18 post *cet.* add.: De Inscriptione C. L vid. *Ann.* p. 349.

» 50 » 18 et 26 pro raba leg., rabba.

» 55 » 22 post *memoratur* haec adde: Porro in C. L dicta spectantur de Finahaso C. IV; vid. *Ann.* ad h. l. n. *b*. De nexu, tam C. XLVIII cum C. L, quam C.is L cum Prologo, vid. *Ann.* p. 349 seq.

» 56 in f. not. 1 pro Literarum leg., Literae.

» 57 l. 18 » formarem l. formarum.

» 59 » 3 » Arabibus *uva*, l. Arabibus vulgo *uva*, *vitis*.

» 59 notae 1 addatur: Conf. tamen كليله ودمنه p. ١١٥ l. 4 a fine.

» 64 l. 3 pro الاحير, l. الاخير.

» 103 » 19 vidd. dicta ad Cap. III p. 206.

» 22 post p. 107 (9) inserantur: et C. XXXVII p. 180; vid. *Ann.* ad h. l. n. *q*.

» 113 » 2 *Tašdīd* transponatur in *Jā*.

» 139 » 1 post verba *universo Populo*, adde (c).

» 184 » 7 pro Proavis (postea) occultavit. leg., Proavis, (postea) occultavit.

» 203 » 4 a f. pro *ezhibens* l. *exhibens*.

» 204 » 5 pro القوم, l. للقوم.

» 205 » 6 » القييح, l. القبيح.

» 222 » 12 » المواجهه, l. المواجهة.

13 » *face (à) face*, l. *face à face*.

» 224 » 4 a f. pro *au*, l. *an*.

» 225 » 2 transponantur Vocales hebraïcae.

» 233 » 14 pro *nitium*, l. *initium*.

» 237 » 6 a f. pro حفص, l. خفص.

» 240 » 18 pro *Vulgari*, l. *Vulgaris*.

» 269 » 2 a f. pro n. *f*, l. n. *g*.

» 269 » 11 add.: Cum contumeliâ, quâ Jūša:a hîc afficitur, confl. dicta Çondabae in Koseg. *Chrest.* p. 80.

» 271 » 8 pro *n Lexicis*, l. *in Lexicis*.

P. 275 » 11 a f. leg. مُخْبِر.

» 278 » 21 add.: Cum brevibus de Jūša:ae equo verbis conf. splendida equi Ġābiri descriptio in Koseg. *Chr.* p. 79 seq., et 82.

» 285 » 1 leg. مُنْتَظِرَة.

» 287 » 3 a f. pro مشر l. عشر.

» 291 » 14 leg. سَقِيفَة.

» 295 » 23 post *recensens*, add.: quia autem hodierna locorum palaestinensium nomina a nominibus antiquis plerumque non differunt, ex hodierno ejus urbis nomine حارث, in Vulgi ore ex حارس corrupto, novum peti potest argumentum ad lectionem חרם Jud. II. 9 defendendam.

» 297 » 2 a f. post *suavis*, leg., ex *vestibus* eorum, morti proximorum, fragrans.

» 301 » 10 post *Nābolosi*, add.: De urbe *Far:atā*, Jud. XII. 13 et 2 Sam. XXIII. 30 dictâ פִּרְעָתוֹן, in Libris vero apocryphis *Φαραθών*, et apud Josephum *Φαραθώ*, vid. Bertheau in *Comm. ad Jud.* XII. 13, collatis ibid. dictis ad Jud. V. 14. Locus ergo sic videtur nuncupatus esse a *situ alto*, et Forma arabica فرعاتا potius decurtata ex فرعاتان. Samaritani enim Vocalem *a* Vocali *o* substituerunt (vid. *Ann.* p. 194 et 212), et ultimam Literam, ut in *Baitā* pro *Baitān* (vid. *Ann.* p. 312), et ut Judaei in שילו pro שילון (ibid. p. 306), et in aliis nominibus, omiserunt.

» 305 » 14 pro n. *i*, l. n. *k*.

» 320 in f. » *Discipulo*, l. *Discipulos*.

» 327 l. 21 post *p. 132 seq.* add.: Vid. etiam de bello judaïco, sub Hadriano gesto, et de Aeliâ, ab eo conditâ et exornatâ, Krafft *die Topographie Jerusalems*, Bonn 1846, p. 224 seqq.

» 328 in f. post *cessit*, add.: De his *Cryptis* vid. etiam Krafft l. l. p. 83 seqq. et p. 130 seqq.

» 332 l. 6 leg. واقام الحج.

» 334 » 21 pro ى, leg. ى.

» 334 l. 2 a f. pro *vere*, l. *vero*.

» 338 » 11 verbis *II*, *p. 6* add.: Spectavit, ut videtur, Statuam Hadriani *equestrem*, de quâ vid. supra p. 332.

» 340 » 2 leg. آلآخِرَة.

» » » 15 » *Hymni* fortasse in çet.

INDICES.

I.

VOCES ARABICAE, IN *DISSERTATIONE* ET *ANNOTATIONE* OBVIAE.

II.

VOCES HEBRAEAE, SAMARITANAE, SYRIACAE, IN *DISSERTATIONE* ET *ANNOTATIONE* OBVIAE.

III.

NOMINA PROPRIA, ET RES PRAECIPUAE, QUAE IN *DISSERTATIONE* ET *ANNOTATIONE* MEMORANTUR.

A.

B.

M.

N.


O.

P.


IV.


LOCI VETERIS TESTAMENTI, DE QUIBUS IN *DISSERTATIONE* ET *ANNOTATIONE* SERMO FIT.

LITERAE SAMARITANAE.



In Notâ quae primae Codicis paginae inscripta est, legitur 764





Pro الجيهنة, p. 198 et in Indice, leg. الجيهنم.

ولـم يقدر يتملك ملك الا بـامـره [a] ولا يلبس تاجا الا بامره وكان لانقضا [b] ثلثة عشر سنين فقال للملوك انى اشتهيت ازور الكنيسة [c] الذى على جبل نابلس فتحششوا [d] كل العساكر وسار الملك والجيوش فى خدمته فلما نزلوا من نابلس ارسل الملك خلف جميع [e] الامم الذى فى نابلس ان يخرجون للقا الاسقف الاعظم فلما سمع السامرة [f] بذلك خاف خوفا شديدا وجمع كل القوم وقال اسنا الراى فى لوى سيرناه فلم يرد عنه خبر ولا شك انه هلك وهذا [g] الاسقف الذى قد وصل قد سمعنا انه راس امة الروم ويدعوه انه متعمق فى الكفر ويدعوه الروم

---

a) C. بملك الامره. b) C. بعضا. c) C. الكنسية. d) C. فتحشوا. e) C. جمع.
f) C. سار به. g) C. هذه.

السبب وما كانوا الروم يمكنوا احد من السامرة يختتن له ولدا الا جعلوا على بيوت
السامرة امنا من الروم يمنعوهم الختانة وكانت السامرة فى ذلك الوقت اذا ولد لهم ولد
يعملوه فى قفة ويغطوه [a] بصوف ويروحوا به الى المغارة يختتنوه تحت الارض على الشمع ثم
ان الروم ايضا منعوا السامرة من الطلوع الى الجبل وقالوا اى من طلع الى هذا الجبل يقتل
وعملوا الروم على راس الجبل طلسم وهو طير نحاس وكان يدور مع الشمس كيفما [b] دارت
وكان اذا طلع سامرى يزعق الطير [c] ابريوس فيعلموا ان على الجبل سامرى فيخرجون اليه
p. 254. ويقتلوه ولم زالوا بنى اسراييل فى هذه الشدة حتى قام ببا ربه وكان فيه روح نبة وغيرة
عظيمة فجمع ببا ربه كل الملة الاسراييلية فقال [d] الى متى هذا الشعب النجس مضا يقون
لك قوموا نطلع بنى اسراييل من هذه الضايقة ونغار لله تعالى كما غار ابونا فينحس وبقى
له الذكر الجميل الى اجل الدهور والان اعلموا اننى قد عزمت على هلاك الروم واطهر هر
جريزيم منهم ولم يتم لنا امر الا بهلاك هذا [e] الطير المثبت على القبة وما يتم لنا ذلك الا
بحيلة اوحاها الله الى وتعلمون ان هذه الوقت كفرة وملوك كثير [f] لهم والراى عندى اننى
ارسل لوى ابن اخى الى قسطونية الروم فيتعلم كلامهم وقاتهم ويفهم مذاهبهم ويجى فى زى
راهب قسيس لا يعرفه احد ولم يعرفوه الروم ايش هو ويجى الى هر جريزيم ويطلع الكنيسة
255. ويتحيل فى كسر الطير فاذا عدموه يتحيل ويتمكن من الطلوع الى الجبل ويطلب الله
عليه وينصرنا على اعداينا فقالوا كل القوم يا سيدنا [g] افعل ما حسن عندك فقال اعطونى
خطوطكم انه بعد مجيه تقف نفوسكم منه ففعلوا ذلك فقدم ببا ربه ابن اخيه الى بيت
يل بحضر القوم وقال له ابصر كيف تكون واجعل بالك فى تعليم كل شى واحذر ان
تبطل قراة التوراة ليلا ونهارا والله يساعدك فى كل افعالك وارسل لوى ابن اخيه فسار طالبا
قسطونية وكان لوى رجلا ذكيًا عارفًا حاذقًا عفيفًا فيه كل فضيلة ووصل الى قسطونية
وطلب التعليم واجتهد ونال ما طلب واقام يقرا مع ذكاه مدة سنتين ولم بقى فى الروم
256. كلهم اعلم منه وارتفع فى العلم حتى عادوا الروم يمشوا الى خدمته ومن بلاغته [h] فى العلم
جعلوه الاسقف الاعظم فارتفع الى المنزلة العلية عندهم حتى صارت الملوك يمشون الى بابه

---

a) C. يعطه. *b*) C. كيف ما. *c*) C. الطى. *d*) C. فقال omittit. *e*) C. هذه.
f) In Cod., a manu *arabicis* literis utente, scribitur عواملوك, et deinde literis *samaritanis* legitur: الوقت كفرة وملوك كثير. *g*) C. سيدينا *h*) C. لبلاغته.

وولدت رزق منها ثلثة اولاد ببا ربه بكره وعقبون ثانيه وفينحس ثالثهما ولما رزق الامام
نتنال بكره بقى حاير فيه كيف يختنه فان الروم فى ذلك الوقت منعهم الختانة وجعلوا
عليهم وكلا حتى لا يختنوا لهم ولدا وكان على باب دار الامام [a] نتنال متوكل من عند
الملك يسمى جرمن الرومى فلما رزق الربيس هذا الولد اخذه يوم الختانة وعمله فى قفة
وعمل فوقه صوف وتحته صوف وقال للخادمة الذى عنده خذى هذا الصبى واسبقينا الى
الحقل الى المغارة ونحنا نلحقك نختنه واننى لا يدرى احد ايش معك خذيه واخرجى
من باب الدار ونحن نخرج من خلف الدار فاخذته الصبية وخرجت فلما خرجت من باب p. 251.
الدار قال لها جرمن المتوكل اعملى بنة عليك [b] بقلب ولا تخافى ومضت الصبية بالطفل الى
المغارة وعادت كلام جرمن على الربيس نتنال وقال بخوف الامر لله هو وختنوا الصغير وعادت
به الخادمة كما كان ولما جات الى الباب قال لها جرمن ربيه فى السلامة يا وليدتى [c]
ثم انها لما عبرت عادت كلام جرمن على الربيس نخاف خوفًا شديدًا وقال من اعلم جرمن
يخبرنا ما اكسر غيظه [d] الا باموال كثيرة [e] ودخل الربيس وخرج [f] لجرمن المتوكل على
بيته بملو حفنيه ذهبا فقال جرمن للربيس ما افعل بذلك الا من هذه ثلثة دنانير [g] اخذ
حتى لا تقول اننى امكر عليك وانا بحق ما اعلم الملك بذلك فلما حلف جرمن للربيس 252.
طاب قلبه وعلم [h] الربيس لجرمن ذكرا وصاروا كلما ختنوا لهم ولدا فى مغارة يدعوا لجرمن [i]
ويقولون اللسان الرومى يرحم الله جرمن الرومى القسيس والى يومنا هذا يدعون له عقيب
كل ختانة وصاروا الروم يعملون شحم الخنزير فى كل ما يوكل ويشرب حتى يضمنوا [k]
وغلقت بيوت الصلاة التى لنا ومنعونا من الطلوع الى الجبل بالطلسم الذى عملوا فوقه ولم
زلنا فى هذه الضايقة والشدايد العظيمة مدة عشرين [l] سنة حتى فرج الله لنا وخلصنا من
يد الكفار ذلك على يد ببا ربه ✿

٥٠ خبر ببا ربه وما جرى له مع الروم ✿

لما زال الملك من بنى اسراييل وملكت الروم حكموا [m] ودرسوا كثير من السامرة 253.
تحت حجارة الردود [n] حتى يكفرون ويسجدون الاوثان وأُفنوا كثير من السامرة [o] بذلك

a) C. الام. b) C. علك. c) C. ولدى. d) C. عيصه. e) C. بمالا كثيرا. f) C. واخرج. g) C. دانير. h) C. عمل. i) C. لجرون. k) C. يطمنوا. l) C. عشرون. m) C. ويحكمو. n) C. حجارت البدود. o) C. اسام.

٤٨ خبر [a] عقبون الامام ☼ p. 247.

وقيل له اخ الملك كل شى فى بيتك وصار الى الملك وقال عقبون الكل لله هو وانا
اسلمت روحى لله ولا اجد ربى ومضوا ومسكوا رجلين من اولاد الايمة وقالوا لهم الحون [b]
الى الهنا وامضوا الى بيوتكم سالمين فامتنعوا وقالوا ما نفعل ذلك فقتلوهم بالعقاب ورموا
جثثهم برا من السور الذى هو سور سبسطنية [c] ومن حكما [d] اسراييل صلبوا جماعة ستة
وثلثين رجلا على [e] باب نابلس فى ذلك اليوم كانت تربئة اسراييل مثل تربية [f] لا امام فيهم
ولا حكمة ولا تعليم شريعة ولا كان احد فى ايام [g] هذه الملوك يقدر يتعلم فى توراة ولا
248. واحد [h] فى الف واثنين فى ربوة ولم زلوا بنى اسراييل فى هذه البلا الى ان قام بابا ربه [i] ☼

فى تلك الايام عرف عقبون زوجته وحبلت وولدت ابن واسماه نتنال وهذا نتنال هو ابو
بابا ربه الذى اكسر الطير النحاس الذى كان على الجبل يحرمهم الطلوع اليه وذلك فعلوه
الروم والسحر وبعد ذلك توفى الامام الكبير عقبون وقبل يتوفى فى هذا الوقت قال لنتنال
ابنه يا ولدى لا تلتفت الى هذه الاوقات والى هذه الشدايد ولا لقوة اعدا اعلم ان عن
قليل تزول هذه الشدايد وهذه الشدايد امتحان من الله لنا ليتبين ان كنا نصدق ارواحنا
ولا [k] نتخلا عن عبادة الله الهنا يا ولدى هذه الشدايد والضايقة تزول والله تعالى قادر يزيلها
عنا واخذ الامام عقبون يوحى لابنه [l] فى امتثال ذلك ويدعى له [m] ويقول له يا ولدى احذر
249. تعبد غير الله ولو درست [n] تحت الحجر الله يقويك على عبادته والله يقيم منك من يقوى
على هذا القوم الكافر المضايقين واستجيب من الربيس عقبون فى ذلك الوقت كل ما [o]
دعاه اولده لان قام من ابنه بابا ربا وكان منه ما كان مع الروم وفى تلك [p] الساعة توفى
الامام عقبون وانتقل الى قومه نفعنا الله ببركاته وحزنوا عليه كل اسراييل وبكوه
ثلثين يوما ☼

٤٩ خبر ما جرى على نتنال من الروم بعد وفاة ابيه [q] ☼

250. لما توفى الربيس عقبون وانتقل الى قومه اخذ [r] نتنال الامامة عوض ابيه ونال زوجته وحبلت

---

a) C. uno tenore hoc Caput et praecedens copulans وجا وخبر. *b*) C. الحون. *c*) C. سنسطنه. *d*) C. حكا كمه. *e*) C. عل. *f*) C. كانت تربيه اسراييل مثل تربيه. *g*) C. لانم. *h*) C. الا واحدًا. *i*) صل, id est فَصْلٌ, postea in Cod. additur. *k*) C. omisit لا. *l*) C. ابنه. *m*) C. لح. *n*) C. ول درست. *o*) C. كلما. *p*) C. ثلك. *q*) C. وفات ابوه. *r*) C. اح.

يريدون هلاكك اكشف وانظر كيف احرقوا كل مكان كنت فيه بالنار فلما سمع
ادرينوس كلامهم قال نقتل [a] كل مختون وحكم بالقتل على [b] الضياع وعلى كل بلد
ومنع المصايغ ومنع السبت واعياد يريد يهد نابلس ويخربها مثل الحقول تخرب ولما سمعوا p. 244.
السامرة بهذه البلية العظيمة [c] هربوا وخافوا واختفوا من قدايم هذا [d] السخط العظيم ولم
يدخلوا بيت ولم يقيموا تحت سقف ولم بقى ماواهم غير البرارى والشعرا والمغاير وجا واحرق [e]
بيوت وصلب معلمين وقتل حكامه وكانوا يموتون فى الحبوس بالجوع [f] وكانت جثثهم
يرما ولا يقبروا كانوا يُوَدُّوا [g] الحقوق عليهم وعلى امواتهم وكانوا يعاقبوا فى القلاع وفى
الطرق ولما جا يهد نابلس ابتدا من باب المدينة من الغرب الى ان وصل الى [h] الاربع
اعمدة الذى من فوق الحدرة الذى بين باسين [i] ومسكوا هناك رجلا هاربا من القتل وهرب
قدام ادرينوس واستحلفه وقال له سالتك بحق معبودك يا ملك الزمان اسمع منى كلمة 245.
وبعد ذلك افعل فيه ما تشا فلما اقسم عليه سمع منه فقال المسلوك [k] ارسل اكشف سيرة
السامرة انهم يحرقون كل مكان يكون فيه اجنبى [l] من اثره يطهره وما فعلنا ذلك
لعض فيك ولا عداوة وما قالوا لك اليهود الا بمكر بحكم ان نحنا نساعدك على احصارهم
وبحكم ان نحنا احترناك فى الحال قال لا يرجع يقتل احد وحلا المدينة ولا يهدها واقام
على شبهه ثلث صور فى المدينة من فوق الاعمدة من مكان هرب الرجل من القتل
وصورتين على مجرى الما وبعد هذا مات ادرينوس لا رحمه الله ومات بالويل وبكل بلا
وكان ملكه احد وعشرين سنة سحق الله عظامه [m] وكان التاريخ من ادم الى موته
اربعة الاف وخمس ماية وثلثعشر سنة وسبع شهور وفى تلك الايام اخذ سفر الاخيرة [n] الذى 246.
كان بايديهم من ايام الرضوان واخذت الشيران والصلوات الذى كانوا يقولوها على القرابين
كل قربان يحسبه والشيران الذى كانوا يقولوها فى ايام الرضوان وكل هاولاى مكتبة
محفظة جدا جيل بعد جيل فى زمان الرسول الى ذلك اليوم بيد الايمة الكبار واخذ سفر
الايمة الذى لهم الذى نسبتهم فيه الى فينحس وراحت تواريخ مواليدهم وسنين حياتهم فيها
ومن هذا ما وجد سفر قديم ولا تاريخ غير الشريعة وسفر فيه حياتهم وكتبنا سنين حياة
الامام الكبير ونسبة من عقبون الامام الكبير وجاوا ۞

---

a) C. نقتل. b) C. عل. c) C. العظيم. d) C. هذه. e) C. احرق. f) C. بلجوع.
g) In Cod. primum scriptum est يدبو, deinde emendatum in يدو. h) C. عل. i) In C. بنى ناسى.
k) C. المملوك. l) C. اجنبيا. m) C. عصامه. n) C. الخيرة.

الذى يدخل اليهم منها الزيت والما والخل والعسل وفعل الملك كما قالوا اليه وارسل ايضا
احضر السمارة افريم ومنشيه وحاضروا [a] معه على بيت المقدس وضيق عليهم حتى اكلت
241. المراة بنتها والرجل ابنه وقام عليهم وعبدوا [b] الشريعة ولما راوا نفوسهم عادمين كل شى طلبوا
الامان ولما فتحوا اوصا [c] ادرينوس لا يحرقوا الهيكل حتى يدخل ولما دخل اخذ الكاهن [d]
الذى للبيت [e] وقال له هذا المكان على اسم من بنى قال له الكاهن بنى على اسم
خالق الخلق فلما دخل الى المكان نظر صورة مصورة وعلى جانبها وثن فلما راها قال
للكاهن هذا على اسم خالق الخلق بنى وعمل فيه هذا واخذه للعقاب وخبره انها حيلة
عملوها اليهود يعبدون [f] الوثن ووصا [g] هرون انهم يعبدون خالق الخلق وهذا الملك السو
خلص افريم ومنشيه من القتل واقام [h] ادرينوس فى المدينة [i] صورة على العمود من شان افريم
ومنشيه يبين لهم حاله وهو هناى الى اليوم واقام ايضا صورتين وسمى صورة الاولة على اسم
242. افريم وصورة اخرى على اسم منشيه ووصا مقدمين اليهود ان لا يعبر بين يديهم احد الا من
وراهم وهم على حالهم الى اليوم وخرج ادرينوس من هناك الى قرية الاربع هى حبرون وعمل
مثل ما عمل فى بيت المقدس ومنشيه قال لادرينوس اعمل على اسمى [k] جرسًا ويكون
الجرس يضرب على اسمى وكذلك فعل وخرج من هناك الى نابلس واراد ان يهدها فبينما
فى مرج البها واش على ان مره ويقولون [l] ان فعل هذا بجل يسبيل [m] هرجا تبطل وتتغير [n]
شواعده بنابلس فى طريق [o] الحلاحل [p] واجتمعوا يقولون [q] له كما قدرت اعفى وجعل الله
فى قلبه رحمة وحلاها ومن شيع قنابل [r] فى نابلس وبنا هناك قرية [s] فى هر جريزيم على اسم
243. والده سقرس والابواب الذى كانت على بيت المقدس النحاس الاصفر المصفحين بالفضة
المنقوشة بالذهب الذى كان سليمان قد عملهم لم يمكن مثلهم احدهم باليد القوية
وحملها وجعلها على باب القبة الذى عمل فى تخم الجبل الذى على نابلس وبعد ذلك
مضى ادرينوس [t] الى رومية واجتمعوا السامرة وطهروا الاماكن الذى كان فيها ادرينوس وضمروا
لهم اليهود ضميرا رديا ومضوا الى الملك وقالوا له انظر كيف انت فى عون [u] السامرة وهم

---

a) C. habet: افريم ∴ يحاصروا. b) C. وعبد. c) C. وصا. d) C. الكاهنه. e) C. للبيت.
f) C. عبدون. g) C. ويص. h) C. وقام. i) Haec sententia a voce ادرينوس ad ووصا in C. sic legitur: صورة على العمود من شان افريم ومنشيه يبين لهم حاله وهو هناك الى افرايم وصورة اخرى على اسم منشيه فى المدينة ووصا. k) C. سمى. l) C. ويقلون. m) C. بحل سبيل. n) C. وتتعير. o) C. فطريق. p) C. الحلاجل. q) C. يقلون. r) C. سيع قنانى.
s) C. قره. t) C. آ. u) C. عرن.

هناك بلد يسمى ياسوف وكان فيها اخوين اقريم ومنشيه سامرة وكان قد طلع رجل
p. 238. يهودى ومعه فوج حمام فراخ يريد يدخل بهم يقرب فى بيت المقدس على خطيته [a] بات
فى ياسوف احذوا الاخوان الفوج [b] الفراخ ذبحوهم وعملوا عوضهم فارين كبيرين وقام الرجل
فى الليل الى الكاهن المقيم فى البيت وقال له قرب عنى بهذا الفوج [b] الفراخ فلما فتح
الكاهن القفص فاصاب خب الفارين [c] فاخذ الرجل يقتله فقال حيلة [d] عمل عليه انا بُتُّ فى
موضع فندق فى ياسوف وما كان هناك الا صبيان سامرة وسرت انا فى الليل [e] من خوفى
يفوتنى القربان اقرب عن خطيتى وما علمت ان هذه الحيلة تمت عليه وارسلوا الى الفندقانى
واخذوا الاخوين [f] للعقاب وقرّروا [g] انهم فعلوا ذلك فامروا بقتلهم فقال بعضهم ان قتلناهم يصير
كرهم بل يكونوا بين يدى البيت يخدمون طول عمرهم ياكلون الشوك الذى هو قوت
239. الطير ويشربون الما وينامو على التراب وبعد ذلك نزل ادرينوس الى بيت المقدس وحاصرها
وكانوا اليهود الذى خرجوا من السراديب [h] الذى عمل سليمان بن داوود الى ريحا واخر
الى لد ويخبزوا [i] لهم ما ياكلون ويحضرون لهم من كل شى ويطلعوا من على السور [k]
ويقولون لهم انظروا ما يفعل ربنا بنا ينزل علينا القوت كما كان يفعل معنا فى البرية
كذلك ثانيا [l] يفعل وكانوا يرموا لهم من فوق السور الفاكهة الرطبة واليابسة وغير ذلك
من الاشيا ويقولوا لهمّ كلوا كما ينزل ربنا علينا ويقولون خذوا لكم من عندنا ذبايح
للملك فان ربنا كلما نحتاجه ينزله علينا كما كان يفعل معنا فى البرية كذلك يفعل
240. معنا وكان ادرينوس قد عول عليهم ما قد تعب وظن كلامهم صحيح فلما جرى ذلك الامر
اجتمعوا الاخوان [m] افريم ومنشيه وكتبوا رقعة وعملوها فى طين ورموها من فوق السور الى
ادرينوس الملك ووصلت الى الملك ففتحها وقراها وصار [n] فيها مكتوب لا تظن [o] ان كلامهم
صحيح فان اردت [p] ان نحن نعرفك كيف تفتح البلاد بل بحق ما يقدرك على الحروب
خلص ارواحنا من القتل [q] فان اردت تفتح البلاد ارسل الى [r] ريحا [s] والى لد واضبط اثمام
المغاير وما يدخل شيا اليها ولا تخلى تدخل [t] اليها وامسك بيت لحم واكسر القياتة [u]

---

a) C. حطمته. b) C. الزوج. c) C. حب فاين. d) C. حليه. e) C. البل. f) C. واخذوه الاحين. g) C. وقروا. h) C. السرادين, et deinde post vocem داوود legitur سرداب. i) C. ويحبوا. k) C. الصور. l) C. كحلك ب. m) C. الاحين. n) C. وصاب. o) C. تضن. p) C. ارت. q) C. قتل. r) C. ال. s) C. ربها. t) C. تحلى يدحل. u) C. القياه.

نكست النسور فهبطت به الى ان استقر فى الموضع الذى بناه الاسكندر واسماه
p. 234. الاسكندرية ثم انه اتى [a] الى طور بريك واعترف بانه اشرف المواضع واكثر تسبيحا لله
عز وجل ثم اخذ يقلد اصحابه الاقاليم الى ان اتى الى ساير الارض فلما نظروا اصحابه خيره
على بنى اسراييل وراته عليهم وانه لم يلخهم منه كبير امر ولا صغير فعل حسدوهم وقالوا
له اصحابه لم خالفت هذه الامة ساير الامة فى ترك الاقامة لما لم تستدعيه وتلتمس [b] منهم
من الاصنام والصور وامر فى ذلك الوقت الامام اعنى الامام الكبير ورييس بنى اسراييل ان
235. يقيموا له فى ساير مساكنهم اصنام وصور ثم قال لهم انا ساير الى مصر وعند عودتى اجد
ما امرت به ثم سار الاسكندر وجمع الامام الكبير ساير وجوه بنى اسراييل وصعدوا الى طور
بريك وصاموا وصلوا وسبحوا وابتهلوا الى الله جل وعز ففتح لهم قلب صالح فى ان يسموا
اولادهم باسم الملك الاسكندر وانفذوا الى كل مكان يتقدموا اليهم ان يسموا كل
236. ولد يولد لهم باسم الملك الاسكندر ففعلوا ذلك فلما كان بعد ثلث سنين عاود الملك
الاسكندر وطلع من مصر فلما اتى الى اقطاع بنى اسراييل لم يرا فيهم قايمة ولا صورة فانكر
ذلك واستحضر وجوه القوم واستعلم الحال منهم فاستجابوا [c] انهم قد اقاموا [d] له صورة تنطق
وتتحرك مبالغة فى الطاعة ومسارعة فى الامتثال ثم احضروا اولادهم فى الوقت الحاضر فاجتمع
لهم عدة كبيرة فقال لهم ما اسماكم فقالوا نحن عبيد الملك الاسكندر مسميين [e] باسمه
فسر الملك وتلامذته [f] فحسن عندهم ما فعلوه فلما راى الامام سرور الملك بما جرى فانبسط
وقال له سبب تركنا القيام الاوثان خوفا من ربنا عز وجل نهانا عن ذلك فلما راى تعالى
ذكره وجل اسمه خالصة النيات ابح لنا ان نجعل اولادنا عوضا عن الاوثان فاستحسن الملك
237. منهم ذلك ثم قال لهم انا اعلم ان الهكم اله الالهة ورب الارباب ثم ان الملك اعطاهم [g] عطايا
ويحفا [h] شكر فعلهم ولله الحمد والمونه [i] على لبه نسال له [k] الرحمة والمغفرة

٤٧ خبر ادرينوس وكيف اخرب القدس وما جرى له مع اثريم ومنشيه

لما ملك هذا الملك اسمه ادرينوس بعد الاسكندر نزل الى مصر وقتل جماعة من النصارى
ممن اعتقدوا بالمسيح وبنا بلد فى الحاجر ونزل وحصر بيت المقدس وقبل ذلك كان

---

a) C. اتاه. b) C. وتلتمسه. c) C. فاحتاجوا. d) C. قاموا. e) C. مسماييين. f) C. وتلامذته. g) C. اعطهم. h) C. ويحفا. i) C. والمانه. k) Pro نسال له Cod. نساله.

ولابس ثيابه قايلا له لا تخف باطش تملك فارس فاننى جاعله بيدك ان الله معك فبطش به p. 229.
وقتله وكل امة كان يملك فكان يامل ايمتها ليرى [a] مثل تلك الصورة فما راى فلما اتى
الى صور ليفتحها كان يسكن محيط بها قوما من السامرة فاستدعاهم الاسكندر
ليصوره فلم يقبلوا لانهم كانوا حالفوا القوم فعتب عليهم وتوجه الى ناحية نابلس فلقيوه اهله
فلما شاهد صورة الامام الكبير بادر منحدرا من دابته ساجدا له فلما راوا تلامذته [b] ما فعل
بادروا ونزلوا وسجدوا فعجبت كل هذه الطايفة لما كان قد عمل عليه من هلاكهم
فقالوا له اصحابه حقيق ان يكون هاولاى القوم سحروك فقال لهم ما احكموا والله ليس 230.
لى [c] سحر الا بوجدى خرجت ولكننى فى وقت خروجى الى [d] ديروس لقينى رجلا مثل
هذا الشخص وعلى صورته فقال لى اخرج الى ديروس ولا تخف فانك قاتله وكذلك كان
واحب الاسكندر السمارة واحسن اليهم وقال لهم ان الهكم اله الالهة ورب الارباب وفتح
الاسكندر كل البلاد الهند وفارس والروم وغير ذلك ثم حملته الهمة الى ان اراد يشاهد 231.
ساير الارض ثم دبر له دخوله فى الظلمات على حمير اناث لهن اولاد ففعل وربط الاولاد فى
الضيا ودخلوا مسيرة ثلثة ايام فى الظلام [e] ثم اخذوا التراب الذى على الارض وخرجوا فتاملوه
عند كونهم فى الضيا فوجدوه التراب الذى معهم يواقيت وجواهر فندم من اخذ منه انه
لم يزداد ومن لم ياخذ على ترك الاخذ فقال لاصحابه وحكماه متى الحق اشاهد ساير 232.
اقطار العالم بالسعى [f] والحركة فقالوا له حكماه واصحابه ان اردت تشاهد الدنيا فى وقت
واحد وفى مدة قريبة ادعى بنجارين حكما فامرهم يصنعوا تابوتا له لوالب والة تكون
بحركة تصعد وتهبط واتخذ اربعة نسورك [g] مربيات [h] واربطهم لاربع زوايا التابوت وعلق
اللحم فى اعلا التابوت حيث لا تصل النسور اليه فان النسور تطلب اللحم فتصعد اليه
فيشتال التابوت فى الجوا الى ان يرتفع فتشاهد البنيان وما حوله فاذا بلغت الارادة ادرت [i] 233.
اللوالب فتنكس اللحم وتنهبط النسور فى طلبه وتنزل بالتابوت الى الارض الى الموضع
البسيط [k] الذى تشا ففعل الاسكندر كذلك وصعد فى الجوا الى ان راى الارض ثم

---

scribitur دربوس, quod alius, insertâ ى post د, mutavit in ديربوس; deinde p. 230 bis legitur ديروس.
f) H. l. et deinde in Cod. legitur ار.

a) C. ليرا. *b*) C. تلماته, quod deinde emendatum est in تلمداته. *c*) C. pro ليس لى habet لى. *d*) C. ال. *e*) C. الضلام. *f*) C. باسعى. *g*) C. نسوره. *h*) C. مرباه. *i*) C. ادرتت. *k*) C. بسيط.

على ما دل عليه كتب من ايام بعد موسى النبى عم ببيت المقدس واحضرت الكتب وقريت
بحضرة الملك فلما تامل ذلك الامر ان يكون مقصد الجماعة طور بريك فاجابه زربابل
وقال له ايها الملك الكتاب الذى معى يدلنى على بيت المقدس والقرابين فيها تجبرنى p. 224.
على ان اصعد اقرب على طور بريك فاجابه سنبلط الليبوانى قايلا للملك الكتب [a] الذى مع
زربابل زور وكذب اذن لى حتى ارميها الى النار وهذا كتابى ان كان له استطاعة ياخذه
يرميه فاذن الملك لسنبلط ان يرمى كتب زربابل فى النار ففعل ذلك واحترقت ثم اذن
لزربابل ان يرمى كتاب سنبلط واخذه وفتحه وامتنع ان يرميه وقال كتبى لى وحدى [b]
وكتاب المقدسة له ولى فاجاب الملك قايل لزربابل ارا كتبك باطل لم امتنعت من رمى 225.
كتابه ثم خاف من القتل واخذ التورية ورما بها فى النار فخرجت منها ثم استاذنه فى
رميها دفعة ثانية ولم يلحقها من النار شى ثم ابتهل بين يدى الملك يساله ان يرمى الكتاب
دفعة ثالثة فاذن له فاخذها وبصق فى فصل منها ورماها الى النار فاحترق موضع البصاق
ووثبت الى حجر الملك فسخط الملك فى الوقت على ولد يهوده وقتل منهم ممن حضر 226.
فى الوقت ستة وثلاثين نفسا وكبر سنبلط عند الملك هو وجماعته واعطاه الملك عطايا [c]
وتحف وتطويق وتسوير [d] وخلع عليه الخلع الحرير وقدم وجوههم وسيرهم وكل عدة اسراييل
الذى عادوا من الجلوة الاولة وكان عدتهم ثلثماية الف رجل وثم ايمانهم بعد كفر
وهدايتهم بعد ضلالة وقبلهم الله وفك اسرهم من الجلوة برحمة منه لهم ورافة عليه وتذكار 227.
منه لعهود ابرهيم واسحاق ويعقوب عم وانفذ الملك الى ساير الفرس السكان فى اقطاعهم
فنقلهم عنه الى بلادهم ودخل القوم الى اقطاعهم وهو مقدسهم وعملوا الآلة الذى كانت
مثلها فى الهيكل وقربوا عدة قرابين فاعطيت الارض خيراتها وعادت الى حسنها وزخرفتها
ومع تمام هذا الفعل فما قبل منهم ولا غشاهم ما كان يغشا اولياهم من القدرة ولكل حال 228.
سبب ولكل منا مستقر والله نسال العون على ما من به برحمته وعليه المتكل ✿

٤٦ خبر الاسكندر ✿

مبلغ السنين من ادم الى ملك الاسكندر ثلثة الاف وتسعة ماية وثلثين سنة ولما عمل الاسكندر على قتال ديروس [e] الفارسى راى [f] فى منامه ملاك ينزل من السما فى زى امام

a) C. الكتتب. b) C. واحدى. c) C. عطايه. d) C. تشوير. e) A primâ manu in Cod.

وملك العباد واطاعته الملوك ورد امر ساير ملوك الشام ومضوا الى ملك القدس واتفقوا معه
على الدخول تحت طاعة [a] بختنصر والدخول تحت اراداته فقاموا اثنعشر سنة فلما كان
فى السنة الثالثة عشر خالفوا وعصوا فاعذرهم وانذرهم فلم يرتعدوا فسار اليهم فى السنة p. 218.
الرابعة عشر فاهلك من لقيه منهم وقصد القدس فحاصروا الى ان فتحها وقتل فيها قتل عظيم
واخذ ملكها وقور عينيه وانفذه الى بيت آ واحرق ساير البنيان والعمارة التى احكمها
سليمان بن داوud ثم انه عدل الى بلادنا اعنى [b] هذه البلاد ونادا فيها من وجد فيها بعد
سبعة ايام مقيم فقد حل دمه ثم اخذ فى كد الناس ويسيروهم الى كل بلد واحضر قوما 219.
من الفارس [c] واسكنهم فى هذه البلاد موضع بنى اسراييل وحصلوا فى اقصى الدنيا مبددين
مشردين فى البلاد المشرق والمغرب وصحت كلمة التورية المقدسة ويبددك الله فى كل
الامم من طرف الارض والى طرف الارض فلما كان بعد حين وردت كتب الفرس المقيمين
عوضهم فى الشام باحرام الارض غلاتها وثمارها وانه عند ما تسحن الثمرة تحل بها الافة 220.
المهلكة فوردت الكتب بذلك الى الملك فاحضر وجوه بنى اسراييل واستعمل الحال منهم
فقالوا السبب فى ذلك ابعادنا وترك خدمة ربنا عليها ونحن نحمد الله على اختلالها الى
ان نعود اليها [d] ونخدم ربنا على الجبل المقدس ونقرب قرابين كما رسم لنا فى كتابه
على يد نبيه عمّ فاجابهم الملك امضوا وابنوا بيت ربك وقربوا واعبدوا ربكم كما جرت 221.
عادتكم وانا اعينكم فقالوا له اعطينا خط يدك الى ساير اخوتنا المبددين فى ساير النواحى
لانه لا يجوز لنا ان نعود الا باجمعنا فاعطاهم الملك خط يده ياذن لهم بالمسير الى الشام [e]
فانصرفوا من بين يديه فرحين مسرورين بما انعم الله به عليهم وانفذ الامام والملك كتب الى
كل موضع يقولوا اعلموا ان الملك ايده الله قد اذن لنا بصعودنا القدس وبنايه والقرابين عليها
بالخدمة المرضية وينبغى ان تبادروا انتم وحرمكم واطفالكم وساير مالكم لنجتمع ونسير 222.
ونمتثل ما رسم لنا من خدمة ربنا جل وعز فحضر القوم باجمعهم فقال ولد يهوده نجتمع كلنا
ونسير الى القدس ونعمرها ونكون كلمة واحدة ونفس واحدة فقال لهم ولد هرون وولد يوسف
لا بل تصعدوا الى طور بريك ونبنى القدس ونكون نفس واحدة وكلمة واحدة فثبتوا على
المنازعة الى ان اوجب اجتماعهم بحضرة الملك وحظاهم على هذا الباب واجتمع بنى اسراييل 223.
اصحاب طور بريك بكتاب موسى النبى عمّ ودلالته على طور بريك دون غيره واجتمع ولد يهوده

a) C. ضاعته. b) C. اعنا. c) C. الفوس. d) C. اليها. e) C. الشام.

واصلح له فيه على مثل الهيكل وبنا فيه المذبح واحد يذبح ويقرب فيه وكان له ولدين
p. 213. يجمعوا النسوة للصباح فى الهيكل ويتطوهن ويكلوا كل ما [a] حضر من القرابين من
الخمر وغير ذلك ويامر الناس بالسلام عليه ما من قبل ان يقربوا قرابيهم وقام هذا الرجل يدبر
قومه بالسحر مدة اربعين سنة والله تعالى تعالى يمهل له ذلك عزت قدرته وكان شامول من
سبط عرون الليوانى السحر والكفر لان والده كان سلمه اليه وهو ابن [b] اربعة سنين وقال
له هذا ولدًا قد رزقته على شهوة واندرا على نفسى انه يكون هذا الولد يخدم فى هذا
214. الهيكل فى ايام حياته فتسلمه الضال وعلمه وبصره وقوى فى عمل السحر مثله فتبارك الله
الذى لا يعاقب الا بعد امهال العاصيين والاحسان اليهم ✿

٤٤ خبر سبب هلاك هذا الضال [c] وولده وجماعته ✿

لما سمع الامم [d] بافتراق بنى اسراييل اجتمع منهم جماعته ممن كانوا سكان بيافا ولدّ
وبيت جبرين [e] وغزة وغير ذلك وعملوا على قصد الجماعة الذى بسيلون وخرج عسكر الضال
215. الى لقاهم فانكسر وانهزم وقتل من اصحابه اربعة الاف رجل ورجعوا الى اصحابهم وقالوا له
ان السبب هزيمتنا ان صندوق الذهب لم يكن معنا فسلم اليهم الصندوق واخرج ولديه
معهم وزين عسكره بخلاف الاول وكان من اجتمع من الامم قد رتبوا كمنا فعند خروج
عسكره اطبقت عليهم عسكر الامم وعمل السيف فيهم واخذ الصندوق وقتلوا الولدين فلطخ
216. من سلم ثيابه بدمهما واوفا الى والدهما وهو جالس على كرسى له فقال له بشرى منحوسة
لك ولولديك قد قتلا وثيابى ملطوخة من دمهما [f] وصندوق الذهب قد اخذ والسيف قد افنى
قومك فلما سمع مثل هذه البشرى طرح نفسه من على الكرسى الى خلف فانكسرت
رقبته ومات وسمعت كنته بهذه المصيبة وكانت حاملة فاشتد الطلق بها وماتت واستوفى
217. هذا الرجل عمله فى هذا الدنيا وهو المطلوب فى الاخرة فسبحان من لا يفوته امر ولا يغيب
عنه شى تبارك وتعالى ✿

٤٥ خبر بختناصر ملك الموصل ✿

الموجود فى كتب السير من افعاله انه ملك من ملوك فارس وكان قد فتح البلاد

---

a) C. كلما. b) C. بن. c) C. الطال. d) C. الامام. e) C. بيت جبريل. f) C. مدمهما.

فى الدهور السالفة امدك بملايكته وبجبروته اكنك برحمته احاطك برافته استودعك p. 208.
بتهليلاته اكتنفك بخاصته فتركت عبادته وكفرت باسمه العالى وعبدت من ليس له فى
رفع الضرر عن نفسه فتغافلتم عن من كفر فتغافل ربكم عنكم سترت عنه فستر تواجهه
عنكم ارشدكم سيدنا موسى النبى عليه افضل السلام فلم تصدقوه عرفكم فلم تسمعوا منه
علمكم فلم تطيعوه عاهدكم يوشع تلميده فعبثتم [a] به الى اين مهربكم من تجدوا لكم
ملجا من اين تجدوا لكم ردا من ينجيكم من اعدايكم قدرتم ان نصرتكم كثرة 209.
الرجال واذا النصرة حسن الاعمال اين من يعرف اوليانا اين من تشهد به قلوبنا اين من يرحم
اطفالنا اين من يسمع اصواتنا اين من يكفر اثامنا وخطايانا اين من يظهر عزنا اين من
يبين فخرنا هاهنا ووقع الندم حيثما [b] وعظم بكاهم واشتد عويلهم ثم انذروا على نفوسهم
ان يتذكروا هذا الحزن فى يوم الاثنين والخميس ابدا الى ان يعود اليهم رضوان الله 210.
جلت عظمته وهو العالم متى يعود ونساله ابعاد سخطه واسبال ستره بعظمته ورافته انه
سميع مجيب ✿

٤٣ خبر الرجل الضال الحاسد لولد فينحس الامام عمّ ✿

كان وقع الخلف بين ولد فينحس وبين ابن [c] عمه ايلى وتاويل اسمه المغتال الرجل
الضال من سبط ايتمر اخى [d] العزر الامام وكانت الولية [e] لسبط فينحس وكان المقرب على
مذبح النحاس ومذبح الحجارة وكان هذا الرجل المغتال ابن [c] خمسين سنة عظيم الايسار 211.
مستولى على بيت مال بنى اسراييل وقد حصل من علم السحر ما قد انضاف الى ايساره
وبذخه وغناه فمن عظم شانه عند نفسه جمع له جماعة ثم قال لهم انا الذى لا يجوز لى
ان اخدم صبى ولا ارضى لنفسى بذلك وارجو ان لا ترضوا لى انتم بذلك فاجابوه الجماعة
نحن تحت امرك وتحت طاعتك امرنا بما تراه فعاهدهم [f] انهم يتبعوه الى حيث يقصدوا
صبح نهار يوم الاثنين وقرب قربانا [g] على المذبح بغير ملح كانه لم يعلم وسار لوقته وعدته 212.
وجماعته ومواشيه وكل شى يملكه ونزل بسيلون ثم حزب بنى اسراييل وراسل وجوههم وقال
لهم من اراد ان يشاهد المعجزات فليسير الىّ فاجتمع له جماعة بسيلون وبنا له بها ناووسا

---

a) C. فعبثم. b) C. لا حيث. c) C. بن. d) C. اخو. e) C. a primâ manu الوليا. f) C. فعاهدم. g) C. قربا.

ويخدم يوم الثلثا ويوم الاربعا فلما كان صبيحة يوم الخميس شاهد تلك الظلمة هوذا
انتشرت وغطت اركان البيت فحينيذ علم ان الله جل وعز قد سخط عليهم ورفع نور
p. 203. قدرته ورحمته ورافته عن الموضع وعن بنى اسراييل فاخذ يجمع ثياب الهيكل وانية ذهب
وفضة فما كان معمولا من ايام النبى عم فخرج من قبة الزمان واباح الله له فى طور بريك
مغارة مفتوحة لم يشاهدها فى ذلك الموضع قبل ذلك اليوم احد واخذ جميع ما وجده فى
الهيكل وجعله فى تلك المغارة فلما خرج منها كتب على فمها بخط يده وثبت ما جعله
204. فيها وعلم فيها علامات ثم التفت فلم يجد مغارة ولا علامة ولا كتابة حينيذ رفع صوته
بالبكا والنحيب والعويل واجتمع اليه جماعة الليوانية والاثنا [a] عشر رييس المقيمين [b] معه
وكذلك السبعين الحكما يسايلوه عن بكاه وصراخه فعرفهم ما انكشف له فلما بان لهم
السخط والواقع عليهم وعلى قومهم شقوا ثيابهم ولطموا وجوههم ونكسوا رووسهم وجمعوا
205. جماعتهم واخذوا يعددوا ما كان الله جل وعز قد انعم به عليهم وما هوذا ينظروه من النقم
والجلا والغنا والبلا ويقولوا الويل لنا ولاولادنا بعدنا وما اعظم شماتة الاعدا بنا ما اكثر فرح
الاحزاب بك يا اسراييل ارتفع حافظك فمن ينظرك ارتفع ركنك فمن يسندك ارتفع ملكك
فمن يعضدك ارتفع سلطانك فمن يعزك سخط الرحمن عليك فمن يرحم ظهرت الايات لاجلك
خربت مصر بسببك بانت القدرة من جهتك انشق البحر لجوزانك هلك فرعون وقومه
206. لصونك نزل المن لقوتك حُلى الما المصبر لعطشك سمع صوت البارى لتعليمك اخرج الصخر
الما لامتحانك انهزم العملاق لقصدك اسكن البارى القدرة حولك لحفظك ووقع اسمه عليك
ليخافوا اعدايك منك جعل عمود السحاب دليل الاشفاق عليك اطبق جبلى وادى الموجب
لتعبر سالمًا اهلك سيحون وعوج لترث مدنهم ومالهم ابد [c] ملوك عمان وماب ومدين لتسلب
نعمهم اوقف ما الاردن ليظهر عزك وينص فخرك ويرفع ذكرك قتل سبع ملوك جبابرة ليعطيك
207. ارضهم ومدنهم وملكهم اتلف من اجتمع على قتالك استاصل شويك بن حمام ومن اجتمع
معه من الملوك على قتالك امر السموات والارض بحفظك ورعايتك رفع مناحس الافلاك
والكواكب عنك وعن بلادك احاطك بالسعد الاعظم والبركة الكبرى اقطعك ارفع المواضع
واجلنا باب الجنة سلم اليك ملك لا يفتخر [d] به غيرك افاض [e] عليك نعمته لم يُسمع بمثلها

a) C. والثنا. b) C. المقيمن. c) C. ابدا, deinde mutatum in اباد. d) C. يفحتر.
e) C. افاط.

ولا ولى يتامل الامور واسندوا الاحبار الى جماعة من اهل البدح من بنى اسراييل فكشفوا
لهم سر العلم واصطنعوا لهم من القوم ماية رجل وعملوه فى يديهم واخذوا فى التجبرة والعمل
فى [a] جبل قبلى طور بريك فاسمى [b] الموضم على جماعة عددهم المايئة ثم اخذوا فى بنيان
الموضع والقرابين للالهة [c] لا تجدى نفعا فى العاجل ولا فى الاجل ثم انتقلت الجماعة خوفا p. 198.
من سخط بنى اسراييل الى غربى طور بريك فعند مسيرهم تبعوهم مثلهم وحصلوا فى ضيعة
سند جبل فاسمى الموضع على عدد جملتهم المايتى فاقاموا به مدة يسيرة ثم انتقلوا منه وقد
كثروا وزادوا وتفرعوا واسمى الموضع على كثرتهم فرعتنا [d] ولم يظهر الله عتبه ولا سخطه حتى
انتها امر عاولاى الكفرة الى ساير وجوه بنى اسراييل فى ساير اقطاعهم فلما تغافلوا وتكاسلوا 199.
عن النهوض اليهم وعتبوا وخبثوا وكان بعضهم لحقهم ادبار وكسل وبعضهم مشغولا بملكه
وبساره وغنايه [e] وبذخه وقدران [f] الفقر له ارتكب الدنيا لم يصل اليه وبعضهم من اهل
الغيرة [g] وكان اكثر ارادتهم الضلالة [h] وارتكب الاوليا العما والتحير والخذلان واحسد
لسبط فينحس ووقع الخاف بينهم فلما تمت هذه الافعال القبيحة والامور الوحشية نفرت 200.
الملايكة [i] منهم وسخط البارى عليهم ورفع تواجهه عنهم وعن طور بريك وغاب النور الذى
كان يظهر فى الهيكل وارتفعت النار اللاهوتية التى كانت لا تفارق القرابين على
المذبحين وكمل الادبار بهم وانحسوا فيهم وعميت ابصارهم ونعوذ بالله من عدم التوفيق
وبه عز اسمه نستعين ۞

201. ٤٢ خبر موقف ابتدى الضلالة [h] بالقوم ۞

لما كان صبيحة نهار يوم الاثنين اول سنة احدا وستين وثلث ماية لملك الرضا المعروف
هذا اليوم بالنحس الاعظم والسوا الاكثر والغم الطويل والحزن العريض المشبه لليوم الذى
خرج فيه ابونا ادم من الجنة وهو اليوم الذى بشر فيه بموته وموت نسله عبر عزى الامام ولى
الله الذى تلف عزه وانهدم مجده وهلك قدسه وطفى نوره فى صبيحة نهار هذا اليوم 202.
المذكور [k] مناحسه الى الهيكل ورفع ستر البيت المقدس الداخل فلم يشاهد من علامات
الرضا شيا فنظر وهوذا ظلمة دامسة قد انتشرت وسحاب اسود داخل البيت فاقام يتردد

---

a) Ante فى in Cod. الا legitur. *b*) H. l. et deinde in Cod. فاسما. *c*) C. لا بلهيه. *d*) C. فرعتنا. *e*) C. وغناه. *f*) C. وقداران. *g*) C. الغيارة. *h*) C. الضلالة. *i*) C. المليكة. *k*) C. نهار هذا المذكور.

٤٠ خبر ولاة الرب وخدامة ايام الرضى فى المدة المقدم ذكرها ۞

لما قربت وفاة العزر الامام عمّ فعل كما فعل يوشع بن نون وجمع وجوه بنى اسراييل وعاهدهم
p. 193. واكد عليهم فى الطاعة وودعهم وودع الهيكل وعبد ربه وخرج متماشيا وروايح قدسه تشم
من الاقطار وسار الى كفر غويرة وخلع ثياب القدس التى كانت عليه والبسها لولده فينحس
عمّ ومات وقبر فى كفو غويرة وبكاه جماعة بنى اسراييل على رسم ابايهم وتولا بعده ولده [a]
وفعل كما فعل اباه فلما دنت وفاته عاهدهم وقرب وودع وسار الى كفر غويرة وخلع ثياب
القدس الذى كانت عليه والبسها لمن بعده من نسله ومات وقبر فيها وتولا بعده خمس
194. ولاة للرب وخدموه الخدمة المرضية وعملوا كما عمل من تقدمهم الى المدة المذكورة
وكانت ايامها مضبوطة [b] منظومة بالنور والسعادات السماوية والارضية الى ان تولا عزى اخر
ولاة الرب فى ايام الرضا وكان شابا وكان ملك ذلك الوقت قد توفى ولم يقم [c] ملك وكان
مبلغ سنين الارض [d] من ادم الى هذا الوقت ثلثة الاف [e] واربعة وخمسين سنة ولقد اجتمع
195. لهم جمع كثير قبل موت شمشم الملك حتى انه لو انتشر على الارض لملا الدنيا من كثرة
ما باركهم الله واعظم ملكهم واتفق ما قاله موسى النبى عمّ فى الخطبة التى اختطبها
باكل يعقوب ويشبع يسمن اسراييل وينظر الى اخر السورة [f] فى الشيرة الكبيرة وحينيذ
لساروا عن الطريقة التى وصاهم بحفظها وفعلها فحسبنا القادر المحسن الممهل للعصاة ۞

٤١ خبر ابتدى الضلالة لما توفى شمشم ملك ذلك [g] الزمان ۞

196. وهو كان الحاكم على بنى اسراييل اثر فى الامم اثارات عظيمة واهلك جماعة منهم فلما
انتصل بهم موته اجتمعوا واحتلفوا [h] واخذهم غيرة عظيمة وقروا فى كتب بلعام ان هاولاى
القوم لا يهلكوا ابدا [i] الا [k] بالكفر والنجس واخذوا يعملوا الحيل فى اكتساب عمل
السحر ولم يدعوا موضع متناهى فى البعد مرسوما بهذا الحال حتى انفذوا فى طلبه
197. وحصل لهم منه الجز الوافر مظهر الايات تجوز على العوام مثلها وانفذوا من احبار اصحابهم
ومعهم ذلك التعليم وحصلوا حول بيت الله ولم يكن فى هذا [a] الوقت ملك يضبط الامر

---

a) ولده in Cod. omittitur. b) C. ايام مطبوطة. c) C. يقوم. d) C. الرضا. e) C. الالف.
f) Huic vocabulo inscribitur ab eâdem manu, quae Codicem revisit الفصل. g) ذلك in C. non exstat.
h) In C. واح تحلفوا. i) C. ابدى. k) C. الى. l) هذا in Cod. omittitur.

صقع يكون طرفة عين حتى علموا ساير بنى اسراييل اصعاد القرابين على المذبح وقاموا
يصلوا وكانت الصلوة مقبولة والبركات متصلة والنعمة متكاملة والرحمة شاملة والاحوال p. 188.
مستقيمة والامور معلومة مفهومة بالنور والسعد وكان الاتصال بينهم وبين ربهم قريب وهذا
اختصار من جمل وكانوا بنى اسراييل يقولوا ويسالوا الله الهادى برحمته وهو حسبنا
ونعم الوكيل ✿

٣٩ خبر طول ايام الرضى الى حين ابتدى الضلال [a] ✿

ملك يوشع بن نون خمسة واربعون سنة فعند قرب وفاته جمع بنى اسراييل وعاهدهم
واكد عليهم يحفظوا ما دونه النبى موسى عم وقرب عنه وعنهم القرابين وودعهم وعمل قريب 189.
ما عمله سيدنا موسى النبى عم فى التوديع واختار اثنعشر رييس من جماعة التسعة اسباط
ونصف وامتحنهم بالعلم والعمل وطرح القرعة عليهم ببين يدى جماعة بنى اسراييل فى مرج
البها فخرجت قرعة الملك على رجل يعرف بابيل ابن [b] اخى كلب من سبط يهوده فقلده
الملك والحكم والبسه التاج ونادى فى الجماعة ان يطيعوا امره وامره ان يطيع ولى الله 190.
ويطالعه بكل احواله ولا يمضى [c] امر الى ما يعلمه به وتوفى يوشع بن نون عم وقبروه فى
كفر شويرة ومات كلب رفيقه وقبروه بجواره وتولا هذا الملك الجديد سياسة [d] القوم وسار
بهم احسن سيرة واتصل بملك ماب موت يوشع فانفذ [e] وجمع الجموع وزحف الى بلده فجمع
هذا الملك قومه ونصره الله عليهم ووقعت هيبته على بقية اعداه وفتح وزاد فى الاقطاع
وملك تسعة سنين ومات وتولا بعده ترفيع من سبط افريم فلما تقلده الملك سار اليه ملك 191.
عمان ونصره الله عليه واقام فى الملك المدة الذى [f] حكم الله بها له وتوفى ثم تولا بعده
الى انقضا [g] المدة المقدم ذكرها وهى مايتى وستون سنة تسعة ملوك مختلفة من
جميع الاسباط اقاموا فى ملكهم مايتى وخمسة عشر سنة وبقية السنين ملك يوشع بن
نون وكان اخرهم شمشم الملك وكان واحد منهم لا يرا لجميل والنصر العظيم على
اعدايهم وقوة وجمال وسعد وكمال يحكم اتباعهم اثار من تقدمهم وفعلتهم كافعالهم وقربوا 192.
كقرابينهم ✿

---

a) Cod. الطلال. b) Cod. ببن. c) Cod. يمطى. d) Cod. سياست. e) Cod. فانند.
f) Revisor orientalis Cod. التى. g) Idem revisor انقضى.

الرابعة ياكلها [a] الامام والخامسة مطلقة مباحة لكل احد وكان العبد العبرانى الذى
من عبد [b] فى سبع سنين يعتق ويزول عنه المملكة واذا احتاج الاسراييلى فباع ولده وباع
p. 183. نفسه كان الفدا له ابدا يحاسب بسنيه مثل الاجرة فاذا لم يوجد للعبد الاسراييلى من
يفكه لا قريب ولا بعيد يعتق فى سنة اليوبيل وكذلك اراضيهم التى تباع وكان فى
كل سبعة سنين تقسم الارض على الاسباط بالزايد والناقص وكان لهم ابدا روسا روزجار [c]
وشى يحمله الى بيت المال وكان البكر من الحيوان والزرع والثمار يحمل الى الولى
وكان لا يذبح احد شى من الضان والغنم والبقر الا على المذبح فى طور بريك الا ان
184. يكون معيوبًا ومن [d] السبعة اجناس مثل ايل واليحمور والجاموس والغزال والثيتل والزرافة
وكان لهم حكام ينصون عليهم الامور والنواهى فى كل وقت ليحفظوا ذلك حق الحفظ
وكان لا يقدر احد منهم يفعل منكر مثل كفر وغيره من السحر حتى ينكشف ثم لا
يدرى فاعل الفاحشة الا قد اخذ وهو فى اقصا الاقطاع وذلك من اظهار الجواهر الذى
كانت على الولى وكان هذا الولى يسقى المراة اذا اتهمها زوجها من ما الهيكل ويلعنها
185. ان كانت غدرت به وتنجست بغيره وان كانت برية الجهة ذلك فعادت [e] سالمة وان
كانت سقيمة انهتكت وهلكت فى وقتها ومثل ذلك ان لا يقتل قتيلًا براى [f] حتى يعرف
قاتله من احوال كانت تعمل ثم يظهر الحق وكانت الخطايا والسهوات [g] والاحوال الوحشة
الذى يفعلها العبد من غير تعمد يكفلها الولى الامام فى كل يوم الصوم وهو اليوم العاشر
من الشهر السابع يكون فية طهر الانفس والارواح مثل تشديد الخمير فى عيد الفطير وكان
186. مراتب الليوانيين بعضهم يكتب التوارى وبعضهم يكتب التسابيح والنسب وبعضهم يحفظ
بيت مال بنى اسراييل وبعضهم يحفظ الصعيدة الدايمة الراتبة والهدية المتواصلة فى الهيكل
وبعضهم يحفظ دهن المسحة وبخور العطور ونضوح القرابين والسميد والزيت [h] والاسراج
وبعضهم يحفظ آنية الهيكل وترتيبها وتفقد احوالها وبعضهم يختار البهايم من الغيوب وبعضهم
187. يذبح وبعضهم ينضح الدم على المذبح وبعضهم ينصب الذبايح وكل جيش مرتب لخدمته
لا يفارق ما رسم له وكان قربان الصعيدة الدايمة قبل طلوع الشمس وبعد غروبها وساعة تفرغ
الصعيدة على مذبح يضرب الكاهن بالبوق على راس طور بريك ثم يضربوا الايمة فى كل

---

a) Cod. يكلها. *b*) Cod. عبر. *c*) Cod. روسجا. *d*) Cod. tantum من. *e*) Cod. وعادت.
f) Cod. برى. *g*) Cod. والسهواتات. *h*) Cod. والزيد.

قوة الا بالله فسمعهم يوشع ومن معه مسجون فاوحا الله اليه قول للكاهنين يضربوا
p. 178. بالبوقين ففعلوا ذلك فافترقت الحيطان وربضت [a] فاطبقت العساكر على الاعدا وسمعت
ابواق الملايكة من السما وقال يوشع للنهار توقف لى فوقف وللرياح عونونى [b] فعانوه وكانوا
الاعدا يرموا من الشرق وريح الغرب ترد الرمية الى راميها وكذلك من ساير النواحى والرجل
الذى كانت الصاعقة معه لما حذف بها اعدت على الاعدا فقتلت منه الف رجل ولم يزل
السيف يعمل فى باقيهم الى ان غاص الفرس فى الدم الى نخرة حيناذ قال يوشع لقومه هذا
179. اليوم انقضا امر الاحزاب واحزاب الاحزاب كل بنى اسراييل يسبحوا ويهللوا للملك الملوك
ورب الارباب الذى نجاهم ووقاهم وحفظهم وخلصهم واستاصل اعداهم وكان الملك يسبح
ويقول الله المتجبر عنا فى الحروب الله اسمه وبنى اسراييل يتبعوه ويقولوا باجمعهم من
كمثلك متناهى فى القدس يا هول يا مطلع يا صانع المعجزات يا حافظ عبيده ومحبيه فى
كل موضع يحلون فيه وهذا فصل من فصول سيدنا موسى النبى عمّ فى تسبيحه على البحر
180. وكان يوشع يقول الله يحارب عنكم وانتم تصمتون وهذا من قول موسى النبى عمّ ايضا
وباتوا فى موضع القتال واستراحوا تلك الليلة ولم يقطعوا ذكر الله طول ليلهم بالتسبيح
والتهليل الى طلوع الشمس مطمانين من عدوا برهج عظيم وفرح وسرور وغنيمة بعد تلاف
اعدايهم ومحو ذكرهم والله الناصر الحافظ المراعية وهو حسبنا ونعم الوكيل ۞

181. ٣٨ خبر ما كان يعمل فى أيام الرضى ۞

ومبلغ [c] ذلك مايتى وستين [d] سنة وكان ترتيب ايام الرضى [e] فى ايام يوشع الملك ومن
بعده الى تمام المدة [f] على ما انا ذاكره وواضعه وهم يحفظوا السبوت والاجتماعات اعنى
الشهور والاعياد ويسمطوا الارض من تاريخ الملك فى كل سبع سنين سنة واحدة لا زرع فيها
ولا فلاحة بل لكل احد ما يحتاج وكانوا بنى اسراييل يسلموا لليوانية عشر كل ما [g]
182. يجيبهم ويملكوه من كل زرع وفاكة وحيوان وغير ذلك وكان الليوانى يسلم عشر ذلك
الى الكاهن الكبير وكان لبنى اسراييل عشر ثانى ينفقوه على نفوسهم فى يدى الله [h]
وعلى الايمة والضعفا واذا نصبوا فى الارض نصبة مجددة [i] كانت ثمرتها لا توكل الا فى [k] السنة

a) Cod. وربظت. b) Cod. عينونى. c) Cod. وملغ. d) Cod. وستون. e) Cod. hîc الرضا.
f) In Cod. ibi glossa inseritur بعد دخولهم الارض. g) Cod. كلما. h) Cod. فى الله. i) Cod. نصب مجدد. k) Cod. الا نى.

وخيلهم سود وستة الاف رجل لباسهم السواد وخيلهم بلق سوى الملونة والمشهرة كثيرة بغير
عدد واتصل غويث النسوان والصبيان وخرج من الرجالة ما لا حصا له وخرج نبيح راكب
مهر منمر مشهر يجرى مع الرياح وعسكره خلفه وهو يقول النار النار لا هدو ولا قرار وارتفع
p. 173. الصراخ الى العلو والتقت العبرة بالهوى حتى ان الطيور تساقطت وانهزمت من الريح العظيم
الى البرية ولم تهدا الوحوش فى اوكارها وشوهد منهم ما لم يشاهد فى ما مضى مثله فلما
دنا نبيح من المرج الكبير توقف حتى اجتمع عسكره واتفق ان والدة شوبك صعدت
الى منظر لها فى القيمون تعبد النير الاعظم على حسب عادتها فلما رات الكوكب المنير
اعنى نبيح طالع من الشرق فبادرت بالنزول الى ولدها وقالت له ان قمرا منيرا طالعا من
174. الشرق وحوله كواكب مضية يعنى نبيح وعسكره فان كان من اعدانا فيا ويلك وويلى
وان كان فى معونتنا فطوباك وطوباى فسخط عليها اذ بادرته بالويل فقتلها لا رحمها الله
ولبس الجوشن واخذ قوسه ونشابه محيط به لولو ومرجان فنادا فى عسكره وتقدم هو
فريد الى نبيح فلما قرب منه وشاهده قال له يا نبيح ما لك تنبح فاجابه نعم اسمى نبيح
175. ابن جلعد بن مكير بن منشه بن يوسف الذى له الملك من يعقوب بن اسحق بن ابرهم
القاتل لملوك الشام واطلقنى ربى لاحرامك ولهلاكك كما قتل ابى لابيك كذلك يقتل
ولده لولده وانت يا محرم يا نجس من انت فقال له انا شوبك بن حمام بن فوط بن حم
ابن نوح الذى باركه الله وقت خروجه من السفينة قف لى الى ان ارمى قبل واقبل ثانيًا
فقال له نبيح بالله استعنت لانك ترمى قبل وتقتل قبل اطلق يا محرم يا نجس فاطلق له
176. النشابة الاولة وكان لعنه الله رجل رامى متعمد لا يخطى فميل نبيح راسه وجازت عنه ولم
تلحقه ثم اطلق له النشابة الثانية فرفع نبيح نفسه فى الهوى فجازت بينه وبين سرجه فاطلق
النشابة الثالثة فلقيها بيمين [a] واخذ شوبك بن حمام يريد الهزيمة فقال له نبيح الى اين
تهرب [b] يا محرم يا نجس انا قبلت منك ثلثة شواهد اقبل منه شاهد واحد خذها من
اليمين الذى باركها الله وله القوة العظيمة ثم رماها [c] نبيح فارتفعت النشابة الى السما
177. ونكست فى راس [d] الرجل الى كبده والى [e] كبد فرسه وغاصت فى الارض خمسة اذرع
ملكى تكون اثنعشر ذراع بهذا الذراع ونبع فى الموضع لوقته عين تسما عين النشابة
الى هذا الوقت فلما شاهدوا بنى اسراييل هذه الاية صرخوا لله عز وجل قايلين لا حول ولا

---

a) Cod. بيميمن. b) Cod. تهبر. c) Cod. رماه. d) Cod. راسه. e) Cod. الى.

p. 168.
٣٦ خبر نسخة الكتاب ۞

كاتبتك [a] يا ابن [b] عمى حفظك الله ورعاك وانا كايب القلب ضعيف القوة باكى العين
صغير النفس مشرف على الهلاك وثلث مايه الف رجل معى قد تمت علينا حيل السحرة
انا وقومى مسجونين متحيرين داخل سبعة حيطان حديد وبين يدينا ستة وثلثين ملك بالفرح
التام والسرور العام ونحن من حيث الحزن والبكى والخوف وما تم علينا مثل هذا الامر الا
لما يريده الله تعالى من رفع ذكرك وانتشار امرك فالله الله يا ابن عمى مضعفا مقررا [c] وانا
169. تعلم ما بينى وبينك من العهود والمواثيق فانهض [d] لوقتك ولا تنام وان كنت نايم انتبه وان
كنت منتبه فاجلس وان كنت جالس فقوم وان [e] كنت قايم فامشى وان كنت ماشى
فاجرى فانى انا وجماعة [f] اخوتك منتظرين الفرج من الله تعالى ومن جهتك محبوسين داخل
سبعة حيطان حديد عند العجلون [g] وجماعة الاعدا بالقيمون فلا يلحقك فتور ولا قرار ولا
تصجيع ولا توقف واسبق الرياح الهابة واظهر ما ستذكر به الى اخر الدهور لسالفة بمشية
170. الله وعونه فلما فرغ يوشع من طى الكتاب قام بصبر الحمام الى ان يُربَط على جناحه بل
خطفه بفاه وسفق بجناحه وحلق ۞

٣٧ خبر نبيح وما كان منه ۞

قام يشعر نبيح وهو جالس على كرسى حكمه مشدود الوسط عليه لباس اخضر وعمامة
خضرى وهو فى نظر احكام حتى طرحت الحمامة الورقة فى حجرة ففتحها وقراها وتغرغرت
171. عيناه بالدموع وصاح صيحة عظيمة اضطرب المجلس لها ونادا بنفسه باعلا صوته معاشر اخوانى
وبنو عمى وعدتى الحقونى والحقوا اخواتكم فهم محبوسين داخل سبعة حيطان حديد
بالسحر فى العجلون [g] معاشر الناس العجل العجل وصاح من حوله صيحة عظيمة سمع
صوتها من افق السما ومن اقطار الارض الذى هى اقطاعهم وانشى [h] الصراخ واتصلت الاصوات
واجتمعوا للوقت كانهم كانوا على عدة من زمان ومن مدة ستة الاف رجال لباسهم البياض
172. وخيلهم شقر وستة الاف رجل لباسهم الحمرة وخيلهم بيض وستة الاف رحل لباسهم الخضرة

---

a) Cod. كتبت. b) Cod. بن. c) Cod. مكررا. d) Cod. فانهظ. e) Cod. فان.
f) Cod. وجماعت. g) Cod. اللجون. h) Cod. انشه.

وارتجت الملايكة فى السموات والارض لصراخهم وركعوا وسجدوا وركبوا وساروا الى ان حصلوا بالقرب من العجلون [a] ✿

٣٤ خبر ما لحق بنى اسراييل فى هذا الموضع ✿

لما حصلوا بنى اسراييل فى العجلون [a] لم يحصنوا [b] حتى حصل يوشع ومن معه داخل سبعة حيطان حديد وتمت حيلة السحرة فيهم لتمام امر الله تعالى من ارتفاع ذكر نبيح
p. 165. ملك السبطين [c] ونصف الذى خلف الاردن وما تم من هذا الفعل شى الا للافتخار بذكر نبيح واشهار اسمه ومنها انه لو انهزموا الجبابرة لجازوا بهم على تعبة واتبعوهم وكذلك كان فى نفوسهم ومنها لاشتهار مبلغ راية الهة الجبابرة وان فينحس ولى الله ضرب وحده بالبوق وحل كل ما [d] عملوه السحرة من تحيير ومنها تحيير الملك يوشع الى ان قويت نفوس الجبابرة وطابت قلوبهم وجلسوا مطمانين ليجوز عسكر نبيح من الشرق ثم ينحل السحر
166. من الغرب ويخرج العسكر ريطبق [e] على الاعدا من كل النواحى حتى لا يسلم منهم احد الان [f] هذا الحرب اخر حرب شاهده يوشع الملك اذا كان قد قرب وفاته وسنذكر ما جرى حتى كان السامع مشاهده فيعجب من هذه الحيلة العظيمة ويسبح من هو قادر على كل الاحوال والارواح تبارك وتعالى وجل عنما يذكره الجاهلون عز اسمه وبه المستعان والمتوكل ✿

167. ٣٥ خبر كيف سهل الله خلاص بنى اسراييل من السحرة ✿

لما شاهد يوشع ما صار اليه بقى فى حيرة عظيمة ومخافة شديدة واخذ يتمنى على ربه حمام يحط عليه من حمام نبيح ابن [g] عمه فلم يفرغ من تمنية حتى حطت الحمامة فى حجرة فحمد الله عز وجل ثم شاهدها وتيقن بالفرج واخذ وكتب الى نبيح ابن [g] عمه ما انا ذاكره بمشية الله وعونه ✿

---

a) Cod. الملجون. b) Cod. يحطنوا, quae lectio ibi a Librario samaritano mutatur in يفطنوا.
c) Cod. الصبطين. d) Cod. كاما unà voce. e) Cod. وينطبق. f) Cod. احدالان.
g) Cod. بن.

ثيابهم فاتاهم شيخ من اهل السحر ووالدة شوبك بن حمام معه عارفة بالسحر تعبد النير الاعظم والسبعة كواكب ومعها جماعة من اهل السحر والتخيل والبلا فهدوهم وقالوا لهم يا مدابير كسرتم العسكر قبل نظركم الاعدا وامتم نفوسكم قبل وقتها وما هكذا يفعلوا وجوه العساكر بالرعية اهلكتم الناس بالتخيف وقتلتوهم بغير سيف اجلسوا بنا واعقلوا p. 160.
كلامنا واحضروا الرسول الذى انفذتموه وتبينوا صفاته فاحضروا الرسول فاخذ يصف الملك والهيبة التى حملها منه ويصف العسكر سبط سبط وامورا لاهوتية شاهدها واحوالا عظيمة عاينها ثم قال لهم الرسول معاشر الناس اقبلوا من رايى ولا تضعوا الى سواه قد شاهدت ما لم تشاهدوه واعلموا بما سيدهمكم بعد ثلثة ايام المبادرة [a] والهرب وترك ما ثقل والنجاة 161.
لانفسنا واموالنا انه امر جليل لبس بدون ولا قليل وان هاولاى القوم لا يجوز عليه سحر ولا حيلة كل اله تعبدوه [b] وتخدموه يهرب من الههم الذى يعبدوه اما سمعتم ما جرى على سيدنا وريبسنا بلعام ثم افتردوا السحرة ووالدة شوبك معهم واتفق رايهم انهم يعملوا لهم تحييره عن المجى اليهم واخذوا فى العمل وبنوا مذابحهم وقربوا قرابينهم واجيبوا الى ما سالوا وجلسوا يحكموا امرهم بالتشديد [c] والتجبر وامهل الله لهم ذلك لما يريده سبحانه 162.
وتعالى من تمام فعله ۞

٣٣ خبر يوشع الملك عند مسيره ۞

لما اراد يوشع الملك المسير اجتمع مع ولى الله العزر الامام عم ثم قال له اخرج ادعوا لقومك وباركهم واذا سرنا فعاود ولا تنزل قايما مبتهلا بين يدى ربك الى ان تسمع باخبارنا وخرج العزر الامام الى قبة الزمان فبارك القوم ودعا لهم واخذ يودع الملك ويبكى ويدعوا 163.
له بالنجاة والنجاح والصلاح والفلاح ثم امر الليوانية ينادوا فى العسكر كما امرهم سيدنا موسى النبى عليه افضل السلام فى التورية المقدسة عن امر الله كما قال اذا خرجتم فى الحرب على اعداكم ونظرتم خيل ورجال وقوم اكثر منكم فلا تخافوا منهم [d] ان الله الهك معك المصعدك من ارض مصر الى اخر السورة وفعل ذلك عند الفراغ من المناداة ضرب فينحس ابن [e] الامام عم وابن عمه ببوقى الارهاج وصرخ جماعة بنى اسراييل صوت واحد 164.

a) Cod. المابدارة. b) Cod. تعبدوها. c) Cod. بالتسديد. d) Verba فلا تخافوا منهم in Cod. omissa sunt. e) Cod. بن.

٣١ خبر الرسول وعودته وما كان منه عند وصوله اليهم ۞

لما سمع الرسول الملك وكلامه وقراة الكتاب والفاظه وترتيب العسكر واستقامة حاله
اخذ الكتاب وسار لوقته منكس الراس مخترق القلب متغير اللون باكى العين فلما وصل
p. 155. العسكر وجدهم مجتمعين فى القيمون فلما شاهدهم بَكى بُكا عظيم وصرخ صراخ عالى
ثم قال لهم يا ويلى عليكم ويحزنى بسببكم الى اين تسيروا الى بحر الظلام الى من لا
يسمع لكم كلام ولا يبلغكم سلام الى من انتم بين يديهم هبا منثور لا قرار لكم معهم
ولا ثبات ولا مقام كل امرهم جد ما بينهم هزل ولا غيبة قفوا على جواب الكتاب لتعلموا
156. ان الله على كل شى قدير وقبل ان اصف لكم ما شاهدته واعرفكم ما عاينته فلو اقمت
سنة ابينه واشرحه ما عرفت من ذاته ولا عرفت شى من صفاته ۞

٣٢ خبر قراة الكتاب وما كان من الاعدا عند قراته ۞

اخذ الكتاب وقرا على جماعة الملوك ومكتوب على عنوانه الى جماعة الملاغين العاصيين
الفاسقين الكافرين اهل البهتان والعصيان والنجس والخذلان الانجاس الارجاس الذى قد دنا
157. هلاكهم وقرب تلافهم من الاخيار الابرار اصحاب الطهر والنور والعز والتاييد والنصر والتمكين
المعروفين المشهورين المتجنبين المختارين المعتصمين بالله المنصورين بامره المكتنفين
تحت رحمته ورافته وهو حسبهم وعليه اتكالهم فبكوا [a] عند قراة هذا العنوان حتى سالت
عيونهم الدماع [b] ثم فتحوا الكتاب فقراه رجل حنون الصوت فاخذوا يلطموا وجوههم ينوحوا
158. على نفوسهم فى كل فصل حتى فرغوا من قراته فما تم الكتاب حتى انحلت اوساطهم [c]
وتنكست روسهم وانكسرت قلوبهم واستهلت دموعهم وذهلت عقولهم ولم يقدروا على النهوض
من مواضعهم ولا القرار فيه قد اخذهم الخبال والوبال ثم صرخوا باكيين وقالوا الويل لنا
ولاولادنا اهلكنا نفوسنا وهتكنا حريمنا انبهنا [d] اللبوة النايمة ثورنا الاسد الرابض خلينا
الفيل المربوط هيجنا الثور المشكول وخطلت [e] السنتهم فى افواههم مختبطة جدا معتقلة
159. لا يُفهم ما يقولوا ولا ما يقال لهم قد انطرشوا وانبكوا وحاروا وتحيروا ونفشوا رووسهم وخرقوا

a) In Cod. فبكون. b) In Cod. الدما. c) In Cod. اوصاطهم. d) Cod. انبهن نا. e) Cod. وحصلت.

السايرة حول عسكرى ليس انا جبار بل رب الجبابرة معى وطولى من الارض خمس اذرع p. 149.
ملكى ليس بلباس الدروع ايضا والجواشن والخوذ بل لباسى غلايل الاسمانجون والارجوان
والقرمز الملون وتاج الملك على راسى واسم ربى مكتوب على التاج راكب مهر ابيض جلد
من الارجوان وسرجه من الذهب الخالص هذا اوصافى وفخرتى مستندا بانبيا محاطا بالازكيا
رب العالمين عدتى وملايكته نصرتى وقدرته اعتمادى وهو الناظر فى اموركم دونى ودون 150.
قومى لا نومن برب سواه ولا بملك غيره وهو حسبنا ونعم الوكيل ☆

٣٠ خبر ما جرى قبل مسير الرسول من عند يوشع الملك ☆

لما سمعوا بنى اسراييل هذه الخطبة وهذه الاجابة خروا لله ساجدين وقالوا قولا سبحان
من هداك سبحان من انار قلبك سبحان من اضا نور عقلك سبحان من قدس روحك
سبحان من شرف نفسك سبحانه طيبت نفوسنا وقلوبنا قويت اوساطنا شددت روسنا رفعت 151.
ذكرنا عليت فخرنا اشهرت فخر اوليانا واهلكت اعدانا واستهلكت جماعتها [a] ونحن
المسارعين المبادرين [b] بين يديك الى انف البحار ولجج الظلام واحراق النار ومن الصواب
والراى لسيدنا الملك فيصله بانفاذ هذا الكتاب ففيه تلاف اعداينا وهلاكهم وكسر قلوبهم
ونياتهم بحول الله وقدرته ورسم الملك للوقت ان يعرفوه بجريدة احصا من اختاروا من 152.
العسكر وينادوا بان يركبوا للوقت فلم يكن ساعة حتى ركبت ثلث ماية الف رجل
كل واحد منهم معروف بالرجلة والشطارة مختارين لم يشاهد مثلهم ولا احسن من رتبتهم
وترتيبهم فعادوا اليه العرفا يقولوا له يا سيدنا ومولانا قد اجتمع لك ثلث ماية الف رجل
مختارة فان كنت ترسم ان تختار مثلها بادرنا بذلك ففى جرايدنا ثلث ماية الف رجل
اخر الا انهم مفترقين عنا واجتماعهم يكون فى اسبوع فاجابهم يوشع الملك يقول ان اراد 153.
يهلك اعدانا بست ماية الف رجل فهو قادر يهلكهم بثلث ماية الف رجل وامر باحضار
الرسول وعلم ان فيه فطنة فعاد قرا الكتاب على الجماعة بحضرته ثم قال له اشرف انظر ما
اجبت لى فى ساعة واحدة ممن لا احتاج اقف بمونتهم ولا اتفقد احوالهم والى ثلث ايام
يجتمع لى اضعافهم بحول الله وقدرته فعرف اصحابك بما شاهدته من امور الله جل وعز امر 154.
قومه فاننى ساير فى اثار كتابى بمعونة الله وحوله وقوته ☆

---

a) Cod. جماعتنا. b) Cod. المادرين.

مدن على خمس اصابعه وهى سدم وبنيانها واموالها وحيوانها ونباتها وامطر عليها الكبريت والنار والمالح من كان فى جملته مثل هذه الملايكة الوف وربوات الوف اى ملك يفتخر بانه يقف بين يدى هذا الملك العظيم شانه العالى مكانه الذى بعظمته هلكت الملوك وبطاعته امنوا المومنون اى عسكر يستقر بين يديه اى جبار يسير اليه اى امر عظيم يفوته
p. 144. انى اى موضع انهزموا منه اما سمعتم باشعارنا حين نقول لا حول ولا قوة الا بالله العلى العظيم اقبلت على السما وقف سمعوها الاصنام تساقطت [a] اعلموا انكم الماكولين الموخوذين المقتولين لا تجدوا موضعا تهربوا اليه ولا سندا تستندوا اليه اتلفتم واخلتم واهلكتم اقوامكم ورجالكم وانفسكم ورملتم نسوتكم ويتمتم اولادكم واشمتم اعداكم وقطعتم مرادكم قبل
145. اوانها واضعفتم قوتكم قبل حينها كفرتم بالنعمة فسلبها الله منكم عصيتم على الرحمة ففرغها [b] عنكم الله كانت الارض واسعة لكم لا مضيقة عليكم فى حال ولا مال ولا موضع ولا مكان اذ قد تعرضتم على من له الامر العظيم العالى وطعنتم للوجه [c] البالى وصحت نياتكم على هلاك القوم المقدسين المقربين الحافظين اولاد انبيا الله ورسله من قد قسم
146. لهم باسمه جل وعز انه يقطعهم هذه البلاد وهذا الرب تبارك وتعالى يقول لقومه انه يحفظهم كحفظ الانسان عينه يا من قد اعمى الله قلوبهم واذهل عقولهم واطفا ارواحهم واظلم نور ابصارهم اما سمعتم ما جرى من اوليانا على اولياكم لما سار جدنا ابرهيم الخليل عم وليس فى جملته غير ثلث ماية وثمانية عشر رجل الى اولياكم واهلك منهم خمس ملوك لم يسمع بمثلها ولم تستقر هزيمتهم الا بدمشق اما سمعتم ما لحق اهل مصر وما اظهر الله تعالى من
147. الايات والمعجزات بسببهم [d] اما سمعتم بان صاحبى قتل النيل بعصاته وسحق البحر بصلاته ووقف السما بهيبته ورد السخط بشفاعته وانزل الرحمة بكلمته وهزم العساكر بيده وبلعت الارض من عانده اما سمعتم بما جاز لنا فى البرية وبما لحق سيحون وملكه وعوج وتجبره وبلعم وسحره وملوك مدين وعدتهم وملوك الشام وعظمتهم اما سمعتم بما جاز لنا فى الاردن
148. وبما جاز لنا مع الملوك الذى تحزبوا واجتمعوا فى لقانا اما سمعتم انا دعوت ربى ان يطول النهار فعادت الشمس بعد غيابها ووقف لى النهار مثل سنة كاملة دفعتين كذلك يقف لى فى هلاككم ليس افتخر اننى جبار ولا تلميذ جبار ولا ولد جبار انا افتخر اننى تلميذ كليم الله الناسوتى الاهوتى وولد خليل الله اساس الانبيا وفرع الازكيا انا افتخر بربوات القدس

---

a) Cod. تتـاقطت. b) Cod. فرعها. c) Cod. الوجه. d) Cod. بسببهم.

العابدين للاوثان الراكعين للاصنام الساجدين للاجرام المطيعين للارواح الخادمين للاجساد
فلا سلام الله عليكم ولا على قومكم ولا انجح طريقكم ولا اصلح حالكم ولا رحم صغيركم
ولا رثى للكبيركم ولا بلغكم هواكم ولا وصلكم مرادكم واتلف حالكم وشتت شملكم p. 138.
وهو يفعل ذلك بهول قدرته وقدرة مشيته انه سميع مجيب ذكرتم لا بقا الله لكم ذكر
ولا اسعدكم فى امر ولا تمم لكم بداة ولا ترك [a] لكم حياة انكم مستظهرين مستبشرين
قادرين متقدرين على المسير الى نحوى ومحاربتى حول الموضع الذى اعبد ربى عليه وهو
جبل البركات والقدس بيت ربنا وموضع الهنا فلا حياة لكم ولا وصل ذلك ولا تشاهدوا
موضعى باعينكم ولا يتنجس المرج المطهر بنبايلكم ولا تفتخروا انكم وطيتم لى تراب 139.
ولا دنوتم لى تراب ولا دنوتم لى من باب اما امهالكم [b] لا امهلكم الله عن المسير الى بعد
ثلثين يوما فليس ادع المسير اليكم ولا امهلكم انا الا سبعة ايام واثور ومعى العدة التى
اصفها وسيعلموا الذين ظلموا اى منقلبا ينقلبوا تحققوا وانظروا وتبينوا واعلموا اننى اوقع الحرب
بينى وبينكم فى الموضع المعروف بالقيمون وهو الموضع الذى لا تفارقونى فيه ولا تجوزوا عنه
ولا تهربوا الى سواه الا هالكين فيه بقتل سيف وموت خنق وحريق نار ومحق النار ليس 140.
لكم يا مخيبين كما تفتخروا ولا اقول كما تقولوا ان يسير معى ستماية الف رجل
حربوا مصر الكبرى واكلوا قربان الفصح [c] وحاطت بهم الملايكة وجازوا البحر فى يبس
وساروا فى البرية بغير دليل عمود النار يظلهم من البرد بالليل وعمود السحاب يظلهم من الحر
بالنهار وكان غداهم المن من السما اربعين سنة وحلا لهم الما المصبر واخرج لهم الما من 141.
الصخر وسمعوا صوت البارى جل ذكره وعز اسمه وشاهدوا ارتعاد الجبل لامره واهلك سيحون
وعوج وقومهما وورثوا مدنهما وتوقف لهم ما الاردن الى ان جازوا فيه وحاربوا [d] يريحا والمدن
التى قد عرفتموها ليس افتخر ان يسير معى جبابرة كما تفتخروا يسير معى اثناعشر الف
شاب دخلوا مدين سالمين حاربوها [d] وخرجوا سالمين منها ليس معى صاعقة كما ذكرتم 142.
معى رب الصواعق ومصخر الرياح الخوافق معى قابض الارواح وسميع الاصوات خالق الخلق
وباسط الرزق جلت عظمته الاله الذى كل الالهة خلقته وساير الملوك عبيده تبارك وتعالى
من فى جملته ملايكته ثلثة احدهم احضر ما الطوفان على الدنيا لهلاك المخالفين
المفسدين واخر شتت ملك بابل وجماعته وهدم مجدلهم وغير لغاتهم واخر رفع خمس ملوك 143.

---

a) Cod. ارك. b) Cod. امهلكم. c) Cod. الفسح. d) Cod. وحربوا.

بنور الله وامر ولبه غلم يلتفت الى الرسول حتى فرغ من احكامه وتم حكمه اخر النهار
ثم اخذ الكتاب وقراه فى منزله ولم يعلم به احد الى ان جاز عيده وكانوا الناس فارحين
بعيدهم وهو مشغول القلب وشاهد الرسول من كثرة العسكر وحسنه واحوال الملك وضبطه
p. 133. وامور البارى وقدرته ونزول عمود النار وعظمته ونظر ولى الله وهوله ما لم يشاهد مثله ولم
يسمع بمثله فى الدهور السالفة فلما عيدوا بنى اسراييل جمع الملك جماعته ونادى فى
عسكره وانفذ الى العرفاه يجمعوا اصحابهم ثم اخذ الرسول بحضرتهم واعتقله فى بعض
المواضع حتى لا يشاهد منهم اضطراب ولا تغير وجه وجمع وجوه القوم وقرا عليهم كتاب
الجبابرة وقال لهم اننى ما دهيت بمثل هذا الكتاب ولى القا الحروب ستين سنة ما
134. سمعت بمثله ولا قريب فلما سمعوا الكتاب تغيرت الوانهم وتنكست رووسهم ثم قالوا ما
سمعنا بمثل هذا الفعل ولا دفعنا الى مثله ولا لقينا مثل هذا العسكر ولكن هذا الحرب
لله هو ولنا ولا ولادنا ولك ايها الملك النظر والمار فتدبرنا بتوفيق الله ونحن مطيعين لامرك
العالى ثم اخرج لهم جواب قد الفظه ولفظ قد ركبه بنور الله جل اسمه وقال لهم هذا
135. اعرض عليكم جوابا قد كتبته ولفظ قد نظمته فان كان صوابا انفاذه انفذته وان كان
رايكم تركه تركته ✿

٢٩ خبر جواب الجبابرة ✿

ابتدى يقول بسم الاله الجبروت الملكوت اله العالمين الرحمن الرحيم اله الالهة ورب الارباب
ملك الملوك عالم الغيوب حازم الحروب اله ابرهيم واسحق ويعقوب المتلف الكافرين المهلك
للمتجبرين المبيد للمعاندين المستاصل [a] للمفسدين المجمع للمتفرقين المفرق للمجتمعين
136. محيى الاموات ومميت الاحيا يده فوق علو الاعلا وتحت اذرعه [b] الابد السمرات والارض فى
قبضته ملايكة القدس فى جملتها [c] والخلق اخترعه بقدرته والافلاك والاجرام سارت بعصمته
اوقف الهوى بكلمته وسير المتحركات بربوبيته فبهذا الرب استعين وعليه اتوكل وبه
اشتد ومنه اخاف ورحمته ترس لى ولاولاى وهو حسبى ونعم الوكيل اما بعد فانا يوشع بن
137. نون الناسوتى الروحانى تلميذ كليم الله ولد خليل الله على وعلى قومى السلام والرحم
والنجاح وانتم يا اهل الكفر والمرق والفسق واللعنة المفسدين فى البلاد الهلكين العباد

a) Cod. المستاصلين. b) Cod. ادرعته. c) Cod. جملته.

الراعى [a] منا اليك السلام عرفنا الذيب القاتول ما فعلته فى مدن اصحابنا وانك اهلكت
جماعة من وجوههم بالقتل وانزلتهم الى قرار الاسفل وحربت المواضع الذى كان لنا فيها
ردا وضعضعت البلاد الذى كانت لنا سندا ومنها كانوا اوليانا يمتاروا ابدا واهلكت لنا
ثلثين مدينة سوى الديارات والقرى الصغار ولم تحتشم من شيخ كبير ولم ترحم طفل صغير
ولم تسمع لهم حرمة ولم تترك لصلاحك مكان ولا بقيت للخير اوان والسبب فيما ثم p. 128.
اختلافنا وتشتتنا والتفرد براينا والان فتكون تعلم ايها الذيب القاتول انا سايرين اليك بجماعة
ملوك قد اتفقت وارواح قد تلاومت والسن قد تعاهدت وايمان قد تصافحت واحوال قد
تناهت وانفس قد امتلت واوجاع قد تبالغت واكباد قد تماست ممن لا يقدر [b] عليه ابدا
هزيمة ولا تهوله النار العظيمة فنوقع الحرب بيننا وبينك فى مرج بالاطا بين يدى الجبل 129.
الذى تعبد ربك عليه المنسوب الى جبل البركة بعد ثلثين يوما لا تاخيرا لنا ولا لواحد
منا فتكون على عدة ممن تلقاه ولا تحتج بانك قد كبست ولا اغتلت ولا تمت عليك
حيلة ولا سرى بالليل اليك واعلم ان فى جماعتنا ستة وثلثين ملك فى جملة كل ملك
ستون الف فارس سوى الرجالة بغير احصا ولا عدد مزاحين العلل ومعنا ابن [c] يافث الجبار 130.
معه صاعقة فولاذ اذا حذف بها وانجحت قتلت الف واذا لم تنجح قتلت خمس ماية رجل
فمن معه هاولاى الملوك ومعهم من العدد والالات للحرب مما قد ورثها من جده [d] نوح عمّ فاعلم
ذلك واعمل بحسبه وخذ لنفسك فانت المطلوب بما فعلته والسلام وتسلم الرسول الكتاب
وسار لوقته واخذوا يعرضوا العساكر ويرتبوها وعملوا على السير الى القيمون ليجتمع مع
اصحابهم الذى نفذوا اليهم ليحضروا ۞ 131.

٢٨ خبر الرسول وما كان منه ۞

نفذ الرسول فى اليوم العاشر من الشهر الثانى من سنة احد وعشرين سنة لملك بنى
اسراييل بعد دخولهم هذه البلاد ووافى يوم الخميس غد يوم المقرى وهو حج السوابيع فاوصل
الملك كتابه وهو جالس على كرسى ملكه يحكم على اقوام منهم من قد وجب عليه
القتل ومنهم من قد وجب عليه الحريق ومنهم من قد وجب عليه الرجم ومنهم من قد وجب 132.
عليه الحبس لان الاحكام الكبار كانت ترتفع اليه فى الاعياد فمضى الحكم فيها

---

a) Cod. الرعاه. b) Cod. يقد. c) In Cod. omittitur ابن. d) In Cod. ورثوها من جدهم.

فى كل يوم ما يلزمهم من القرابين واظهر الله معهم البركات والحفظ حتى ارتفعت
المناحس عنهم ولم يقدر احدًا من ملوك الاعدا يغتصب لهم شى حتى ان كان جملة
رحالهم يسيروا من كل بلد الى طور بريك ثلثة دفعات فى السنة بانواع الملك والنعم والفرح
p. 123. والسرور وما كان يجسر احد من الاعدا ينظر اليهم ولا يتعرض لهم بحال فاقام الملك
والاوليا وساير العسكر فى الراحة والاطمانية مدة عشرين سنة لا انزعاج ولا حركة مذ بعدوا
عنهم بقية اعداءهم وتبددوا فى اقطار الارض والقريب منهم قد سالموهم فلا متحرك يتحرك ولا
ملك ينتشر غير ملكهم ولا يد منبسطة سوى يديهم فما كان يمضى يوم واحد الا [a]
وعندهم اخبار ساير اصحابهم وعندهم خبرهم حتى انقضت هذه المدة ثم جرى بعده ما
نذكره ونشرحه بمشية الله وعونه له الحمد ✿

124. ٢٦ خبر شوبك بن حمام ملك فاوس ✿

كان قتل حمام بن رعوان ملك فارس فى جملة الملوك الذى قتلهم يوشوع ثم نشا له ولد
يعرف بشوبك وكان عظيم الايسار والتجبر فاخذ يراسل الملوك فى ساير الاقطار ويحزب بعضهم
ويغصب بعضهم ويوعد بعضهم ويمد بعضهم بالمال ثم قال انه يريد ان ياخذ ثار ابيه وراسل
بقية الكناعنة فاذكرهم ما فعلوا بنى اسراييل باولادهم ونسوانهم ومدنهم واحوالهم ثم نفذ
125. الى ملك ارمينية [b] الكبرى ورومية الصغرى وقصد بن يافث الجبار له بنفسه وانفذ الى
ملك صيدا والقيمون وملك الشام يعرفهم ما اجتمع له من العسكر ووافقهم انهم يجتمعوا
فى القيمون واتفق راى شيوخ العساكر [c] ووجوهها ان ينفذوا رجل ثواب يحصى الناس ويعرف
العساكر حاذق فى التدبير لكى يعرفهم حال بنى اسراييل وكيف المسيب اليهم والتطرق
126. عليهم وراوا ان يكتبوا على يده كتاب من جماعتهم الى يوشع الملك ليطمانوا اليه انه
رسول والرسول فلا جناح عليه ولا خوف ✿

٢٧ خبر نسخة كتاب الجبابرة الى يوشع بن نون [d] الملك ✿

ابتدا الكتاب من جماعة الجبابرة المتضافرة المعروفة المشهورة المويدة المنصورة
127. الشديدة الباس العصيمة اللباس المقدمين [e] على ساير الناس الى يوشع بن نون والى قومه

a) Cod. الى. b) Cod. ارمونية. c) Cod. العسكر. d) Cod. النون. e) Cod. المقدميمن.

٢٤ خبر عودة المشايخ بالمساحة والتعديل الى يوشع بن نون الملك ۞

عند عودة اهل الهندسة والرياضة بمساحة الارض فى الاقطاع وتعديلها وتعديل اشجارها
وكلما برجا عمارتها [a] اجتمع الملك والاثنعشر رييس الذين رسم لهم سيدنا موسى النبى عم p. 118.
الاجتماع معه فى قسمة الارض حتى لا يخالفه مخالف ولا يقع بينهم منازعة ولا خصومة
واخذوا يدبروا القسمة على عشرة اجزا وقسموا الاسباط على عشرة اجزا على كثرة احصا
السبط ونقصانه الى ان صححوا جميع ذلك ووافقوه وقرروه واصلحوه وبينوه فلما اتفق راى
119. الجماعة استقامة ذلك رفعوا الجرايد الى ولى الله العزر الامام عم فتاملها وكتب بيده اخر
القسمة واجزا الاسباط ثم كتب عشرة اسهما مثبوت فيها اجزا الاقسام والاقطاع وكتب اسم
كل واحد من اجزا الاسباط على السهم وسلم الى الروسا كل واحد سهمه وافترق كل
رييس بقومه وجمع عرفا اصحابه وقسم كل جز على مبلغ الاحصا كل رجل على قدر ما فى
جملته وخرج مع كل واحد من اصحاب الهندسة والمساحة ليعدلوا ما فى بينهم وخرج
عمل الجبل المفصل فى اقطاع يوشع بن نون الملك ورفيقه كلب المقدم على جماعة السبط
120. وسار بها [b] معه واستقر كل واحد فى موضعه وفرق بعض الليوانية كل واحد فى الموضع الذى
افرد له من جملة الاقطاع الخارج عن القسم ليتولوا امور الناس للصلاة والاحكام وتسليم
الاعشار وانفاذ القرابين وسلم الى كل سبط روسا حكام يكاتبوا الامام ويطالعوه بما يجرى
فى مواضعهم وبنا يوشع الملك حصن على الجبل من شامى طور بريك يعرف بشمرون وكان
يجتمع مع العزر فى كل جمعة يوما واحد ومع اهل الرياضة يوما لمذاكرتهم ومع الروسا
121. يوما لتفقد احوالهم وفى شغله هو يوما والنظر فى اموره وثلث ايام لا يفارق كتاب الله ليل
ونهار وهذه كانت سيرته فى ملكه اذ لم يخرج الى ملحمة ولا يتوجه الى حال منهم وبنا
كنيسة على راس طور بريك وجمع فيها هيكل الرب ولم يشاهده احد بعده الا [c] الكهنة
والليوانية ۞

٢٥ خبر احوال بنى اسراييل بعد القسمة ۞

122. ثم اخذوا بنى اسراييل يعمروا اقطاعهم العمارة التامة ويعبدوا ربهم العبادة المرضية وينفذوا

---

a) Cod. عمارته. b) Cod. بيهما. c) Cod. الى.

الله ابدا ومحبة نبيه وحفظ وصاياه وانهم متقربين بعضهم بعض متى اتصل بهم خبر فى ليل
او نهار فى سعة او فى ضيق فى فرج او فى غم لا يتخالفوا ولا يتناوموا [a] بل يبادروا ويسارعوا
p. 113. واخذوا يقسموا على ذلك بقسامة عظيمة وقرب العزر الامام عمّ عنهم القرابيين واجتمع وجوه
جماعة بنى اسراييل فى توديعهم ثم قلد الملك ملك مايبة الف وعشرة الف [b] وخمس مايبة
وثمانيين [c] رجل وهم عدة السبطين ونصف [d] لنبيح بن جلعد من سبط منشه وخلع عليه
خلعة الملك والبسه تاجا واركبه بعض خيله المختارة واخرج بين يديه منادى ينادى هذا
الملك السبطين ونصف المقلد لاحكامهم الناظر فى امورهم المقدم فى عسكرهم المخاطب
114. عنهم المسايل عن احوالهم وكل ما امر به فمقبولا وكل ما حكم به فقد قُضى فما وقف
فيه من حكم فليرده للبيان من العزر الامام عمّ معاشر الناس من خالف حكمه او خرج
عن طاعته فقد ابيح دمه وكل الجماعة ابريا من اثمه ثم سلم اليه [e] نسخة كتاب سيدنا
موسى بن عمران النبى عمّ وتقدم اليه بقراته ليل ونهار وعرفه ان فيه اشارة عجيبة مظهرة لبقا
115. الحياة فى العاجل والاجل وان فى قراته حفظ من الارواح والاعين السو والمناحس والسحر
وكفاية العدو [f] وسلم اليه اثناعشر سبط ووصاهم [g] ليلازموه ولا يفارقوه الى ان يكاتب كل
ربيس سبط المقيم بحضرة الملك وولى الله واختار له من اهل العلم يحملوا عنه فى التدبيرات
ويشاورهم [h] فى ما يدهمه [i] من الامور العظيمة وسلم اليه الفى رجل من اللبوانية ليسكنوا
فى المدن الذى اقطعت لهم عندهم وليتسلموا اجزا الله واجزا اوليايه الاعشار والانذار وانفاذ
116. ما يجب عليهم فى كل شير من القرابيين ولتمضى الاحكام بحضرة وجوههم وليقوموا بصلاتهم
والاحوال التى لا يجوز ان يقف بها غيرهم ثم نشرت بين يديه البنود وضربت الابواق
وركب ولى الله والمالك وجماعتهم فى توديعهم وكان يوم عظيم لا يجوز ان يكون فى
الدنيا كان مثله وساروا فى حفظ الله مويدين منصورين مسرورين فارحين واتصل خبر
117. باصحابهم الحافظين لاحوالهم خلف الاران وخرج جماعتهم فى لقايهم واستقروا فى اماكنهم
وقسم نبيح تلك الناحية على مبلغ عدة اصحابه وحصلت اللبوانية فى مواضعهم واجتمعوا
للتسبيح وللتهليل والتمجيد لله على انعامه عليهم ۞

---

a) Cod. يتناموا. b) Cod. الاف. c) Cod. وثلثين. d) omisi h. l. verba المقلد لاحكامهم, quae ex seqq. h. l. perperam irrepserunt. e) Cod. سلمهم. f) Cod. العدوا. g) ووصاهم in Cod. non legitur. h) Cod. ويشاوروهم. i) Cod. يدهمهم.

p. 108. الشام ونخم الشام من البحر الكبير ينتهى الى [a] الجبل الجبل والى [b] ايمان حمص يريد الملك الاجارة بجبل اللبنان الى اخره الى تخم ضيعه من عمل دمشق الى ان يجى شرقا يحيط به ويرد منحدرا [c] الى الاردن ويكون خروجه الى البحر المالح الذى هو حدّ السورة فى مبتدايها [d] وهذا الاقطاع الصغير ويعيدون نصف الاقطاع الكبير على قدر احصا التسعة اسباط ونصف ثم رسم لهم ان يفردوا من ساير اقطاع بنى اسراييل للبوانية خارج من القسمة

109. ثمانية واربعين مدينة ومن جملتها ستة مدن منها من جملة مدن السبطين ونصف ثلث مدن ومن جملة اقطاع التسعة اسباط ونصف ثلث مدن من هذه [e] المدن امر الله جل وعز ان تكون مفردة واسماها مدن رد يعنى ملجا للهارب [f] ثمّ للقاتل الذى يقتل صاحبه وهو لا يدرى بذلك يعنى اتفاقا [g] او سهوا من غير ارادة ولا بغضة تقدمت فتكون هذه المدن رد من المتار ولا يقتل القاتل حتى يوقف بين يدى الحاكم وجماعة الاوليا فان كان قتل

110. متعمدا قتل وان كان سهوا هرب الى بعض هذه المدن ولا يخرج منها الى ان يموت [h] الامام الكبير فان خرج عن تخم هذه المدينة ولقيه المتار وقتله كان بريا من دمه [i] وسار القوم اعنى المهندسين والمقدرين واصحاب الخبرة بالاراضى حسبما وصيوا ✿

٢٣ خبر ما فعل يوشع الى ان عادوا المساح اليه ✿

بعد ذلك جمع الملك السبطين ونصف بين يدى العزر الامام عمّ والاوليا وشكروا افعالهم

111. ومساعدتهم ومعاونتهم وقالوا لهم اغتنتم بعهد الله وعهد سيدنا موسى عليه افضل السلام ومن بقى لنا عليكم حجة ولقد افضلتم واحببتم وحملتم وصبرتم عن تفقد من وراكم الى ان بلغوا اخوتكم غاية افتتاح [k] اعطاعهم وقد ارتفعت الان رتبتكم وانبتت اعمالكم بين يدى الله ربكم وهو المكافى على الاحسان بالف ضعف وتسلمتم اقطاعكم خالصًا لجماعتكم لا معارضًا لكم فيه ولا معاند وهذه حظوظنا به لكم يزيدكم الله عليه امثاله ثم جمع

112. وجوههم واخلع عليهم واحسن اليهم ووصاهم وتقدم اليهم برفع جريدة الاحصا ففعلوا ذلك ولم يفقد منهم رجل واحد واكلوا جميعا وشربوا وجددوا عهدا بينهم انهم مقيمين على طاعة

---

a) In Cod. omittitur. *b*) In Cod. الى. *c*) Cod. منحدر. *d*) C. مبتداها. *e*) C. هذا. *f*) C. للهرب. *g*) C. اتفاق. *h*) Verba الى ان يموت in Codice non leguntur. Ex conjecturâ addidi. *i*) In Cod. منهدمه. *k*) In Cod. افتتاح غاية.

p. 104. ويفتحها ويفعل بالعاصية مثل ما ذكرنا الى ان كمل فتح الاقطاع وعاود فى الشهر الاول[a]
من السنة الثانية وحصل انه فتح ساير اقطاعهم وهو موضع السبعة الكناعنة الجبابرة الذى
ذكرهم مثبوت معروف مشهور فى سنة واحدة ثم اعتزل للتطهير هو وكل من معه وكان
ينزل من طور بريك نهر عظيم يسقى المرج وينزل الملك عليه وجميع عسكره فلما تكامل[b]
تطهيره قرب العزر الامام عمّ عنهم القرابين وعيدوا باحسن عيد وامرٍ كامل مجتمع لم يشاهد
105. احسن منه لان القوم كانوا بجملتهم لا يتفرقوا فى اقطاعهم وكانوا اذا صرخوا وسبحوا
وهللوا سمعوا من المواضع البعيدة المتناهية فلما انقضى العيد اجتمع الملك وجماعته واخذوا
فى تدبير قسمة الاقطاع على جماعتهم واستخاروا الله جل وعز ✿

٢٣ خبر قسمة اقطاع بنى اسراييل وحدودها[c] ✿

اختار الملك من اصحاب الهندسة وجماعتهم[d] ومساح واصحاب الخبرة بالاراضى ومن
106. يعاون فى المساحة واصحاب التقديرات ورسم بان يقسموا على عشرة اجزا واخذ هو يعدل
التسعة اسباط ونصف على عشرة اقسام ثم حدد لهم حدود الاقطاع على ما شرحه سيدنا
موسى النبى عمّ فى سورة التخوم المذكورة فى التورية حين يقول اذ انتم دخلتم ارض
كنعان فهذه الارض التى تقع لكم فى النحلة بتخومها فيكون[e] لكم ناحية الجنوب
من برية صين على اماكن[f] ادوم وهذا حد اقطاع السبطين ونصف ثم عاود يقول ويكون
لكم التخم من الجنوب من اقصى شرقى بحر المالح الى ناحية مصر ويكون خروج[g]
107. هذا التخم من الخليج يعنى لسان من البرية يعنى ضيعة[h] الحجاز والشام ومعبر حَلْجَة
مصبيف ينتهى الى[i] البحر ويكون خروجه جنوبى[k] قدس الرقيم[l] يعنى قبلى موضع يقال
له قدس برنا على تخوم الشام والحجاز وكان قصدة عند اهل ذلك الزمان الى ان ياتى
الخوق الى ان ياتى نيل مصر وهو الوادى[m] خروجه البحر الذى يمتد ساحله من مصر الى
فلسطين[n] والى الروم وتخم الغرب يكون لكم البحر الاحير[o] والبحر الاحير من مصر الى

---

a) In Cod. الاوال. b) In Cod. تتكامل. c) In Cod. وحدوه. d) In Cod. وجماعه.
e) In Cod. تتخومها فى يكون. f) Cod. امكان. g) Cod. خروجه. h) Cod. صبغه.
i) In Cod. الى omittitur. k) Cod. جنوب. l) Cod. الرقيب. m) Cod. الواد. — n) Cod.
فلصطين. o) Haec verba وتخم — البحر الاحير ob sequens البحر الاحير videntur excidisse.

لا تسلم منهم رجلا واحد ولا من رجالهم فسار وكبس عسكر اعداهم بالليل وكان شعار p. 99.
بنى اسراييل الله الجبار فى الحروب الله اسمه وانهزموا الملوك الخمسة بين يديهم الى
كسحه والى مقده [a] وبطلوع بنى اسراييل استظهروا عليهم وابذلوا القتل فيهم ثم قال يوشع
للنهار يقف فوقف وكان يوما عظيما لان الله سمع صوت بنى اسراييل وسير معهم الملايكة
وهربت الخمسة ملوك اعنى الروسا فوجدوا مغارة فى مقده ثم امر الملك ان يجعل
على فم المغارة حجارة كبار ليتحفظ منها الى ان يعودوا ويفرغوا من هلاك بقية العسكر 100.
وقتل جماعة القوم ولا يسلم منهم رجل واحد ثم عادوا الى المغارة وامر الملك باخراجهم
وطرحهم على وجوههم ورسم لعرفا وجوه العسكر ان يطوا [b] بنعالهم على اعناقهم ثم قال لبنى
اسراييل اشتدوا وتعظموا ولا [c] تخافوا ولا تجزعوا هكذا يصنع الله باعدايكم ثم امر بقتل
الملوك وصلبهم الى غياب الشمس وعند الغياب رسم ان يجعلوا فى المغارة التى هربوا اليها 101.
مع الخشب الذى صلبوا عليه ويجعل على فم المغارة رجم حجارة لتعرف الى اخر الدهور
ففعلوا ما رسم به واجتمعوا مسرورين ☆

٢١ خبر هذا العسكر ونصره وهلاك اعداه ☆

لما كان فى اول الشهر الثامن وهو وقت مسير هذا العسكر قسم الملك رجالة وخيالة
على ثلثة فرق وانفذ كل فريق الى جهة وسار هو ومن معه فى الطريق الجادة قاصدًا الى
القوم فاول من بادر المعسكر هو وحده واشغل معهم ساعة فلم يفيقوا حتى ارتفع العجاج 102.
واقبلت العساكر من كل جانب فلما شاهدوا بنى اسراييل بعضهم بعض صرخوا بصوت عالى
الله ربنا المحارب عنا فاظهر الله فى ذلك اليوم معجزات بالاعدا فكان كل من اراد الهزيمة
لقيته النار وحرقته وحل بهم الخبال حتى ان الخيل كانت تعبط بهم وتنزل بهم للموت عند
سماعهم زعقات بنى اسراييل امتدت لهم سواعى النهار كما وعدهم الله الى ان عملوا فيه مقام
سنة كاملة ولم يبق من الاعدا باقية بعد ذلك المعرك وكتب الملك من ميرون [d] الى العزر 103.
الامام على جناح الطير يبشره بما تفضل الله به عليهم وما اظهره معهم من المعجزات والايات
التى تنوصف ويعرفوه انه ليس يعاود الى ان يفتح بقية الاقطاع لبنى اسراييل وسرح الطاير فى
صبيحة نهار الخميس وسار لوقته على بركة الله وحسن توفيقه فلم يزل ينزل على مدينة مدينة

a) In Cod. فقده. b) In Cod. يبطو. c) In Cod. لا omittitur. d) In Cod. مهزون.

p. 94. فاجابوه نحن اقوام من البعد سمعنا بخبركم وما كشف الله عز وجل لبنى اسراييل من
الايات والمعجزات وفى البحر وفى البرية وفى وادى الموجب وما جاز على الملوك منكم
وقد قصدناك ايها الملك لنكون فى جملة ممن استجار بك ونومن بربك ولا نخالف ما
تسمه لنا فى صغيرة ولا كبيرة وهوذا تشاهد وجوهنا المسودة وكسوتنا البالية وطعامنا
95. اليابس وما خرجنا من مواضعنا الى هناك [a] بثياب جدد ولكن بعد المسافة اوجبت هذا
والان فامنوا علينا بالذمام لنكون فى جملة هذه الامة الكبيرة المباركة المقدسة فقدم
لهم يوشع من قومه وعاهدهم وقسموا لهم باله اسراييل لا يقتلوهم ولا من فى جملتهم فلما
كان بعد ثلثة ايام عرف الملك انهم من اعدايه من ثلث قرى قريبة منه من قبلى طور
بريك وهى جبعون وقرية وبيروت ولم يقدر احد من العسكر يسير الى هذا الموضع من جهة
96. الذمام والقسم والعهود ثم استدعى الملك الرجال وقال لهم لم كتمتمونى وقلتم انكم من
بعد وانتم من قرب فاجابوه فقالوا عرفنا ان الاه بنى اسراييل قد امركم ان تخربوا هذه
المواضع وتبذلوا السيف فى كل مواضع فيها نفس فخفنا على نفوسنا وفعلنا ما فعلناه ونحن
بين يديك ايها الملك اصنع بنا ما تراه فنجاهم ونادى فى بنى اسراييل لا تقتلوهم بل
يكونوا فى جملة من يقطع الحطب ويملا الما للبهايم ففعلوا ذلك بهم حسب ما امر ✿

97. ٢٠ خبر الكناعنة التى كانت الارض اقطاعهم ✿

كان بعض الكناعنة لما سمعوا بجوزان بنى اسراييل الاردن هربوا قوم الى قوم فلما
عرفوا ما جاز على يريحا وقومها اجتمع كل من كان ساكن حول الاردن والبحر [b] الكبير
واتفقوا وعملوا على لقا بنى اسراييل وقتالهم وانفذوا خمسة من روساهم واكثر العسكر معهم
وتقدموا يحاربوا الثلثة ضياع الذى استجاروا ببنى اسراييل وابتدوا بجبعون وضيقوا [d] على
98. اهلها وانفذوا سكان جبعون [e] الى يوشع الملك يعرفوه ما صح من نيات الملوك وانهم قد
ابتدوا فى هلاكهم وهم فى حصار عظيم وضيق شديد ويتاكدوا عليه اشد تاكيد
ويسالوه ان ينجيهم من هذا العدوا الذى عمل على قصدهم فجمع الملك جماعته [f] وساروا
واوحا الله له فى تلك الليلة يقول لا تخاف يا يوشع انى جاعل بيدك هذه الخمسة روسا

---

a) هناك in Codice omittitur. b) In Cod. وهما جبيت وقيرة وقيرون. c) In Cod. البحر sine copula. d) In Cod. بجبعيث ويضيقوا. e) In Cod. iterum جبعيث. f) In Cod. جماعة.

١٨ خبر كشف من اخذ الحرام ✿

لما كان غداة اليوم المقدم ذكره حضر يوشع الملك وجميع العسكر بين يدى الهيكل
واحضروا [a] الروسا نفوسهم بين يدى العزر الامام عم وعليه الجواهر فاظلمت الجوهرة المكتوبة
باسم يهوده واعوص سبط يهوده جرايده على الجوهر اسم اسم فاظلمت على اسم يقال له
p. 90. ايكن [b] من قبيلة زرح بن يهوده واشخص الرجل للوقت ووقف بين يدى يوشع الملك وقال
له الملك يا رجل ارفع وجهك الى ملك السماوات والارض واعلم انه عالم الغيوب فيا ويل
لمن [c] يظن انه يخفى عنه شى او يستتر عنه امر فاعترف بما اخطات واخذت من الحرام فقد
سخط الله على قومه من اجلك فاجابه الرجل وقال اعلم ايها الملك انى اخطيت خطا
عظيم بين يدى الله عالم السر والخفى وغدرت بعهد الله ورسوله ودخلت بيت معبود
91. من معابيد يريحا فوجدت طوبة من ذهب ولسان من ذهب وزنهما الفى مثقال ومايتى
وخمسين مثقال وشرهت نفسى لذلك فاخذته ودفنته فى مضربى فان كان مثل ذنبى يغفر
فالله راوف ورحوم وان كان لا غفران له فافعل ما امرت به فى امرى فانفذ الملك فى وقته
اقوام ثقات فاحضروا ما ذكر الرجل انه رغب فيه واخذه واحضره المولى وجماعته الروسا بين
92. يدى هيكل البارى وامر باحراقه عن خارج المحلة ثم اخذ الرجل واحرق هو ومن معه من
اولاده ومواشيه وجميع ما كان يحوزه وجعل الكل فى وادى عميق وامر العسكر باسره
يرجموه بالحجارة واسما الواد واد عكور فعند ذلك [d] رفع الله سخطه عن بنى اسراييل
وارضاه ما فعلوه فله الحمد على تفضله وجميل انعامه واحسانه ✿

93. ١٩ خبر اقوام من كناعنة عملوا حيلة واخذوا ذمام الملك ✿

بعد فتح المدينة رجع الملك وقومه الى الموضع المسما جليل فلم يشعروا حتى جاهم جملة رجال قد اسودت وجوههم وبليت ثيابهم ومداسهم ومعهم خبز قد عفن فتقدموا الى الملك والى روسا بنى اسراييل فى هذا الموضع وسلموا كما يسلم مثلهم وطرحوا نفوسهم بين يدى الجماعة ثم قالوا للملك نريد الذمام منك ومن قومك لنكون فى جملتكم وممن قد استخار الله ربكم فاجابهم اننى لا اذم لكم او تعرفونى من انتم ومن اى موضع قدمتم

---

a) In Cod. واعصروا. *b*) Cod. ايلن. *c*) Cod. ممن. *d*) In Cod. omittitur ذلك.

p. 84. صوت الابواق فليصرخوا بصوت عالى قايلين الله جبار فى الحروب الله اسمه ثلثة دفعات فعند
تمام هذا الفعل ينهدم سور المدينة وتربض [a] الحصون بين يدى القوم ويدخل العسكر
المدينة ويخربها فرجع يوشع وجمع وجوه قومه ووصاهم ان ينتخبوا اثنعشر الف رجل فحضروا
اليه وامرهم ان يسيروا ومعهم الكهنة الاوليا حاملى الصندوق والبوقين ورسم للجماعة ان
85. يهللوا ويسبحوا فى الستة ايام فى خفوض [b] وفى اليوم السابع يدوروا حول المدينة ست
دورات وفى الدورة السابعة يصرخوا الكهنة بالبوقين ويصرخوا جميع العسكر بصوت عالى
عند سماعهم صوت البوق ويسيروا لوقتهم فحيناذ ينهدم الحصن ويجعل الله المدينة بيديكم
فاذا صح لكم ذلك وحصلتم بها تقتلوا كل متنفس تجدون بها من ناسوتى وحيوان
واخربوها واحرقوها ولا تبقوا فيها غير المراة المعروفة برحب الفندقية تنجونها ومن بدارها من
86. الانفس كما عاهدوها الجواسيس معاشر الناس احفظوا [c] لانفسكم لا تاخذوا من المدينة
شيا احرقوا ذهبها وفضتها ونحاسها وحديدها وجميع احوالها ولا تتخلطوا [d] بشى من الحرام
فتهلكوا ويهلك العسكر وفعل القوم كما رسم لهما وفى الدورة السابعة ضرب الكهنة
بالبوقين وصرخوا صراخ عظيم وعند ذلك سقطت حيطان المدينة ودخلوا العسكر وقتل كل
متنفس فيها من انسان الى بهيمة وجمعوا ساير الرحل الذى كان بها وجعلوا فى وسطها
87. واحرقوه وصارت تل لا تبنا ابدا ونادا يوشع باعلا صوته معاشر الناس حرام عليكم وعلى من
يقوم من نسلكم ان يبنى فى هذه المدينة حجر واحد وهى اول المدن العاصية المعروفة
بيريحا القديمة وهذه المدينة محرمة مخربة محروقة متللة لا تبنا ولا تجدد ابد الابدين
88. وهور الداعرين وذلك بعد ان دخلوا الجواسيس دار المراة واخرجوها وكل نفوسا كانت
فى دارها وخلصوهم من القتل وبلغ اسم يوشع بفعله هذا الى اقطار الارض واخطا رجل
من بنى اسراييل ودخل الى بيت معابيد هذه المدينة فوجد فيه طوبة من ذهب
ولسان من ذهب وزنهما الفى ومايتين وخمسين مثقال فاخذهما وخباهما فى مضربه وقد حرم
عليه ان يمسه فضلا عن اخذه سرقة وكتمه فى منزله وسخط الرب بنى اسراييل من اجله
89. ولم يعلموا الاوليا ولا الملك بهذا الفعل فسبحان عالم الخفيات [e] مظهر المعجزات تبارك اسمه
وتعالى ذكره ۞

---

a) In Cod. وتربط. b) Cod. حفوط. c) Cod. حفصوا. d) Cod. تتخلطلوا. e) Cod. الخفايات.

اسراييل وتخوفوا منه مثل خوفهم من موسى النبى عم وعلموا ان الله معهم فاقام يوشع بن
نون اثنعشر حجر علامة [a] قايمة فى الاردن واقاموا الروسا الاثنعشر حجر فى مكان يقال له
جليل لتشاهده الدهور الاتية ويذكروا يبس الاردن وليسبحوا مبدع الايات وليحدث بهذا
p. 80. الفعل البنين الابا [b] ومن جهة ان يسمع الملوك والامام ان الهنا هو الله الواحد القهار وكل
ملوك الشام سمعوا بجوزان بنى اسراييل الى الارض المقطعة لهم وبوقوف ما الاردن وبيسه
فتكفنوا وخافوا ومات بعضهم خوفا من بنى اسراييل من عظم هيبتهم فاوحا الله ليوشع بن
نون قايلا اليوم نشرت هيبتك وهيبة قومك على هذه الامام ورفعت عنك وعن قومك كل
نجس وعلة واسما يوشع الموضع جليل وهو اسمه الى لواخر الدهور فسبحان الله الباقى
بغير زوال ۞

81. ١٧ خبر يريحا القديمة وقت فتوحها ۞

عند رحيل الملك عن الموضع اسماه جليل حلوا فى بقاع يريحا فى اول يوم من الاربع عشر
وصنعوا فصحا [c] فى هذا الوقت واكلوا فطير من الغلات الجديدة وارتفع المن عند دخولهم
الارض واكلهم من غلاتها [d] وثمار شجرها ولما قرب العسكر حولها وانفرد يوشع بن نون الملك
82. عن المحلل يعبد ربه بالليل فعند فراغه من صلواته رفع طرفه واذا شبه رجل قايم وسيفه
مسلولا بيده فنادا اليه يوشع ثم قال انت منا او من اعدانا ثم اجابه وقال انا من رسل الله
المتسلط على العقوبات فرمى نفسه بين يديه على الارض من جلاله ثم نهض وقال له امر
عبدك بما ينتهى اليه فقال له الملك انزع نعليك عن رجليك فان الموضع الذى انت قايم
عليه موضع مقدس ان الله جل وعز يقول لك يا يوشع انظر بين يديك اننى جاعل بيدك
هذه المدينة العاصية وهى يريحا وملكها وقومها والان فاختار لك من بنى اسراييل رجال قوة
83. من كل سبط الف رجل فيدوروا حول المدينة ست دورات فى ستة ايام وصندوق الذهب
صندوق العهد بين يديهم ولا ينطقوا بحديث ولا يشتغلوا بغير التسبيح والتهليل ولا يخرجوا
عن ذلك ولا يرعجوا ارعاج عظيم فى مدة الستة ايام يكون كاهنين ببوقى الارعاج وفى
اليوم السابع يدوروا حول المدينة السابعة يضربوا الكاهنين بالبوقين فاذا سمعوا الجماعة

---

a) In Cod. علمات. *b*) In Cod. والابا. *c*) In Cod. legitur pro وصنعوا فصحا tantum وفصحا.
d) In Cod. علالها.

الاولى من السمطة الاولى من اليوبيل من ابتدى دخول بنى اسراييل حدود الاقطاع وكان
قد مضى من ايام العالم المثبوتة فى الثوراة الى هذا الوقت الفين وسبع مائة واربعة وتسعين
p. 75. سنة تامة وهذا التاريخ مصحح يعرفوه العلما [a] من تواريخ الطوفان وساروا الكهنة عند
ارتفاع السحاب وابعدوا عن العسكر المقدر [b] الذى رسم به لهم فعند قرب الكهنة والصندوق
من ما الاردن صرخوا اللبوانية وتبعوهم جماعة بنى اسراييل بصوت واحد يقولوا لا حول ولا
قوة عند حولك يا رب العالمين فوقف الما وترادف بقدرة خالقه القادر على ما يشا فاعل
المعجزات والعجايب ولم يزل يتكاثف بعض على بعض حتى صار مثل الجبال العظام ووقفوا
76. الكهنة يسبحوا الله ويهللوا ويقولوا سبحان من كل شى فى طاعته وهم وقفوا [c] بالصندوق
فى اليبس فى وسط الاردن حتى سار جميع بنى اسراييل وسوادهم ومواشيهم فى اليبس فى
وسط الاردن فى ارضه وهى جافة مثل ايام الحصاد واللبوانية يسبحوا ويهللوا ويقولوا سبحان
من كل شى فى طاعته سبحان من هذه ارادته فعند خروج القوم من الاردن حفظوا الوصية
واخذوا الاثنعشر حجر من تحت ارجل الكهنة فكتب كل انسان اسمه على حجرة
77. فاخذ الملك مثلها وعند صعود الكهنة بالصندوق انحدر الما برهج عظيم ورياح هاجت عند
انحداره وسمعت الامم بهذه الاية العظيمة وانكسرت قلوبهم وتفرق شملهم وهدم ما الاردن
فى تلك الوقت مواضع كثيرة كانت قريبة منه من عُظم [d] شدة الرياح التى تكونت معه
والله يفعل ما يشا عز اسمه وبه استعين وعليه اتوكل فله الحمد على ما اولى ۞

١٦ خبر التسبيح الذى سبح به يوشع الملك ۞

78. حينئذ سبح يوشع بن نون وبنى اسراييل التسبحة التى سبح بها سيدنا موسى النبى عم
على بحر القلزم وزادوا فيها تحميد وتهليل وحمدوا وشكروا بما تفضل الله به عليهم ومن
جملة التسبيح الذى سبحوا به انهم قالوا من مثلك يا متناهى بالقدس يا هول يا مطلع يا
صانع البدع يا فاعل العجوبات يا مظهر المعجزات وكيف يا ربنا نقول يا مبين الايات يا
منير الظلمات من كمثلك ليس كمثلك مثل وانت فاعل الافعال والامثال والاجرام والاشكال
79. والصور والروحانيات المتكيف بصفات [e] خلقك فى هذا اليوم عظم يوشع بن نون عند بنى

---

a) In Cod. العلم. b) In Cod. المسدر عند العسكر. c) In Cod. وقوف. d) Cod. عصُم.
e) In Cod. بصفاة.

جرى عليهم وبما فعلته المراة فى بابهم من الجميل واجابوهم الجماعة انهم يبقوا المراة بما
عاهدوها وانتشر خبرها فى العسكر وعرفت بها الجماعة جميعهم ✿

p. 70. ١٤ خبر الندى فى مسير بنى اسراييل ✿

لما سمع يوشع الملك كلام الجواسيس اخرج العرفا ينادوا فى العسكر ان يسيروا ومعهم
زاد ثلثة ايام ويقولوا فى المناداة [a] معاشر الناس لا تخافوا ولا تجزعوا ان الله ربكم ساير
معكم ليظهر معكم الاية فى هذا الوقت لينجيكم من اعدايكم والاية الذى يظهرها
الله معكم على الاردن لم يسمع بمثلها فى الدهور السالفة ولا يسمع بمثلها فى الدهور
71. الاتية وهى اول هيبة تقع لكم فى قلوب اعدايكم واعلموا ان الكهنة المقدسين يحملوا
صندوق الذهب وهو صندوق العهد الكاين الجوهر العلوى وهو الالواح التى كتابتها من
النور اللاهوتى اذ انبا الجوهر العلوى فعند دخول الكهنة بالصندوق فى ما الاردن يقف
الما وينتخير بقدرة القادر الى ان ينحدر الما السفلانى فيتعالى الما العلوى ويزداد من بعضه
72. على بعض الى ان يجوز ساير بنى اسرييل ومن فى جملتهم فى جفاف ويبس ثم نادى يوشع
بن نون بنفسه وقال معاشر الناس ان الله يوصيكم ان يكون بينكم وبين الكهنة
الحاملين الصندوق مقدار مساحة الفين ذراع فلا تدنوا منه هذا المقدار ليتم [b] الله فعله
معكم ثم وصا الاثنعشر رييس ان ياخذوا من تحت رجلى الكهنة اثنعشر حجر عند فراغ
مسير بنى اسراييل من الاردن ليكتب كل واحد منهم اسمه على حجره ليثبت ما جرى
73. ويكون عند موبد الدهور الاتية وهى الاية التى يظهرها الله جل اسمه على الاردن فنادوا
الليبوالية باعلا صوت سبحان من هذه قدرته سبحان من كل شى فى طاعته سبحان اله
الآلهة ورب الارباب الذى يطيع لامره المتحرك والجماد والسماوات والارض والبحار والانهار
وكل ما فيها لا اله سواه ولا مُلك يدوم الا مُلكه ولا قدرة الا قدرته ولا رب الا دون ربوبيته
ولا سلطان الا دون سلطانته سبحانه وتعالى تقدست اسماوه وتعس من كفر به وامن بغيره
فهو الاله ✿

74. ١٥ خبر جوزان بنى اسراييل الاردن ✿

وفعلوا بنى اسراييل كما وصاهم الملك وارتفع السحاب فى اول الشهر الاول [c] من السنة

---

a) In C. فى المنادا. b) C. ليتتم. c) الاول in Codice non exstat.

وان القوم مجدين الى دخول بلادكم ثم بلادنا فبادرنا لنعرف اصحابنا صحة ذلك فسرنا
اليهم من الجبل فما هو ان حصلنا بالقرب من المحلّ حتى خرج الينا ثلثة او اربعة فتسلم
كل واحد منهم واحد منا واوقفنا بين يدى الملك الجديد الذى تقلد المُلك خلافة عن
p. 65. موسى النبى عليه افضل السلام ولقد كان صاحبه رحومٌ رؤوفٌ لا يرفع طرفة الى احدٍ وهذا
رجل جبار حديثه وكسر النفوس وكلامه يفطر القلوب وانتهاره يذهل العقول فما هو ان
وقفنا بين يديه حتى عرف اسمانا وانسابنا وبلادنا ومتى خرجنا والمواضع الذى نزلناها فصدق
فى كل ما ذكره لنا فامنا به وبربه للوقت خوفا منه فاجابنا ان هذا الايمان ايمان لا يقبل
66. عملتموه خوفا فلا خوفا عليكم امضوا وارجعوا وقولوا لكل من تلقوه ولاصحابكم ينظروا
لنفوسهم الفرج فمن هرب سلم ومن جلس هلك والى مدة السبوع يقف لى ما الاردن بامر
ربنا الاعلى حتى يجوزوا قومه ولا حصنا يغلق فى وجوههم حتى يدوروه سبع دورات فتربض [a]
حيطانه فيهلك جميع المتبقيين الذى يجدوا داخل والبلد والبلاد بلادنا والاقطاع [b] اقطاعنا
من مالك السماوات والارض الذى الملوك كلهم خلقه وعبيده وهذا اجمل ما سمعناه منه
67. وعرفنا ان اسمه يوشع بن نون وانه الهازم للعملق والقاتل لسيحون والمهلك لعوج والمتلف
لملوك مدين وماب فيا ويلنا وويلكم وما سينجر الى بلادنا وبلادكم اقوام لا يرحموا ولا
يبقوا ويرثوا ولا يهادنوا الا من هو خارج عنا وعنكم لاننا عندهم فى صورة الكافرين
الفاسقين واهل التجبر [c] والعصيان والذى يسعد منا ومنكم من اخذ اهله بين يديه وطار
68. على وجهه الى ان يخرج من جملة اقطاعهم قبل يندم حيث لا ينفعه الندم وركبوا القوم
وساروا وكذلك كانوا يقولوا لكل من يلقوه الى ان رجعوا الى يريحا ففطُن بهم فطلبوا
للهلاك فاستجاروا بامراة يقال لها رحب الفندقية بيتها عند حيطان الحصن واخرجتهم وسترتهم
واحتجت على طالبهم انهم قد عادوا ثم عاهدتهم وعاهدوها ان الله جل وعز ان ملكهم
هذه المدينة انهم يبقوها ويبقوا من فى دارها من الانفس من اهلها ورسموا لها الجواسيس
69. ان تعمل على اجار بيتها علامة يعرفوها حتى اذا علمت انهم قد دنوا من المدينة اخبرتها
ووقفوها [d] ان كل من وجدوا خارجًا [e] من الدار من اهلها فقد بريوا من دمه واخرجتهم بالليل
واراد الله نجاوهم وعاودوا الى العسكر وحدثوا الملك والامام وجماعتهم بما شاهدوه وبما

a) In Cod. فتربط.   b) In Cod. والاقطعنا.   c) In Cod. pro واهل التجبر tantum والتجبر.
d) In Cod. ووتقفوها.   e) Post خارجًا in Cod. praeterea leguntur عن المدينة.

حتى يتسلم اخوتنا ساير اقطاعهم فمن بعد ذلك نعود الى[a] اقطاعنا والى مواضعنا فاجابهم
سيدنا موسى النبى عليه افضل السلام الى ما سالوه واقطعهم هذا الصقع فى حياته واول
من جرد يوشع بن نون فى عسكره السبطين ونصف وكان مبلغ جريدتهم[b] ماية الف
وعشرة[c] الف وخمس مايه وثمانين رجل منها مبلغ جريدة احصا التسعة اسباط ونصف اربعة 60. r.
مايه الف واحد وتسعين الف ومايه وخمسين رجل وعلى هولاى قسموا الروسا الارض من
الاردن الى البحر وهذه جريدة احصا العسكر المسعود المنصور المقدس المويد المبارك
وكان احصا سبط لاوى خارج عن هذه الجملة المقدم ذكرها لا يدخلوا فى الحروب ولا
يفارقوا خدمة ربهم وكان مبلغ احصاهم من ابن شهر وصاعد ثلثة وعشرين الف رجلا فلما 61.
اتوا انعرفا بجريدة الاحصا اعرضهم يوشع بن نون بين يديه وبشرهم ان الله سيباركهم الى
ان يحصل من الواحد الف كما وعدهم سيدنا موسى النبى عم عن الله تبارك اسمه ۞

١٣ خبر جواسيس انفذهم يوشع الملك ۞

لما سمع يوشع بن نون بتجييش الكناعنة واجتماع الجبابرة انفذ الجواسيس من اهل
الخبرة والفطنة والجلد والدين لينظروا عسكر الاعدا ويتاملوا ويجردوا الى يريحا ويتاملوا 62.
مقدار رجالها ومن اجتمع اليهم ويعاودوا يعرفوه فودع الجواسيس العسكر واستخاروا الله وساروا
وغيروا حالهم تغييرا[d] من قد قدم من اماكن بعيدة وكانوا الجواسيس يعرفوا بساير اللغات
فى عسكر الاعدا واخذوا يبكوا فسالوا عن اخبارهم فقالوا نحن اقوام من اهل الشرق سمع
اصحابنا باخبار هذه الامة العظيمة التى لها فى البرية اربعين سنة بغير دليل ولا زاد واتصل
بجماعتنا ان لهم رب يذكروا انه ملك السموات والارض وانه قد اقطعهم بلادنا وبلادكم 63.
وانفذونا اصحابنا لنعرف صحة ما نُقل الينا ونعرفهم به وسرنا ولقد جزنا بكم من مدة
طويلة وانتم متشاغلين باشغالكم فجينا عسكر القوم فوجدناهم متحيرين يدوروا فى
البرية ويعاودوا وكان سرهم فيما[e] بينهم ان الههم قد سخط عليهم وانه لا يدخل الارض
منهم الا رجلان فعاودنا بهذه البشرى فارحين مسرورين فلما كان فى هذا الوقت عرفنا بما 64.
فعل القوم بسيحون وعوج واقطاعهم وبلادهم وبما بملوك[f] مدين وماب وبسبى[g] نساهم واطفالهم

a) Ibi الى in Cod. omittitur. b) Cod. جريدهم. c) Cod. وعشرين. d) In Cod. تعبير.
e) In Cod. disjunctis vocabulis فى ما. f) In Cod. ملوك. g) In Cod. وسبى.

١١ خبر ما اجابوه واعتقدوه فى الوقت الحاضر ✿

اجابوه جماعة بنى اسراييل وهم صارخين باكيين مبتهلين طارحين ارواحهم بين يديه قايلين يا سيدنا ومولانا السمع والطاعة لامر الله جل وعز ونبيه الصادق الامين ولامرك ايها
p. 55. الملك ولامر امامنا وحاكمنا ولا خلاف لما ترسموه ولا زوغان عنما تقولوه يمنا ولا يسرة والذى رسمه سيدنا موسى النبى عم ولا اطراح لشى منه فمن خالف او زاغ وغدر فعليه اللعنة والسخط وعلى مثل هذا وافقنا سيدنا موسى النبى عم واشترط علينا واستحلفنا وعاهدنا وقرب عنا القرابين واجبناه كما اجبناك والله شاهدا علينا بذلك وهو حسبنا ونعم الوكيل ✿

56. ١٢ خبر ما فعله يوشع بن نون من ترتيب العسكر واعضاه ✿

لما شاهد يوشع احتراق القوم قال المطلع عليكم الله وعلى نياتكم وجدد معهم العهد والميثاق وقرب عنهم القرابين وباركهم الامام ثم جلس هو والامام كل واحد منهم فى مرتبته
57. واستدعى بالعرفا فطالبهم باثبات احصا بنى اسراييل سبط بسبط ويكون الاحصا على الجماعة من ابن[a] عشرين سنة الى ابن[a] خمسين سنة الا من سبط لاوى فانه رسم ان يحصى هذا السبط من ابن[a] شهر وصاعد وكذلك رسم سيدنا موسى النبى عم قبل وفاته وما كان من ابن[a] عشرين سنة ونازل وخمسين سنة وطالع يدخل تحت الاحصا فاثبتت العرفا الاحصا وارتفع المبلغ ستماية الف والف وسبعماية وثلاثين رجل على ان من هذه الجملة سبط
58. راوبن وسبط جد ونصف سبط منشه كان اقطاعهم خلف الاردن وهى تسع مدن واعمالها كانت لسيحون وعوج بن عناق ثلثة مدن واعمالها كان[b] فتحها نبيح وابن عمه من سبط منشه وكان لما فتح سيدنا موسى النبى عم هذه المدن واهلك اهلها اجتمع اليه وجوه هولاى السبطين ونصف وقالوا له يا سيدنا ومولانا هذه المدن تصلح لنا لاننا كثيرين الحيوان والمواشى وهى بتقريب دون سدس الاقطاع ومبلغ احصا رجالنا قريب من خمس
59. عسكر بنى اسراييل فعتب عليهم مقدرا انهم يختاروا الجلوس عن اخواتهم فاجابوا انا نودع ثقلنا ومواشينا فى هذه المدن ونسير جريدة واحدة مزاحين العلل ولا نعود الى اقطاعنا

a) In Cod. بن. b) C. كانت.

p. 49. على يدى سيدنا موسى النبى عم بسببهم وسبب اولياهم ثم عاد عليهم ما كانوا يخالفوه
ويمتحنوه ويعصوه وقال لهم معاشر الناس انا قاطع العهد والميثاق عليكم الموجود قبل
وفاة النبى عم انكم لا تشركوا بالله وانكم تحفظوا بسط الشرايع الموخوذ عليها العهد
وهى شرح الشريعة وشرح ما ينال المطيع وما يحل بالمخالف وان هذا العهد الذى اعاهدكم
به ليس معكم وحودكم بل انتم ومن تنسلون الى اخر الدهور وقص عليهم ما يعتقدوه [a] ،
50. ساير الاحزاب من عبادة الاوثان وعرفهم كون الله معهم ما داموا تحت الطاعة وانه يرفع
تواجهه عنهم عند مخالفتهم ولا تنجح طريقهم ولا يجمع لهم شمل ثم نادا باعلا صوته معاشر
الناس لا يكون فيكم فاسد النية امراة ولعنة يعنى بذلك الشرك بالله وعبادة غيره معه ولا
يكون فيكم من يضمر بقلبه اعتقاد سو او خلافًا لامر الله جل وعز فيكون هلاك هذا
51. القدس العظيم والجملة الكبيرة والانفصال عن البارى تقدست اسماوه فتبلغ اعدايكم مرادهم
ويتمكون من نعمكم ومن نساكم واولادكم ومن اعتقد هذا او شى منه فتحل به كل
النكبات المكتوبة فى التوراة المقدسة ويمحا الله ذكره من تحت السما ويميزه الله
بالسو دون كل اسباط اسراييل فاصدقوا عن نفوسكم وعن ضميركم لاجدد العهد معكم
52. على ما تقولوا ويكون الله وسماواته وارضه وملايكته شاهدين عليكم بما يجرى بيننا
وبينكم لتكون الحجة لكم لا عليكم [b] فمتى دمتم على حفظ ما وصيتم به ان الله
تبارك وتعالى يباركم ويحفظكم ويصونكم وينصركم ويكبت اعدايكم ويقطعكم
الارض التى قسم بذات قدرته لاولياكم ابرهيم واسحاق ويعقوب عليهم السلام ويحفظكم
ويحفظ الارض بساير السعادات ويرفع البليات وساير المناحس ويكثر منكم ومتى خالفتم
53. وعصيتم ارتفع الرضا عنكم والقدرة من صوبكم ومن اعانتكم وتتباعد الملايكة عن
صوبكم واسم الملك الاعظم عن نصرتكم ويحل بكم [c] ما هو مكتوب فى كتب السخط
واللعنة ويشتت شملكم ويتناسى امركم فتتمكن الاعدا منكم ولا يبقى لكم ملك ولا
قدس ولا مال ولا رجال ويبددكم الله فى اقطار الارض من اقصاها الى اقصاها ويستعبدكم
54. ويستملككم فما تقولون وتعتقدون وتعاهدون ليكون العهد واقع عليكم فهذا العهد
الثانى معكم مضاف الى ما عاهدكم فى سيدنا موسى النبى عم فاصدقوا عن نفوسكم
وعن ضمير قلوبكم ✡

---

a) In Cod. يعتدقوه. b) In Cod. عليكم لا لكم. c) In Cod. ويحلكم.

سيدعم كل حيش بحبيشه ولم يقطعوا البكا عليه ثلاثين يوم بلياليها وسمع الامم ضجيجهم
وعويلهم وصراخهم فاجتمعوا يتحزبوا فى الحدود وفرحوا لما صح لهم موت النبى عم الفرح التام p. 44.
وعملوا على لقى بنى اسراييل فلما اطلع الله جل وعز على اعتقاد الكناعنة ومن اجتمع
اليهم اظهر القدرة واوحا الى يوشع بن نون ليشذ منه ومن قومه ويعرفهم انه كما كان
معهم كذلك يكون ما داموا تحت الطاعة فسبحان من له المُلك والعظمة والقدره والبقا
لا اله سواه ولا مُلك غير ملكه ✿ 45.

٩ ابتدى سفر يوشع بن نون تلميذ[a] السيد موسى النبى عم ✿

لما كان بعد وفاة موسى كليم الله اوحا الله الى يوشع بن نون تلميذ[a] موسى عبد الله
ان يقول له يا يوشع قوم ارحل وجوز بقومك الاردن الى الارض التى انا معطيها لبنى اسرييل
كل المواضع الذى تطا ارجلكم انها لكم تكون من البرية والى البنان ومن نهر 46.
الفراه والى بحر الاخير يكون تخمكم ولا يقف عدو بين يديكم يا يوشع كما
كنت مع موسى عم كذلك اكون معك ولا ادعك. ولا اتخلا عنك اشتد وتعظم جدا لا
تخاف ولا تجزع لانى كاين معك ومع قومك فى كل موضع يا يوشع لا تبطل قراة ما دونه
موسى النبى وما كتبه مما اودعوه لليوانيين فى الموضع بالبيت المقدس وتحفظ منه ليلا
ونهارا وكل ايام حياتك لتحفظ فتحفظ ولا تزوغ عن ما وصاك به يمنة ولا يسرة كبذلك 47.
تنجح وتسعد ويندغروا اعدايك منك وانت على قماقمهم تطا وانتها فى ذلك الوقت الخطاب ✿

١٠ خبر تجميع يوشع لبنى اسراييل وتجديده العهد معهم ✿

عند سماع يوشع ما اوحا الله اليه اجتمع العزر الامام عم وهو جالس على كرسى قدسه
ويوشع على كرسى ملكه فاجتمع اليهم الكهنة المقدسين والبوانيين المقربين والاثنعشر
روسا الملازمين والقضاة المتقدمين والسبعين الحكما المختارين وعرفا الالوف والميين 48.
والخمسينات والعشرات فعند اجتماع هذه الجماعة ضربت الابواق وانبثوا المناديين ينادون
باجتماع بنى اسراييل فلم يكن بعد ساعة الا وقد اجتمع اليهم الشيوخ والشبوب
وكثير من النسوة والصبيان وكل الجيوش واخذ يوشع يعدد عليهم ما اظهر الله جل وعز

a) In Cod. تلميده.

p. 39. الى [a] هذا الوقت حد عمره وكونه مع الناس عليه السلام وصارت معاملته بينه وبين ربه
وملايكته والله نساله الايصال برحمته انه على كل شى قدير وهو حسبى ونعم الوكيل ۞

٧ خبر ما قاله يوشع تلميذه عند غيبة مولاه وسيده ۞

لما غاب السيد موسى النبى عمّ عنه [b] وعن جميع بنى اسراييل وفرق بينهم وبينه الامر
40. الذى لا يدفع له عنه وفاتهم النظر اليه وايسوا منه جملة كافية بكاه يوشع بن نون ونادا
باعلا صوته وقال يا سيد الاولين والاخرين وكل احد من اولاد ادم شوهد موته وشوهد قبره
وانت من شاهد قبرك اى نبى من الانبيا يصل الى فخرك او يتطاول الى ذكرك اين من
حيا اموات وامات احيا باذن ربه سواك اى نبيا تشهد الكُفار له بنبوته غيرك اى نبيا فى
41. الدهور السالفة والاتية اسمع جماعته صوت البارى من افق السماوات الا انت اين من يفق
فيصعد كلامه الى العلو فيدفع السخط وينزل الرحم غيرك اى نبيا [c] صام ان [d] يصوم مايه
وعشرين يوما بلياليها بين يدى ربه الا انت اى نبيا يفتخر بانه كليم الله بغير واسطة الا
انت اين من وطى النار وشق الظلام وخرق السحاب واتصل الى حجاب القدرة سواك اى
كتاب ينسب الى نبى [e] فيه تعليم عبادة البارى والتوصل اليه غير كتابك يا قاتل النيل
42. بعصاته يا كاشف المبدعات يا مظهر المعجز يا مبين الايات يا منير الظلمات يا من شق
البحر بعصاته يا مهزم العساكر بيده يا دافع السخط بمسلته يا منزل الرحمة بشفاعته يا
من غذاه عبادة ربه يا من خرج من حدود الناسوت والقدرة الناسوتية الى القدرة [f] اللهوتية
يا من عرف ما مضى وعلم ما ياتى يا مالك اعدايه بدعايه يا سيدى ومولاى كيف اكون
ويكون قومك بعدك فعند تزايد البكا منه ومن الجماعة الذى كانت معه وتطاول
43. الحزن والعويل والتذلل والتضرع نودى الى يوشع [g] بن نون ارجع انت ومن معك من العسكر
ولا تخالف امر الله عز اسمه ۞

٨ خبر ما فعل بعد عودة يوشع الى العدة ۞

لما رجع يوشع والكهنة من توديع النبى عمّ لقاهم جماعة بنى اسراييل واخذوا يبكوا

a) In Cod. الى ان. *b*) In Cod. عنه السلام. *c*) In Cod. نبى. *d*) In Cod. ام. *e*) In Cod. نبيا. *f*) In Cod. verba الى القدرة omissa sunt. *g*) In Cod. نوى الى موسى.

قُتل اثنتين وثلاثين الف جارية ومن الضان ستة ماية الف وخمسة [a] وسبعين [b] الف راس ومن
البقر اثنين وسبعين الف راس ومن الخيل والبغال والجمال احد وستين الف راس ومن الذهب p. 34.
والفضة والانية والمتاع ما لا يحد ولا يصف فاعجب من ذلك سلامة اثنعشر الف رجل دخلوا
مثل هذه البلد ولم يفقد واحد منهم ولم يلحق احدًا منهم ضربة سيف ولا رمية حجر
فتبارك الله القادر على ما يشا وبه استعين وعليه اتوكل واليه اتوب ۞

٦ خبر ما فسر سيدنا موسى النبى عم قبل وفاته ۞

35. لما عرف الله سيدنا موسى النبى بالوقت الذى لا يتاخر امره ان يصعد الى جبل يعرف
نابة واخذ يوصى يوشع بن نون واولاد اخيه وجماعة الاوليا بجميع ما يحتاج فاقاموا معه
مدة وجميع وجوه العسكر واهل الحكمة وعاهدهم انهم يسلكوا ببنى اسراييل الطريقة
التى اوصاهم بها ولا يعدلوا عنها يمنا ولا يسرا وامر الكهنة بضرب الابواق واخراج المناديين
36. ينادون فى جماعة بنى اسراييل من اراد ان ينظر سيدنا موسى النبى عليه افضل السلام
فليحضر [c] حتى يسمع بركته وما ينسر به ويشاهده ويودعه قبل يسير الى الموضع الذى اختاره
الله له ثم دخل الى قبة الزمان وقرب على مذبح النحاس القرابين فرفع ستر الستر البيت
المقدس وطرح على مذبح [d] الذهب البخور وعبد ربه وودع الهيكل بما فيه من الجبروات
والملكوت وخرج وقد اجتمع له ساير بنى اسراييل على طبقاتهم فجلس على رتبة كانت له
37. يرتفع على القوم عليها واشراق نور وجهه مثل شعاع الشمس واخذ يقص على جماعة بنى
اسراييل الخطبة التى جمع فيها غاية ما يقدر العبد عليه من مقالة التسبيح لله تقدست
اسماوه وبين فيها معرفة ايام الرضا وسبب ايام السخط والضلالة فاعلم بنى اسراييل بطوفان النار
ويوم النقمة والمكافاة وحد وقت الرجعة اليهم ثم بشرهم بما سيحدث من كل سبط ويرتبه
38. فى ايام التمام والكمال رباركهم جملة واستجيب منه ولما دنا توديع كل جيش بجيشه
فاخذوا فى الضجيج والعويل والبكى فامرهم بعد ساعة بالهدو والجلوس ثم سار يريد
الصعود الى الجبل الذى وصاه الله يصعد اليه ومعه يوشع بن نون والعزر الامام وجماعة
الاولية مودعين له باكيين على قرب فراقه متشبثين به فلما طال التوديع معهم وقرب الليل
نزل عمود النار اللاهوتى وفرق بينهم وبين سيدهم عم ولم يعلم احدا بما جرى منه بعد هذا

a) In Cod. *sine copulâ*. b) In Cod. وسبعون. c) In Cod. فليحظر. d) In Cod. مدبه.

٥ خبر مدين ۞

p. 29. لما تمت حيلة بلعام على بنى اسراييل وهلك منهم هذه الجملة الكبيرة واصيبوا بهذه
المصيبة اوحا الله الى[a] النبى موسى عم ينفذ يستوفى ثار بنى اسراييل من اهل مدين قبل
ان يرجع الى عنصرته[b] يعنى بذلك قبل وفاته فامر يوشع ابن نون فى وقت تقليده وخلافته
ان يخرج بالجماعة التى ذكرها ومعه فينحس الامام لان الفتح والاسم له وهو الذى رد
السخط دون كل احدٍ وبادر لطاعة[c] ربه وكان بلعام قد عاود الى ملك ماب يهنيه بنكبة
30. بنى اسراييل ووجد الملوك مجتمعين بالسرور والفرح فلم يشعروا حتى احاط بمدينتهم اثنعشر
الف رجل فبادروا باخراج القحاب بالزينة والمباخر والعطر مقدرين اتمام ما ابتدوا به فابذلوا
فيهن السيف ثم تقدم فينحس عم وابن عمه فضربا بالبوقين فانهدمت حيطان الحصن ودخل
العسكر الى مدين فقتلوا الخمس ملوك وكل رجل وجدوا بها دفعة واخذوا واستقصوا عن
31. بلعام فوجدوه فى بيت معبد وهوذا يعبد ويخدم فاخرجوه فكان فتكلم بكلام لا يفهم
ولا يعلم من شدة تحييره وانبكامه وعما بصيرته وعمل يوشع ابن نون على ان يبقيه ليشاهده
سيدنا موسى سلام الله عليه فلم يستطيع من شاهده من سبط شمعون حتى صاحوا عليه
بالتوراة فقتلوه فقال يوشع من قتله لم فعلت هذا وقد تممنا له فقالوا له يا سيدنا لا ذمام
لكافر ولا امان لساحر لو لا نقتله لجاز ان يتم له حيلة فيك وفى قومك قد جسرنا عليك
32. فى قتله مما كان فى قلوبنا من فعله فان كان فى فعلنا اثم من فسخ ذمامه فاننا مقلدين
اياه ولسيدنا علو الراى فى بسط عذرنا فاستحسن ما قالوه واستصوب فعلهم ونهب القوم مدين
وساقوا مواشيها وسبوا نسوتها واطفالها ولم يبق فيها شى الا واخذوه ورجعوا غانمين فايزين
سالمين لم يفقد منهم رجل واحد وخرج سيدنا موسى النبى عم والعزر بن هرون الامام
وجماعة الروسا لقايهم فلما شاهدوا ما فى جملتهم من سبى النسا غضب[d] عليهم سيدنا موسى
33. النبى عليه افضل السلام وقال لهم هذه الجماعة هى كانت سبب تلافكم ثم امرهم بقتل
كل مرة عرفت رجل وكل طفل من الغلمان ولم يبق الا طفلة لم تعرف رجل ويعتزلوا بجملة
ما معهم سبعة ايام للتطهير وفعلوا كذلك وكان مبلغ السبى الباقى بعد السبى[e] الذى

---

a) الى in Cod. non legitur. *b*) In C. عنصره. *c*) C. لطاعته. *d*) In C. النسى عتب.
e) In Cod. hic omittitur السبى.

اجتمع الملوك [a] معك لاعرف جماعتكم ما سيجرى عليكم وعلى غيركم من القوم
فادلكم على طريق ان تمت كانت سبب هلاكهم ثم اجتمعوا الملوك وعرفهم اخبار عجيبة
شرحها يطول وقال لهم ان هولاى القوم محيط بهم ملايكة القدس وملك السماوات والارض p. 24.
معهم ولا يجوز عليهم سحر ولا منجم نجوم ولا يقطرهم [b] قلبه الا بكفر يعتدوه او مكيدة
يفعلوها فحيناذ يسخط البارى عليهم ويهلكوا ولا يبقى منهم احد۞

٤ خبر مكيدة بلعام وحيلته على بنى اسراييل۞

25. لما سمعوا الملوك منه ما تقدم شرحه قالوا له كيف السبيل الى ما ذكرته من تلافهم
فنظر غاية الكفر والنجس فعلمهم اياه ثم قال لهم اختاروا من احسن النسوة واصبحهن ما
قدرتم عليه من الكثرة واول من ينفذ الملك ابنته معهن ثم سلموا لكل واحدة منهن
صنم تعبده وزينة تنظر وبخور تشم وطعام وشراب وتكون ابنة الملك على عجلة تجرى مع
الريح ويتقدم اليها ان تقصد قبة الزمان ولا تطيع الا [c] رييسهم من يعترف الجماعة
26. فانه رييسهم فاذا صح له ذلك قالت له ما تنالنى او تاكل من طعامى وتشرب من شرابى
وتعبد الهى وبعد ذلك انا لك وبين يديك اصنع فى ما احببت واعلم ايها الملك ان
تتنجس رييس القوم فيهلك وتهلك جماعته ولم يبقى منهم باقية ففعلوا الملوك ما اوصاهم
به واجتمع لهم اربعة وعشرين الف جارية وسيروهن يوم السبت وحطوا حذا قبة الزمان فقام
رييس سبط شمعون لانه كان رييس تسعة وخمسين الف رجل وكان فى المتقدمة ثم
27. تقدم اليه ابنة الملك وشاهدت من اصحابه طاعة عظيمة له فظنت انه النبى موسى عم
فاكل من طعامها وشرب من شرابها وعبد الصنم الذى بيدها فاطاعته بعد ذلك الى مراده
ثم اخذ كل واحد منهم لنفسه اعنى هذه [d] السبط واحدة [e] حيناذ سخط البارى
على القوم واهلك منهم فى طرفة عين اربعة الف رجل مع اربعة الف جارية ولو لا ان فينحس
28. الامام عم ثار من بين يدى موسى النبى عم وهو وجماعته باكيين على باب قبة الزمان
واخذ الرمح بيده وبادر طعن الرجل والجارية اعنى ابنة الملك وشالهما لاهلك غضب [f] البارى
جماعة القوم الا من هذا الفعل رفع ودفع السخط عن بنى اسراييل وحصل لفينحس عم
الذكر الجميل والاثر الجليل وعهدًا الى اخر الدهور وسبحان الله البارى بغير زوال۞

---

a) In C. والملوك. b) C. يطقرهم. c) C. الى. d) C. هذا. e) C. لنفسه hic repetit. f) C. معتب.

اول خجالة [a] بلعام وتبكيته فضربها [b] بعصاته فسبب البارى ولى [c] انى ما بين جدار فى
كرم وتوقف فلما شاهدته الاتانة مالت الى الجدار الواحد فآذت رجل بلعام وزاد فى ضربها p. 19.
فعند مشاهدة العرفا والحكما [d] ذلك قالوا له يا سيدنا ليس السبب فى اخلاف هذا الامر
من الكلام فاجابهم وقال لهم للامر [e] يراد وزاد سبب الله عبوراً اذ توقف فى موضع ضيق لا
سبيل انى زواغ [f] يمنة ولا يسرة فلما شاهدته الاتانة ربضت تحته وزاد فى ضربها فانطق الله
على لسان البهيمة ثم قالت لبلعام ما صنعت بك حتى ضربتنى هذه ثلثة دفعات الست [g]
انا اتانتك الذى ركبت على منذ خلقت والى هذه الدفعة اسايا اسيت اليك مثل هذه 20.
الدفعة فقال لا فكشف الله لعين بلعام حتى نظر سبب الله ملاكًا منتصبًا فى الطريق
وسيفه مسلولًا بيده فطرح نفسه بين يديه فقال له لم ضربت اتانتك ثلثة دفعات لو حضرت
بين يدى قتلتك واستبقيتها لانى نظرت سو نيتك الان امضى مع القوم واحفظ ما اقول لك
ولا تتجاوزه ثم سار بلعام وسمع الملوك بمسيره وخرجوا فى لقاه فوجدوه متحيرًا فى امره 21.
فعرفهم ما لقى وعنه لا يقدر يفعل شى الا بامر الله جل وعز فاخذوه القوم الى القلعة الموصوفة
فى التوربة المقدسة ليشاهد بنى اسراييل باجمعهم بعد ان لقى الرجل وكرم وعظم وزاد
بلوغ الغاية فى محبة القوم ثم بنا فى القلعة الموصوفة سبع مذابح واصعد على كل مذبح
عجلًا وثنيا واخذ يعبد ليسمع ما يخاطب به فسمع ما لا يريده ورد ما سمعه على جماعة 22.
الملوك فقالوا له انتقل الى موضع اخر فلعل هناك تتيسر لعنة القوم فاطاعهم وعمل مثل
الدفعة الاولى فسمع اعظم من القول الاول واخذ يتناهى فى [h] فخر بنى اسراييل وفى بركتهم
فقال له ملك ماب ان كنت لا تلعنهم لا تباركهم ثم سالهم ان ينتقل الى موضع اخر فانتقل
وعمل كالدفعة الثانية فوقع عينه على البرية فنظر اسباط بنى اسراييل ومحيط بهم ارواح 23.
اللهوت [i] يعنى الملايكة حافظين لهم من كل نفس فصرف عين السو عنهم وزاد فى الفخر
والبركة حتى قال له يا اسراييل لاعنك ملعون ومباركك مبارك فاشتد غضب الملك عليه
فقال له بلعام لا يشتد غضبك [k] على الم اقل لك اننى لا اقدر اخالف ما اومر به ولكن

---

a) In Cod. حاجله. *b*) In Cod. فضربا. *c*) ولّى in Cod. non legitur, et ob sequens الى videtur excidisse. Verbum h. l. sine dubio requiritur, tum ob sequens انى, tum etiam, quia وتوقف sequitur. *d*) In Cod. والحكمه. *e*) In Cod. لامرٍ. *f*) In Cod. زوغا. *g*) In Cod. انيس. *h*) فى in Cod. omissum est. *i*) In Cod. اللهوات. *k*) In Cod. عتبك.

p. 14. من اهل العلم والرياضة وقال لهم انا اوجب حقوقكم وحقوق من حيثكم بالرسالة [a] غير ان
امرى مربوط بمن اخدمه فان اذن لى فى المسير معكم بلغت مرادكم ومراد من حيثكم
بالرسالة [a] وبلغت فى تلافيهم وتناهيت فى امحايهم واترك لكم اثرًا تحمدونى عليه الى اواخر
الدهور والان فاعملوا على ان تباتوا عندى الليلة واسمع ما اخاطب به ونعمل جميعا بحسبة
من خيرٍ ومن شرٍ فاطاعه القوم وباتوا عنده واخذ فى عبادة من كان يخدمه فقيل اليه لا
15. تمضى مع القوم ولا تلعن اسراييل فانه مبارك فورد على الكلام ثم عادوا [b] الى الملوك
وعرفوهم بما جرى فزادهم [c] ذلك رغبة فيه وشرف له ذلك فركبوا الى بلعام اجل من اولايك [d]
واعظم منهم فاوعدوه بقليل وعد فتقولوا فى الرسالة الثانية لان بان تحمل على نفسك
وتجيبنا فنحن قادرين على اكرامك واعطايك   ثم ورد القوم اليه بهذه الرسالة فاجاب بلعام
الرسل وقال يجب ان تعلموا ان الملوك لو سلموا الى ملو بيوتهم فضةً او ذهب ما قدرت
16. اخالف ما رسم ربى والان فباتوا [e] الليلة عندى واسمع ما يخاطبنى [f] به فاعمل بحسبة من
خيرٍ ومن شر وباتوا القوم عنده واخذ الرجل فى ابتدى عمله وخدمته وعبادته فلما علم
الله نيته وما عقدت طويته [g] وما وعد به القوم وتناهى فى مدح نفسه اراد الله ان يظهر غيبه
وانه لا يقدر لا هو ولا من يعبده على درر [h] لواحد من بنى اسراييل ولا بخطه [i] وانفاذ ملاك
17. ملايكته اعنى امر من اموره اليه فعند مشاهدة صاحب بلعام امر الله هرب عنه وصار سبب
البارى المخاطب لبلعام وهذه علة المخاطبة له فقال له امر الله الم اقول لك يا بلعام اذا
جاك القوم امضى معهم استفهاما لينظر ما عنده من حرص بلعام على المسير لم يجبه بحرف
واحد فقد كان سبيله يقول لا وبلا الهى ما سمعت شياً ولكنه ما صدق انه يسمع تاويل
كلمة حتى امر بالركوب وبادر باسراج اتانته وسار مع عرفا ماب فاشتد وجد البارى بمسيره
18. قبل استفهامه فانتصب فى الطريق للبطش به وهو راكب على اتانته مفتخرًا بها لاهل العلم
انه لا يحتاج معها الى دليل ولا احتاج ان يضربها قط فاما هى اذ التمحت سبب البارى
عز وجل منتصبًا فى الطريق وسيفه مسلول بيده حتى زاغت [k] عن الطريق خوفا منه وكان

---

a) In Cod. .برسالة   *b*) In Cod. .عاودوا   *c*) In Cod. .فزاد هم   *d*) In Cod. .اولياك   *e*) In Cod. .فبيتو   *f*) In Cod. .ياخطبنى   *g*) Sic primum in Cod. legebatur. Perperam hoc deinde a manu samaritanâ in طووته mutatum est.   *h*) In Cod. .عرد   *i*) In Cod. primum legebatur بسطه, deinde in marg. insertâ .بسحطه , ح   *k*) In Cod. .زاعت

بلدهم وقبل يذكر سبب هذا النار كانوا بنى اسراييل ممنوعين لاشيا من التعرض [a] من امور العمانيين والمابيين وان لا يقتطعوا شى من ارضهم   ففعلوا ما اوجبت الضرورة للفعل بهم بعد هذا نشرحه ونبينه بمشية الله وعونه وحسن توفيقه ۞

٣ قضية بلعام مع ملك ماب ۞

لما نزلوا بنى اسراييل بقاع ماب اوحا الله الى سيدنا موسى النبى عليه افضل السلام ان
لا يحاصر العمانيين والمابيين ولا يحاربهم باذنى [b] لا اقطع بنى اسراييل شيا من اراضيهم p. 10.
وامتثل ذلك واعمل عليه ووقع لملوك ماب وعمان ومدين ان الذى جرى على سيحون وعوج
من الهلاك والتلاف واستهلاك الانفس واقتطاع المدن انه اليهم ينساق وخافوا من ذلك خوفًا
عظيمًا فراسلوا بلعام بن بعور بوجوه اهل السحر والحكمة وكانوا يعرفوه جميع العساكر
بدعايه فحضروا القوم عنده وقالوا له خمس ملوك ماب وعمان يبلغونك السلام ويقولون لك
يا سيدنا وريسنا نحن نعهد منك احوال تقصر اهل العلم عن معرفتها وان الذى تباركه 11.
مبارك ومن تلعنه ملعون وانك تهزم جميع العساكر بدعايك وكلامك ولعل قد اتصل اليك ما
جرى من بنى اسراييل فى مصر وفى البحر وفى البرية وما جرى على العملاق رييس الاحزاب
منهم وما فعلوا بسيحون وعوج وما اعتمدوه فى ديارهم وقد نزل عسكرهم حدانا وعملوا
على هلاكنا وقد غطا وجه الارض ونحن قد قصدناك واملنا الفرج منك والراحة منهم ببركتك
وسعادتك وما نعتمده من انبساطك وتسلط نيتك ولعل ينصلح حالنا على يدك وتلعن هاولاى 12.
القوم وتتمكن منهم وتبدل السبيل فى انبساط ذكرك وارتفاع امرك بالاحوال والاموال
والانفس ويكون فخرًا لنا ولك عند ساير الملوك معما ينضاف الى ذلك من الثواب بالبر
الجليل فى الانفس الذى لا يسعها بلد ولا ياتى عليها عدد ولا احصة وتكون قد اعتقت
جماعة من القتل بالنار لان شيم هذا العسكر وطريقته انه لا يستحى من شيخ ولا يستر حرمة
ولا يرحم طفل ولا يرثى لبهيمة ولا عندهم الا القتل بالسيف والرجم بالحجارة والصلب 13.
والحرق بالنار فكان هذا طريقته فما يجوز ان يرحم ولا يحافظ ولا يبقا خرص فى هلاكه
وتلافه الله يا سيدنا بادر الينا ومعك ما يحتاج اليه ولا تحتاج الينا [c] بامر العمور ففينا
المكافاة على الجميل بمثله والقبيح بمثله والسلام   فلما سمع بلعام هذه الرسالة اجاب [d] جماعة

---

a) In Cod. لشيا من الترعد.   b) In Cod. بانى.   c) In Cod. تحتج علينا   d) In Cod. اجابه.

الصخر والجماد والجلمد الى ان يشربوا هم وكل من فى جملتهم من الانفس والحيوان واذا
سمع ذو الالباب والكفر بما انعم الله عليهم وبما احاطهم به من السعادة ورفع عنهم جميع
المناحس السمايية والارضية معما شرح من البدعة [a] علموا ان ليس رب سوى ربهم ولا نبى p. 5.
غير نبيهم ولا كتاب غير كتابهم ولا [b] مذهب صحيح غير مذهبهم وحسن دين الكمال [c]
وصح يقينه واكثر من تحميد البارى جل وعز القادر على ما يشا واذا سمع السامع بزوال
ملك بنى اسراييل وما لحقهم من النكبات والافات والجاوات والتشتتات بالخلاف الذى
خالفوا والعصيان الذى عصوا زاد خوفه ممن لا يفوته شى ولا يزول عن ملكه شى تبارك 6.
وتعالى ونسله هداية كاملة ونعمة شاملة برحمته انه سميع مجيب ✿

٢ خبر تقليد يوسع ابن نون خلافة النبى عليه السلام ✿

عند تمام ماية وتسعة عشر سنة فى اول يوم من الشهر الحادى عشر من عمر سيدنا موسى
النبى عليه السلام اوحا الله اليه فى بقاع ماب ان يسند يده الى راس يوسع ابن نون
الروحانى يعنى بذلك ان يقضى اليه من سر الاسرار ويكشف له الحلم من حلمه وعلم
العلوم ما يستطيع حمله ما يقوى به قلبه ويكمل به روحه ويرفع به نفسه ويهون عليه امر 7.
المخلوقين ويعرفه بالاسم الذى يهزم به العساكر وتتشوش به الامة التى لا يسعها بلد ولا ياتى
عليها عدد ورسم له ان يوقفه بين يدى العزر الامام عليه السلام ويجمع له اهل العلم والمعرفة
والنباهة والرياسة ويعقد له العقد ويجدد له العهد ويقلده الملك ويجعل له الحكم على
ساير بنى اسراييل ثم جعل النبى لالعزر [d] الامام عليه السلام الامر عليه بالنظر فى الكمال
والزهر وان لا يدخل فى امرٍ ولا يخرج عن حال الا بعد ما يطالعه وعند فراغه من تقليده [e] 8.
ضربت الكهنة بالابواق ونادت المناديين لعلمه وانتشرت الاعلام والبنود لملكه راى سيدنا
النبى موسى عليه السلام ان يخرج فى اول الملاحم فى ايامه ليكون على تجربة من بيان
مما عرفه ونظره فامر للوقت ان ينتخب من بنى اسراييل يعنى بذلك يختار منهم اثنعشر الف
رجل من كل سبط الف رجل ثم يثور بهم على مدين لياخذ لاسرييل تاره منهم ومن 9.

---

a) In Cod. البدعات. b) ولا in Codice bis scriptum est. Priori recentior manus puncta supposuit. c) In Cod. primum scriptum erat التمل, quod deinde in الكتامل ab orientali manu mutatum est, ت tamen non deletâ. d) In Cod. الالعزر. e) In Cod. تقلده.

ا بسم الله [a] رحمن ۞

هذا كتاب سير اخبار بنى اسراييل من وقت ان قلد سيدنا موسى ابن عمران النبى p. 1. Cod.
عليه السلام يوشع ابن نون خلافة على قومه المنقولين جميع ذلك من اللغة العبرانية الى
اللغة العربية كسرعة ترجمة اللسان وخطاب التقرير[b] به دون غيره وما اظهر الله عز وجل
من الايات والمعجزات والعجايب الذى يعجز الانسان تعبينه ووصفه مثل ما جرى فى الاردن
وعلى خضوع الجبابرة وما امده الله به من النصر والتاييد والعز والسلطان وعند ما شاهدوه 2.
وقت دخولهم الارض سوى ما شاهدوه فى وادى الموجب وعلى جبل سينا وبريتها العظما معما
اظهره الله من موجبات هذه النوبة وارتعاد جبالها معما ينتصل بذلك من الرعود والبروق
وانتصال النيران الى ذات السما واسماعهم جمل شرايعهم من الصوت اللهوتى السرمدى المشاهد
منه اقتداح نور يحكى شكل كاتبه الفاطر بعد ما جرى لهم فى البحر الاعظم وسوى
ما شاهدوه الاضداد بمصر الكبرى وما لحق اعدايهم من النكبات مثل فرعون وعسكره 3.
وعملاق وعدته وسيحون ومملكته وعوج اب عناق وتجبره وبلعام وسحره وملوك ماب وعظمتهم
وما جرى على قارون[c] ابن عم هرون وعلى الجملة التى كانت معه ان بعضهم[d] فتحت
الارض فاها وبلعتهم ونزلوا احيا الى القرار السفلى وبعضهم[d] خرجت النار اللهوتية واحرقت
اجسامهم[e] وما جرى للقوم فى كونهم فى البرية اربعين سنة تحت العدم بغير دليل ولا زاد
ولا كسوة فى البقا والوجود وكان السحاب يظلهم بالنهار وعمود النار من البرد بالليل 4.
وغداهم المن من السما واذا عاز الما اخرجة لهم سيدبا موسى ابن عمران عليه السلام من

---

a) In Codice exstat اله. b) In C.. tantum legitur النقِ. Sequentis literae ductus quidam supersunt. Ultima litera, olim in margine posita prorsus evanuit. c) In Cod. مارون. d) In Cod. pro ض scribitur ط. e) In Cod. اجسامه.

سفر

يوشع بن نون

عليه السلام